ex aliquo non ex nihilo. licet non opetur a
deo exterius ſicut agricola. opatō aūt ďmo
nū magis eſt ſimilis opatōni agricole q̄ꝫ pa
terne. ¶ Item queritur de hoc qď dicit. Si
cut mentem nr̄am non poteſt formare niſi
deus ⁊c. ſi ergo hoc uerū eſt. tunc ſicut gr̄a
eſt a deo nullo modo a natura uel potentia
creata. uidetur q̧ ſimilit̃ omnis alia forma
fit a ſolo deo. ergo agens creatū nullā for-
mam inducit. ¶ Reſponſio. vď q̧ beatus
Aug⁹. ualde ſubtiliter loquitur et ueraciter
ſi quis uerba eius ſane intelligat. Uult er-
go dicere. q̧ ſicut menteꝫ nr̄am iuſtificādo
formare non poteſt niſi deus. q̄a gr̄a nō eſt
ex aliquo. ſed potius ex nihilo ſic formarū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſeminales rõcs ſiue formarũ primas eſſen
tias ſolus deus poteſt ꝑducere. Illas eni aut
neceſſe eſt ex nihilo aut in infinitum abire.
non ergo intelligit Aug⁹. quo ad eductõez
forme de potentia in actũ. quã uocat actõz
quodãmodo exteriorem. ſꝫ potius quo ad
ꝑductõnem illius ſeminalis rõis. que ẽ eſſen
tia rei aliter ſe habens cum eſt in potentia
⁊ in actu. ¶ Item queritur de hoc qd̃ dicit
ꝙ demones quedam poſſunt p nature ſub
tilitatem que non poſſunt ꝓpter dei ꝓhibi
tõem. Cõtra hoc eſt ꝙ deus ſic dedit uir-
tutes reb⁹. et ſic admĩſtrat eas ut eas age-
re ꝓprios motus ſinat. ſicut dicit Aug. vij.
de ciui. vnd̃ peccare uolentes nõ cohibet ſꝫ
ſinit ꝑut uolunt peccare. ergo pari rõne nõ
debet angelorum potentiam cohibere.
¶ Reſpõſio. dd̃ ꝙ uolũtates non cohibet
ꝓpter legem libertatis quam eis inſtituit.
ſed iuſto iuditõ de malo in peius ruere per-
mittit. ſed uirtutem reſtrigit iuditõ eq̃ iuſto
et q̇a opatõ potentie uel frequenter in his
qui potentia abutũtur eſt ad alioꝝ afflictõz
et punitõem. Qm̃ igit̃ oĩs pena debet eſſe
iuſta. ſi habens potentiam iniuſte affligit ul̾
vult affligere. debet potentia ꝯpeſci nõ rõe
eius qui agit. ſꝫ rõne eius q̃ patitur. niſi al-
tiſſima dei iuditia aliud requirant. ¶ Qd̃
ergo obicitur. ꝙ res agere ꝓprios motus
ſinit. nõ intelligit̃ ꝙ nõ ꝯpeſcat uirtutẽ per
ꝯtrarias ptãtes. ſꝫ q̇a tm̃ ſinit agere q̃ntuꝫ
ſuam iuſticiam decet ꝑmittere.

¶ Diſtinctõ octaua.

Solet etiam in queſtõe uerſari
⁊c. Supra egit Mgr̃ de ptãte
demonũ ſiue angeloꝝ r̃ſpectu
creaturaꝝ corpaliũ. Cõſequẽt̃
in hac pte agit d̾ eoꝝ ptãte r̃ſpectu hoim.
¶ Diuiditur autẽ hec ps in duas. In pria agit
de ptãte dmonũ ſiue angeloꝝ ſup corpora
ſimilia hũanis. In ſcd̃a uero agit de ptãte
quam hñt ſup homies. infra. diſt. eadẽ. Il-
lud quoqꝫ ꝯſideratõne ⁊c. ¶ Prima ps habet
duas. In pria determiat qualit̃ angeli aſſu-
mũt corpa. In ſcd̃a uero incidenter dubiaꝫ
queſtõnem Aug. inducit. q̃ tangit hanc ma
teriam. et eam determiat ibi Sed vbi deũ
in corpalibus ⁊c. ¶ Prima pars habet duas.
In prima determiat modum per quem de
mones habẽt corpa ſibi coniuncta. In ſcd̃a
vero determinat actum. ibi Et aliqñ quidẽ
locuti ſunt ⁊c. ¶ Similiter ſcd̃a pars habꝫ du
as. In prima mouet queſtõnem. In ſcd̃a de
terminat. Primũ facit ibi. Sed vbi deũ ho-
minibus ⁊c. In ſcd̃a uero determiat. certa
relinquẽs dubia. ibi Ceteꝝ hic uelut nimis.

Ad intelligentiam huius ptis tria
querũtur circa aſſumptõez corpo
rũ ab ãgelis tam bonis q̃ꝫ malis.
Primũ ſpectat ad corpis aſſumpti et ſpũs
vnionẽ. Scd̃um ad corpis aſſumpti forma
tõem. Tertiũ ſpectat ad corpis formati et
aſſumpti opatõem. ¶ Circa primũ querũtur
duo. Primo q̃ritur vtꝝ ãgeli habeãt corpa
naturalit̃ ſibi unita. Scd̃o vtꝝ habeant cor
pora uolũtarie aſſumpta.

Circa primũ ſic ꝓceditur. ⁊ oñditur ꝙ
ãgeli habeãt corpa ſibi naturalit̃ uni
ta. prio aucto. Aug. viij. d̾ ci. dei. vbi diffini
ens dmones dic̃. dmones ſũt genere aĩalia
mẽte rõalia. aĩo paſſiua. corpe aerea. du-
rõe eterna. ſi ergo eadẽ ẽ natura bonoꝝ ſpi
rituũ et maloꝝ. pꝫ ⁊c. ¶ Itẽ Gre. i homel.
de epiphania. Iudeis taq̃ꝫ rõe utẽtib⁹ rõna
le animal. i. ãgel⁹ nũtiare debuit. ſꝫ oẽ ani-
mal hꝫ corp⁹ naturalit̃ ſibi unitum. ſi ergo
angelus ẽ animal. ergo ⁊c. ¶ Itẽ Ber. Can.
homel. iij. Liquet oẽꝫ ſpũm creatũ corpeo
prorſus idigere ſolatõ. ſꝫ ãgel⁹ hꝫ oẽ illud
quo naturalit̃ idigꝫ. cũ ergo ſit ſpũs creat⁹
hꝫ ſibi corp⁹ naturalit̃ unitũ. ¶ Itẽ ad hoc ẽ
rõ. q̃nto ſubſtãtia ẽ nobilior tãto i potẽtiis
ẽ multiplitior. ſꝫ ãgel⁹ ẽ nobilior ſubſtãtia
q̃ꝫ aĩa. ergo ſi aĩa nata eſt uiuificare corpus
mlto magis ⁊ ãgel⁹. ſꝫ ãgel⁹ hꝫ illd̃ natura
lit̃ unitũ. ad qd̃ uiuificãdũ naturalit̃ ẽ aptus
nat⁹. ergo ⁊c. ¶ Itẽ nobiliori mõ uiuit qd̃ ui
uit ⁊ iñuit uitã q̃ꝫ qd̃ ñ iñuit. iñuere eni ſi-
gnũ pfectõis ẽ. ergo ſi ãgel⁹ ẽ ita nobile ui-
uẽs ſic aĩa. ⁊ aĩa põt aliq̇d uiuificare. ergo ⁊
ãgel⁹. ſꝫ ñ pt uiuificare niſi corp⁹ naturalit̃
unitũ. ergo ⁊c. ¶ Cõtra. Dam. diffiniẽs ãgelũ
dic̃ ꝙ ãgel⁹ ẽ ſubſtantia itelligibil̾ icorpea.
ergo ãgel⁹ ñ hꝫ corp⁹. q̇a ſi haberꝫ corp⁹
ſibi unitũ. ſic hõ dicit̃ corpe⁹ ita ⁊ ãgel⁹.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Item Diony. in pluribus locis dicit. ꝙ
angeli ſunt diuine mentes ⁊ ſpũalia lumina
inmateriales et incorporei. ¶ Itẽ hoc ipm
oſtenditur rõnibus ſic. tanto ſubſtãtia nobi
lior q̃nto eſt deo ſimilior. ſꝫ deus oino carꝫ
corpe. ergo ſubſtantia ſpũalis oino carens
corpe eſt nobilior inter ſubſtãtias creatas.
ergo uel eſt eam ponere in uniuerſo. uel in
uniuerſo deſinet nobiliſſima creatura. ⁊ tũc
uniuerſũ eſſet acephalũ. qđ eſt incõueniẽs.
¶ Item ſi aliquid ꝯponit̃ ex diuerſis natu
ris. et alteram illaꝝ eſt repire p ſe. ꝯtingit
ſimilit̃ p ſe repire ⁊ reliqua. ſꝫ homo ꝯponi
tur ex ſubſtãtia ſpũali ⁊ corpali. cũ ergo ſit
repire ſubſtantiã pure corpalem. p ſe eſt re
pire ſubſtantia pure ſpũalẽ. hãc aũt dicim⁹
angelũ. ergo angelus nõ hꝫ corpus. ¶ Iteꝫ
q̃a homo ꝯponitur ex corpe et aia. cũ pec-
cauit effectus eſt paſſibilis ⁊ mortalis. ergo
ſi angelus haberet corpus ſibi unitũ ſicut ⁊
homo. uidetur ſalteꝫ ꝙ angeli q̃ peccauerũt
ſint mortales. qđ ſi plane falſum eſt mãife
ſtum eſt ⁊c. ¶ Rñõ. Ad pdictorum intelli-
gentiam notandum eſt. ꝙ circa iſtã q̃ſtionẽ
dubitauerũt aliq̃ñ magis doctores. vtrũ ſcꝫ
ãgeli habeãt corpa ſibi naturaliter unita.
vnđ ſup hoc dubio loquit̃ tã Aug. q̃ꝫ Ber.
ſꝫ nũc ſatis certitudialiter tenet̃. ⁊ Richar.
affirmat. ꝙ angeli ſũt naturalit̃ incorporei.
nec hñt corpa ſibi unita. ꝺ hoc tam plures
dubitãt vtꝝ demones habeãt corpa ſibi in
ſepabiliter alligata. i quib⁹ torqueant̃. ſed
ſatis planius eſt. ꝙ ſicut angeli boni nõ hñt
corpa niſi uolũtarie aſſumpta. ſic nec mali
Et huius ſignũ ẽ ſicut dicit Richar. ꝙ cor-
pus modice q̃ntitatis a maxia multitudine
demonũ aliq̃ñ obſidetur. ſicut legit̃ Math.
v. de illo qui dixit. Legio mihi nomẽ ẽ. Le-
gio eni ut ideꝫ Richar. dicit ꝯtinet ſex mi
lia ſexcentos. lxvj. vnde ſi demones corpa
haberent cũ ſuis corpibus. nullo mõ poſſẽt
ſubintrare corp⁹ ita modicũ. ppt̃ qđ ſatis
pbabiliter dici poteſt ꝙ nõ ſolum non hñt
corpa ſibi naturalit̃ unita. ueꝝ etiam nec bo
ni nec mali hñt inſepabiliter alligata q̃ntuꝫ
eſt de lege ꝯmũi. nec obſtat eoꝝ cruciatus.
q̃a ſicut in. iiij. li. oſtenditur. q̃a ſpũs abſq̃
corpe ſm ordineꝫ diñe iuſticie põt ab igne
materiali puniri. ¶ Cõcedẽde igitur ſũt rões
ad hanc ptem. ¶ Ad illđ uero Aug. quod
inducitur. viii. de ciui. di. ꝺđ ꝙ ibi loquitur
Aug⁹. ſm opinionem Apulei. et frequent̃
circa hanc materiam plus loquitur ſm opi-
nionem aliorum q̃ꝫ ſm ſententiam ſuam.
¶ Ad illđ Greg. ꝙ ãgelus eſt animal. ꝺđ
ꝙ aliqđ eſſe animal dupliciter dicit̃. aut rõe
forme. aut rõe opatõnis animali debite. ibi
aũt dicitur angelus animal non rõne forme
ſed potius rõne opatõnis ꝯſequentis. Uel
aliter eſſe animal dupliciter põt dici. vel ſm
ueritatem. uel ſm oſtenſionem ſiue apparẽ
tiam. Greg. aũt loquitur ſcđo mõ. q̃a ange
lus apparet eſſe animal cũ aſſumit corpus.
ipe autem obicit ſm modũ primũ accipiẽdi
animal. ¶ Ad illud qđ obicitur ꝺ Berñ. ꝙ
ois ſpũs creatus indiget corporeo ſolatio.
ꝺđ ꝙ indigere corpe poteſt eſſe dupliciter.
aut ppter ſe. aut ppter alios. ſpũs indigẽs
ppter ſe eſt ſpũs brutalis uel humanus. et
de hoc ueꝝ eſt ꝙ hꝫ corpus naturaliter ſibi
unitũ. ſpũs uero idigens ppter alios ẽ ſpũs
angelicus. et ille non hꝫ corpus ſibi natura
liter unitũ ſꝫ aſſumptũ uolũtarie ut miſtret
aliis. vnđ Berñ. ãgelici ſpũs ad ea capiẽda
que bonã faciũt creaturã. nullo mõ ſuis cor
pibus adiuuant̃. et ideo nõ hñt ea ꝯiũcta p
pter indigentiã ſupplendã in ſeipis. ſꝫ i no
bis. ⁊ quia hãc ſupplent ad temp⁹. iđo non
hñt ea unita ſimpliciter ſꝫ ad tẽpus. ¶ Ad
illđ qđ obicit̃. ꝙ ſubſtãtia nobilior ẽ q̄ mul
tiplitior ẽ in potẽtiis. ꝺđ ꝙ ueꝝ ẽ de illis po
tentiis q̃ ſimplicit̃ atteſtant̃ pfectõni. poten
tia aũt uniẽdi corpi etſi quodãmõ ſit pfe-
ctõnis. nihilomin⁹ tñ ꝯiũctã hꝫ q̃ndaꝫ idigẽ
tiã ⁊ ipfectõeꝫ. et iđo ab illa ſubſtãtia q̄ pfe
ctiſſima ẽ inter creaturas ẽ aliena. hec aũt ẽ
ſubſtãtia ãgelica. nec ꝺ potentia ꝯcludit rõ
ſupra dicta. ¶ Ad illđ qđ obicit̃. ꝙ ifluens
uitã et hñs uitã nobilius ẽ q̃ꝫ hñs tm̃. ꝺđ ꝙ
aliq̃d ꝯmũicare ſiue dare uitã alii põt dupli
cit̃. aut p modũ efficiẽtis. et hoc ſimplicit̃ p-
fectõis ẽ. ⁊ ſic ꝯpetit ſoli deo. aut p modum
informãtis. et ſic nõ ẽ ſimpliciter pfectõnis
imo pfectõnis cũ ipfectõe iũcte. ⁊ iđo neutꝝ
ꝯuenit ãgelo. q̃a pfectõ ſua maior ẽ q̃ꝫ ſit p
fectõ unitatis p modũ forme. ⁊ minor q̃ꝫ ſit
pfectõ dãtis uitã p modũ cauſe. ⁊ loquit̃ de
uita q̃ ꝯpetit ſubſtãtie rõnali.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SEcundo queritur vtruʒ angeli
aliquã aſſumãt corpa. ¶ Et q̃ ſic
uidet. Bern̄. in Can. omel. iij.
diſcurrere et de loco ad locum
moueri nõ eſt niſi corpoꝝ. ſed angelus ad
miſteriũ diſcurrit et de loco ad locũ uenit.
ergo uel eſt corpus uel hʒ corpus naturalit̃
unitũ vel corpus aſſumptũ. ſed nõ prio mõ
nec ſcdo. ergo tertio. ¶ Item nulli poteſt
impendi hoſpitalitatis obſequiũ niſi habe-
at corpus naturalit̃ unitũ uel aſſumptũ. ſed
angelis aliquã impenſa ſũt hec officia. ſicut
dicitur ulti. ad hebre. q̃ quidaʒ placuerunt
deo ãgelis hoſpicio receptis. ergo ut habu
erunt corpa unita uel aſſũpta. ſʒ nõ habuert̃
naturalit̃ unita. ergo ꝛc. ¶ Item nulla ſub-
ſtantia ſpũalis ex ſui ꝯſortio pꝫbet ſolatiuʒ
ſenſui. niſi p inhabitatõem corpis fiat uiſi-
bilis. ſʒ ãgeli frequent̃ pꝫbent ſolatia nõ ſo-
lũmõ ẜm ſpũm ſʒ etiã ẜm ſenſuʒ. ſicut pʒ
in ãgelo thobie. ergo ĩhabitãt corpa. ſʒ illa
nõ hñt ſemp unita. ergo uolũtarie aſſũpta.
¶ Item nullus ſpũs põt uiſibilit̃ demõſtra
ri ad demonſtratõem corpis. niſi ſit aliquo
modo corpi illi ꝯiunctus. ſʒ angelus qui lo-
quebat̃ Thobie uiſibiliter poterat demon
ſtrari. et uere dici hic eſt Raphael. uel hic ẽ
angelus. ergo habebat ſibi corpus illud ali
quo mõ ꝯiunctũ. ſʒ nõ p naturalẽ ꝯiunctõeʒ
ſʒ p uolũtariã aſſũptõeʒ. ¶ Itẽ nihil ẽ orga
nũ uel inſtrumentũ alicui⁹ imediatũ niſi im
mediate aſſumatur ab illo. uel naturalit̃ cõ-
iungatur illi. ſʒ angelus multa exercet opa
circa nos. ſicut loqui et mãducare. que non
poſſunt exerceri niſi mediãte corpe organi
co uel inſtrumento. ergo ꝛc. ¶ Cõtra. ma
iorem ꝯuenientiã hʒ aĩa rõnalis ad corpus
q̃ʒ hʒ ãgelicus ſpũs. ſʒ aĩa exuta corpus nõ
aſſumit. ergo nec ſpũs ãgelicus. ¶ Iteʒ p
portõ debet eſſe aſſumentis ad aſſũptũ. ſed
ſpũs ãgelicus eſt oĩno incorpalis. ergo non
hʒ pportõnem ad corpus. ergo nũq̃ʒ aſſu-
mit illud. ¶ Item aut ꝯpetit ãgelo hr̃e cor
pus aut nõ ꝯpetit. ſi ꝯpetit hr̃e. ergo uidet̃
q̃ ãgeli non ſint pfecti. q̃a nõ hñt corpus.
ſi non ꝯpetit. ergo qñ aſſumit hʒ qd̃ nõ de
cet ipm. ergo ſi ãgelus bonus non facit niſi
qd̃ decet ipm. non aſſumit corpus. ¶ Item
ſi aſſumit. aut pꝑter aliquid aut pꝑt̃ nihil.
ſi pꝑter nihil. ergo fruſtra. ſi pꝑter aliquid
aut eſt bonum aut eſt malũ. ſi bonũ. ergo p
corp⁹ aſſũptũ meret̃. ſi malũ. ergo p corp⁹
aſſumptũ demeret̃. ergo ãgelus debet puni
ri et pmiari cum corpe aſſumpto. qd̃ eſt in
cõueniens et plane falſum. ¶ Iteʒ vbicũq̃ʒ
eſt aſſumptio ibi eſt aliq̃ unio. uel in pſona
vel in natura. ſicut pʒ in aſſumptõne hũa-
ne nature a filio dei. ergo ſi ãgelus aſſumit
corpus. unit ſibi uel in pſona uel in natura
ſed nõ in natura unit. q̃a nõ reſultat tertiũ.
nõ in pſona. q̃a nõ ẽ cõicatõ pſonalitatum.
ergo nullo mõ eſt ibi unio. ergo nec aſſum
ptio. ¶ Rño. dr̃ q̃ in ãgelis duplex ẽ uis.
ſcʒ ꝯtemplatiua et admiſtratiua. ẜm ꝯtempla
tiuã ꝯuertunt̃ ad deũ. et ſic non indigent ſo
latio corpis aſſũpti. ẜm admiſtratiuã deſcẽ
dũt ad nos ⁊ ꝯdeſcendũt nobis. ⁊ ut nobis
ꝯgruenti⁹ ꝯdeſcẽdãt indigẽt ſolatõ aſſũpti
corpis. indigent inquã ad aliq̃s opatões ex
ercendas. indigent ad ſeipos mãifeſtãdos.
indigent ad noſmetipos letificãdos ſiue cõ
formãdos. et ĩdo aſſumũt corpa ſicut inſtru
mẽta uel organa ad opandũ. ſicut ſigna ad
manifeſtãdũ. ſicut coopimenta uel habitacu
la ad ꝯuerſandũ. vnd̃ corpus aſſumptũ ꝯiũ
gitur illis ſicut inſtrumẽtũ motori. ſicut ſi-
gnũ ſignificatori. ſic habitaculũ habitatori.
hoc autem magis exigit indigentia ex pte
nr̃a q̃ʒ indigẽtia ex pte ſua. et quia finis im
ponit neceſſitatem his que ſũt ad finem. et
corpus effiguratũ uel organiſatũ humana
effigie. maxĩe ꝯpetit opatõnib⁹ ſpũs rõnal̃
et expꝛeſſius ſignificat. et tanq̃ʒ pulchꝛ̃ indu
mentũ quodammõ decorat. ideo angel⁹ aſ-
ſumit corpus nõ qualecũq̃ʒ. ſʒ hũana effigie
inſignitũ. Et ꝯcedende ſũt rõnes hoc oſten
dentes. ¶ Ad ratõnes ad oppoſitum iam
patet. Reſponſio. ¶ Ad illud quod obicit̃
de anima exuta. ſatis plana eſt reſponſio.
Nõ enim eſt ſimile. quia non habet uim ad
miniſtratiuam. nec uſum adminiſtrandi. ĩdo
nec corpus aſſumit. nec habere dicit̃ poten
tiam aſſumẽdi. ¶ Ad illũ qd̃ obicit̃. q̃ p
portõ ẽ aſſumẽtis ꝛc. dr̃ q̃ pportõ attẽdit̃
⁊ inuenit̃ ibi p eũ modũ p quẽ ẽ aſſũptõ. cũ
eñi ñ aſſumat ĩunitatẽ nature nõ req̃rit̃ q̃
ſit ibi pportõ ſic pfectõis ad pfectibile. ſed
ſufficit q̃ ſit pportõ ſic motoris ad mobile

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad illud quod obicitur. vtrū ꝯpetat an-
gelo habere corpus ⁊c. ꝺ́ ꝙ ꝯpetit habe-
re corpus ut uoluntarie aſſumptū. ad ꝯplen
dum miſteriū. ſꝫ non ꝯpetit ad ſuū eē ꝯple-
tum. ideo nec carentia generat indigentiaꝫ
nec aſſūptō generat indecentiā. ¶ Ad illō
qō querit ꝑpter quid aſſumit. vtrū ꝑpter
aliquid uel ꝑpter nihil. ꝺ́ ꝙ ꝑpᷣ aliqd ſic
ꝑdictum eſt. illō tam̄ ꝑpter qō aſſumit nō
pficit p corpus tanq̄ꝫ aīa p corpus ꝑprium.
ſꝫ tanq̄ꝫ artifex p inſtrumentū. ⁊ ideo ſicut
inſtrumentum p qō quis meretur nō remu
neratur. ſic nec corpus ab angelo aſſūptū.
¶ Ad illud quod obicitur. ꝙ vbi eſt aſſum
ptio debet eē unio in pſona uel natura. ꝺ́
ꝙ non ſufficienter diuidit. quia homo aſſu
mit ueſtimentum cum ſe induit. nec tamen
vnit ſibi in pſona nec in natura. ſed illud lo
cum habet in illa aſſumptōne in qua ē unio
pfecta. qualis eſt cum dei filiꝰ aſſumpſit hu
manam naturam. ¶ Ex dictis igitur patet
queſtō ꝑpoſita. ⁊ Rñſio ad obiecta. Patet
etiam pro quanto dicitur angelus corpꝰ aſ
ſumere. quia nō ſolum propter hoc ꝙ mo-
ueat uel operetur aliquid circa corpus. ſed
quia illud accipit ad ſe. vt in illo opetur. ut
in illo manifeſtetur. ut i illo ꝯſeruetur. ⁊ q̇a
in illa ꝯiunctōne ſiue acceptōne corpus po-
tius ſequitur modum ſpiritus q̄ꝫ ecōuerſo
q̇a ab illo formatur ⁊ ꝯſeruatur ⁊ regitur.
Ideo angelus ſe hꝫ in rōe aſſumentis ⁊ ha
bentis. corpꝰ uero in rōne aſſūpti ⁊ habiti.

Conſequenter queritur ꝺ́ ſcđo
articulo. ſ. de formatione cor-
poris aſſumpti. ¶ Circa quē duo
queruntur. Primo queritur de
ipo corpe aſſūpto q̄ntum ad principiū for-
male. Scđo q̄ntum ad pricipiū materiale.

Queritur igitur primo vtrū illō
corpus habeat ueraꝫ formam
corpis hūani. ¶ Et uidetᷣ ꝙ ſic.
q̇a cū appareat eſſe corpus hu
manū. aut eſt ueꝝ aut ē ibi error ⁊ ꝺceptō.
ſed error et deceptō non ꝯpetit angelᷣ ſan-
ctis. ergo cū aſſumūt corpa q̄ uidentur eſſe
humana uere habent humanam formam.

¶ Item ad corpus hūanum nihil plus req̇
ritur niſi equalis ꝯplexio ⁊ debita organiſa
tio. ſicut dicūt Naturales. ſed corpus quod
angelus aſſumit debitā habet organiſatō-
nem. ſi ergo organiſatō pſupponit ꝯplexi
onem. ergo uidetur ꝙ habeat totum quod
eſt de ueritate hūani corporis. ¶ Item ꝙ
angelus bene poſſit formare corpus huma
nū uidetur. corpꝰ humanū ſicut dicit Aug.
eſt in rōnibus ſemialibus. ſicut ⁊ alia corpa
ſed q̇a forme quorūdam aīalium ⁊ ſerpen-
tiū ⁊ huiuſmōi habent rōes ſemiales diſp-
ſas in rebus. ıđo dicit Augꝰ. ꝙ miſterio de
monū uere educuntᷣ. ergo pari rōe ut uidetᷣ
et corpa hominū. Quō ſi tu dicas ꝙ nō ua-
let. q̇a maior requiritᷣ diſpoſitō ad ꝑducen-
dū corpꝰ hūanū. hoc nō ſoluit. q̇a qō poteſt
diſponere a remotis in pricipio opatōis ꝯti
nuando actōeꝫ. cū nō ſit diſtantia infinita.
poterit uenire ad diſpoſitōꝫ imediatā. ergo
ſi angeli poſſūt ueloci opatōe ꝑducere cor
pora aīaliū minꝰ pfecta. ergo ⁊ corpa aīaliū
magis pfecta. ergo ⁊ corpꝰ hūanū. ¶ Item
ſi aliqō agens indifferentᷣ ſe hꝫ ad aliqua ꝑ
ducenda. qua rōe pōt in unū pōt in alteꝝ. ſꝫ
angeli nō hñt maiorē ꝯuenientiā i corpibꝰ
ſerpentū q̄ꝫ in corpibꝰ hominū. imo magis
ecōuerſo. ergo ſi poſſūt auxilio nature ꝑ
ducere uera corpa hoim. ergo ⁊ aſſumere.
¶ Itē qō pōt in maius pōt in minꝰ. ſꝫ aīa
q̄ntūcūq̄ꝫ ſit modice nobilitatis excellit no
bilitatē cuiuſcūq̄ꝫ corpis. ſic dicitᷣ in viij. de
ciui. ꝺi. ⁊ in aliis multis locis. cū ergo miſte
rio āgeloꝝ educi pñt ⁊ educātᷣ aīe uegetabi
les ⁊ ſēſibiles quorūdā aīaliū. multo fortiꝰ
ꝑducere pñt uera corpa hoim. ¶ Ad op-
poſitū ſic. Eiuſdē vͤtutis ē corpꝰ formare ⁊
informare. q̇a uis formatiā ē ab iformatiua
ſiue pfectiā. ſꝫ nullꝰ ſpūs āgelicus p̄t hūanū
corpꝰ pficere. ergo nec formare. ¶ Itē āgeli
nihil pñt opari circa creaturas niſi adiuto-
rio nature. ſꝫ nulla natura p̄t generare cor-
pus hūanū niſi illa q̄ ē ſibi i ſpē. ergo āgelꝰ
nō p̄t formare ueꝝ corpꝰ hūanū niſi medi-
ante hoīe. ſꝫ hō nō p̄t corpꝰ hūanū educere
niſi generādo. ergo nec āgelus uera corpo
ra hūana formare niſi per generatōꝫ hoīs.
ſꝫ cū aſſumit corpa nō indigꝫ hūano auxi-
lio. ergo nūq̄ꝫ aſſumit uera corpa humana.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Item ſi pōt corpus de nouo formare. er
go pari rōe ⁊ corruptū repare. ergo poſſūt
mortuos ſuſcitare. qđ ē ſolius dei ꝓprium.
¶ Item ſi corpa aſſumpta ab angelis eēnt
uera corpa hūana. haberent appetitum ad
animā rōnalem. ſꝫ deus ꝯplet appetitū na
ture. ergo ſtati infūderetur eis aīa rōnalis.
¶ Itē ſi uera corpa hūana aſſumerent. aut
ſꝫm glorie ſtatum. aut ſꝫm ſtatū uie. nō ſꝫm
ſtatum glorie. hoc ꝯſtat. q̇a iam corpus illō
nō eſſet corruptibile nec ab angelo ſepabi
le. ſi ergo aſſumūt hoc eſt ſꝫm ſtatum uie.
ſꝫ corpa hūana ſꝫm ſtatum uie ſūt pondero
ſa ⁊ grauia. ſiue in ſtatu nature corrupte.
ſiue in ſtatu innocentie. ergo nō eſſent ha-
bilia ad motū. nec ad uelox miſteriuꝫ. ergo
ſi non aſſumūt corpa niſi ꝓpter miſteriuꝫ.
ergo nō aſſumūt uera corpa hūana. ¶ Re-
ſponſio. dō eſt ꝙ corpa aſſumpta ab ange
lis non habent ueram formam ⁊ ꝯplexiōeꝫ
corpoꝝ hūanoꝝ. nec etiam organiſatōnem
ꝯpletam. ſed ſolum effigiem. Et rō huius
eſt duplex. Una q̇a non ꝯpetit angelis tale
corpus ad miſterium. ſicut nunc ulṫo oſten
ſum eſt. Alia rō eſt. q̇a angelus non poteſt
educere formam naturalem ineſſe. niſi ad-
iutus a uirtute nature. ſicut habitū fuit in p̄
cedenti diſtinctōe. In uirtute autem nature
eſt ꝓducere corpa omniū animaliuꝫ. verūta
men aliter ⁊ aliter. Ad quedam enim edu-
cenda ſufficit cauſa uniuerſalis. ſine adiuto
rio agentis pticularis ꝯſimilis in ſpecie na-
ture. cuiuſmōi ſunt animalia que generātur
per putrefactōneꝫ. Quedam autem ſūt ad
que nō ſufficit niſi adiuuētur ab agente cō-
ſimilis ſpēi. ſicut ſunt corpa animaliū que
ꝓducūtur ſolūmō p ꝓpagatōnem. et iſtud
planum eſt ad ſenſum. Si autem queratur
huius rō. Prima eſt dīna inſtitutō ſꝫm quaꝫ
eſt limitatō in uirtutibus ⁊ naturis reruꝫ. et
hoc ſꝫm legem quam indidit eis ab initio.
Unđ ſicut dixit. Germinet terra herbā ui-
rentem. non dixit ꝙ germinaret homineꝫ.
Homi aūt dixit ꝙ ſe multiplicaret ſic ter-
ra germinat herbaꝫ. ⁊ homo generat hoieꝫ
Hec autem lex ſiue inſtitutō non eſt abſqꝫ
rōne. q̇a quedam ſūt animalia impfecta. tā
in organiſatōne qꝫ in duratōne. quedā uero
pfecta utroqꝫ mō. quia uero q̄dam corpora
aīalium ſunt impfecta in organiſatōne ⁊ cō
plexione. ideo non indiguerūt agente tante
uirtutis. ſed potuit uirtus ꝓductiua iporuꝫ
dari terre tanqꝫ matri et ſoli tanqꝫ patri.
cum adiutorio alioꝝ corpoꝝ ſimpliciū. tam
elementarium qꝫ celeſtiū. q̇a uero ſunt iper
fecta duratōe. ⁊ aliqñ pereūt. ideo oportuit
hec ꝯmunicari agenti alterius nature. q̇a ad
hoc data eſt uis generatiua rebus. vt dicit
Philo. ut ꝑpetuentur in eſſe. Econtrario ē
de animalibꝰ utroqꝫ modo perfectis. ⁊ ideo
uirtus ꝓductia ipoꝝ maiorē exigit actuali-
tatem. ⁊ ideo ſemialis cum maiori difficul-
tate ꝑfertur in actum. ideo maiori indiget
adiutorio. Illa igitur animalia ſiue eoꝝ cor
pora que ad primum genus ſpectant. edu-
ci poſſunt ab angelis mediāte nature auxi
lio uelociter et quaſi ſubito. ueraciter tam̄
quia per uim nature. Sed aīalia et eoꝝ cor
pora q̄ ſpectāt ad ſcđꝫ genus educi nō poſ
ſunt ueraciter niſi cum auxilio nature. ⁊ cū
diuturnitate tempis. et quoniam aſſumptō
corporum ab angelis eſt uelociter ⁊ quaſi
repente. ideo uera corpora humana non aſ
ſumunt. quia non poteſt illa per ſe forma-
re ueraciter. ⁊ cum alterius adiutorio nō po
teſt facere ꝙ exeant in eſſe uelociter Et
eſto ꝙ educerentur. adhuc non ꝯpeteret ſic̄
tactum eſt in obiciendo. tum propter appe
titum quem haberent ad animam rōnalē.
tum ꝓpter grauitatem que repugnat ſiñi
illius corporis. nam ſi haberent animā rō-
nalem non eſſet competens ſignum ad ap
parendum. ſi haberet grauitatem. non eſſꝫ
competens inſtrumentum ad operandum
maxime ad motum. non eſſet etiam com-
petens habitaculum ad inhabitandum. Cō
cedende ſunt igitur rationes probantes ꝙ
angeli non aſſumunt uera corpora huma-
na. ſiue boni ſiue mali. ¶ Ad illud quod
obicitur in contrarium. ꝙ eſt ibi error et de
ceptio. dicendum ꝙ falſum eſt. quia non aſ
ſumunt illa corpora ut oſtendant ſe eſſe ho
mines ⁊ ueros homines. ſed ut oſtendant
ſe rationales. et quoniam illa corpora ſigni
ficant ipſos eſſe rationales. et ad hoc for-
mata ſunt finaliter. iđo uera ſunt quamuis
non ſint uere humana. ſicut in primo li-
bro dictum fuit de igne et columba.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad illud qδ obicitur. ꝙ eſt uera organi
ſatio ⁊ equalis ꝯplexio. ꝺδ ꝙ falſū eſt. non
enī ē ibi uere organiſatō q̄ ꝯpetit corpi hu-
mano. que quidē eſt a uirtute formatiua cū
ſemibus delata. ſꝫ poti⁹ q̄dam lineamētoꝝ
ꝑtractō ſm̄ illius ꝯformitatē. Et hec non ꝑ
ſupponit equalitatē ꝯplexionis. q̄a talis ꝑ
tractō pōt fieri ab artifice in ligno ⁊ lapide
nec quecūqꝫ qualitas mixtōnis eſt illa q̄ fa
cit ad unitateꝫ corpis hūani. ſꝫ illa q̄ hꝫ uir
tutē ſpecificatiuā homis ⁊ directiuā. ¶ Ad
illud qδ obicitur. ꝙ corpus hūanū eſt in rō
nibus ſenſibilib⁹. iam pꝫ Rñō. ꝙ q̄uis ſit
ibi. nūqꝫ tn̄ educitur niſi ꝯcurrat uirtus agē
tis exterioris. q̄ reſidꝫ in lūbis uiri ⁊ in ma
trice mulieris. ⁊ ideo ſine his nūqꝫ poteſt il
la ratō ſemīalis ad actū ꝑfectum educi. Et
ſi obiciat ꝙ poteſt diſponere diſpoſitōe re
mota ⁊c. ꝺδ ꝙ illδ habꝫ locū niſi diſpoſitō
remota ſit neceſſitas ſola intēſione. tūc eni
ſufficit uirtutis actiue ꝯtinuatō ⁊ intenſio.
non autem qn̄ requirit̄ noue forme uel alte
rius forme ſm̄ ſpēm opatō. ⁊ ſic eſt in ꝓpo
ſito. ¶ Ad illud qδ obicitur. ꝙ indifferent̄
ſe hꝫ angelus ad oīa corpora animaliū. ꝺδ
ꝙ ſi hoc uerū ſit de ipō angelo in ſe. nō tn̄
eſt uerū de uirtute nature. ex cuius adiuto-
rio angelus opatur. ⁊ ideo ſicut angelus ꝑ
ſe nō pōt educere corpus hūanū. ita nec cor
pus alicuius aīalis. ⁊ ſicut natura quedā po
teſt facilit̄. q̄dā cū maiori difficultate ut pri⁹
uiſum eſt. ſic ⁊ angelus ipius uirtute adiut⁹
¶ Ad illδ qδ obicitur. ꝙ pōt in magis no
bile. ꝺδ ꝙ illδ nō habet ſemꝑ ueritatem. q̄a
homo poteſt generare homieꝫ qui ē nobili
or. ⁊ nō poteſt generare aſinū. maxime aūt
tūc deficit qn̄ res nobilior eſt facilioris pro
ductōnis. ſicut frequēter ꝯtingit. et ſic in ꝓ
poſito. nam facilius educitur aīa uegetabil̄
vel ſenſibilis aīalis ꝑ putrefactōꝫ educti. q̄ꝫ
educat̄ ⁊ organiſatur ueꝝ corpus homis.

SEcundo queritur de corpore
aſſumpto a parte principii ma
terialis. Et queritur vtꝝ cor-
pus illud qδ aſſumit āgel⁹ fiat
de natura celeſti. aut elemētari. Et ꝙ fit ꝺ
natura celeſti uidetur. finis imponit neceſſi-
tatem his que ſunt ad finem. ſed angel⁹ aſ
ſumit corpus ad ſui ipius oſtenſioneꝫ. cum
ergo angeli ꝑ naturam ſint lumina. debent
ergo aſſumere corpus de natura lucis. ergo
de natura celeſti. ¶ Iteꝫ organū ſiue inſtru
mentum debet ꝯformari mouenti ſiue mo
tori. ſed angelus aſſumēs corpus ut inſtru-
mentū eſt immutabilis ⁊ ipaſſibilis ꝑ natu-
rā. ergo ⁊ corpus. vnδ corpus aſſumptum
formatū debet eſſe incorruptibile ⁊ ipaſſibi
le. tale aūt non eſt niſi corpus celeſte. ergo
⁊c. ¶ Item locus maxime ꝯpetens angelo
eſt corpus celeſte uel celum. ſi ergo āgelus
in corpe aſſumpto locatur tanq̄ꝫ in habita-
culo. uidet̄ ꝙ corpus illδ ſit ſumptū de celo
aut non ꝯpetit angelo ipi. ¶ Item corpus
aſſūptū aut eſt de natura celeſti. aut elemen
tari. ſi de natura celeſti. habeo ꝓpoſitū. ſi
de elementari. aut graui aut leui. ſed ſi ē ꝺ
graui cū difficultate mouet̄ ſurſū. ſi de leui
uiolenter mouet̄ deorſū. ergo ſi neutꝝ hoꝝ
ꝯpetit uelocitati āgelice. corp⁹ qδ aſſumit
nō ē elementare. ergo eſt corpus celeſte.
¶ Item ſi eſt elementare. aut eſt mixtum.
aut ſimplex. ſi ſimplex. ergo non eſt aptus
ad colorem nec ad effigiē nec ad organiſa
tōeꝫ. ſi mixtū. ergo cū corp⁹ mixtū ſit reſo
lubile ⁊ rarefactibile. uidet̄ ꝙ ſicut corp⁹ hu
manū ex ſepatōe aīe ſit putridū. ſic ⁊ corp⁹
ab āgelo aſſumptū. qδ apparꝫ eē falſū. re-
ſtat ergo ꝙ nō ē corpus elemētare. ⁊ eſt ele
mētare uel celeſte. ergo ⁊c. ¶ Itē ſi ē cor-
pus elemētare hꝫ ꝯtrariū ſiue ſit ſimplex
ſiue mixtū. ergo ſi trāſeat ꝑ regionē ignis
uidet̄ ꝙ quicquid ſit in eo hūidū ꝯſumatur
ſi v̄o ꝑ regiōeꝫ aque. quicq̄d ē in eo igneū
extiguat̄. qδ ſi ꝯſtat eē falſū. ergo ſi ange-
lus ſine leſiōe ꝑtrāſit regiones omniū ele-
mētoꝝ cū corpe aſſūpto. ꝯſtat illδ nō eē de
natura elemētari. ⁊ ē ꝺ natura elemētari uł
celeſti. ergo ⁊c. ¶ Ad oppoſitū arguit̄ ſic.
prio aucto. Greg. ait eni ſic. Nūq̄ꝫ abram
angelos uidere potuiſſꝫ niſi corp⁹ ex aere
aſſūpſiſſent. ¶ Itē Beda ꝺ natura reꝝ. āge
li ad nos uenīētes corp⁹ ex aere ſumūt. ¶
Itē rōe. ſic āgeli aſſumūt corpa maxīe ꝓpt̄
motū ⁊ diſcurſū. ſꝫ corp⁹ celeſte n̄ ē habile
ad motū rctū ſꝫ circularē. ergo n̄ ꝯpetit in
miniſterio angelico aſſumere corpus de
celo. ¶ Item angelus aſſumit corpus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad apparendum ⁊ hoc in hũana effigie. ſed
corp⁹ celeſte nec eſt ↄ̇terminatiuũ uiſus nec
figurabile. ergo non uidetur ad ↄſtitutõem
corporis aſſumpti ab angelo tunc habile.
¶ Item ſi aſſumit corpus de celo. cũ non
aſſumat de toto aſſumit de pte. ergo ſepat
et diuidit ptem celi a toto. ſꝫ om̃e diuiſibi-
le ẽ corruptibile. ergo uidetur ꝙ natura ce-
leſtis ſit corruptibilis. ſꝫ hoc eſt falſũ. ergo
et primũ. ¶ Item ſi aſſumit corpus ↄ̇ celo
cũ aſſumat partem quam fert ſecũ ↄ̇orſum
aut aliq̇d ſubĩtrat locũ ei⁹. aut nihil. ſi nihil.
ergo r̃manet uacuũ. ſi aliq̇d aut oportꝫ illđ
de nouo creari. aut oportꝫ corpus rareſieri.
ergo ſi hec oĩa ſunt incõuenientia. pꝫ ⁊c.
¶ Itẽ angelus ſathane frequent̃ ſe tranſſi-
gurat in angelum lucis. ⁊ tunc ↄſtat ꝙ aſſu
mit corpus ita pulchrũ ſicut ⁊ angel⁹ bon⁹.
ſꝫ demones nõ aſſumũt corpa de natura ce
leſti. q̇a uſqꝫ ad illã nõ ↄſcendũt. ſꝫ ſolũ de
natura elementari. ergo ſimilit̃ uidetur ꝙ
angeli boni. ¶ Rño. Ad hoꝝ intelligentiã
ẽ notãdũ. ꝙ circa hoc diuerſe fuerĩt ſapientũ
opiniones. Quidam enĩ dicere uoluerũt ꝙ
angeli aſſumũt corpa ex natura elementari
ita tam̃ ꝙ nõ ex uno tantũ ſꝫ ex oĩbus ſit
mixtis. aliquo tam̃ eoꝝ p̄dominante. Vnđ di
cũt corpus illđ ab angelo aſſũptum eẽ uere
corpus mixtũ q̃uis nõ ſit uere corp⁹ huma
nũ. illã aũt formã mixtõnis dicũt eẽ ab ãge
lo tanq̃ꝫ appropriãte ſolũ. ſꝫ a domĩo tãq̃ꝫ
a dante. dante inq̃uã nõ p creatõeꝫ uel infu
ſionem. ſꝫ p intrinſecã opatõeꝫ ſm quã di
ctũ eſt ſupra. ꝙ indidit rebus naturas ⁊ uir
tutes ſeminarias. ſm quas đo coopante cun
cte naturales forme p̄ducũtur in eẽ. Sꝫ cũ
corp⁹ illđ q̃ſi repẽte formetur ⁊ đſtruatur.
Aliis nõ uidet̃ pbabile ꝙ ſit plena mixtio
ne mixtũ. maxĩe cũ in eius reſolutõne nec
appareat tp̄is lõgitudo. nec putrefactõnis
corruptõ. Et iđo dixerũt ꝙ corp⁹ illđ eſt ↄ̇
natura elemẽtari ſimplici. ex qua dicũt illđ
corpus aſſũptũ formari hoc mõ. natura enĩ
elemẽtaris ex qua corp⁹ ſibi format ãgelus
eſt aeris elementũ qđ de ſui natura ẽ rareſa
ctibile ⁊ ↄdenſabile. ſi aſſit ṽtus q̃ hoc poſ
ſit. Vnđ ſicut uidem⁹ aquam ſolidari in cri
ſtalluꝫ uel glatiem ex frigore. ſic ↄtingit ali
qua uirtute occulta que nõ latꝫ ãgelos aerẽ

ↄdenſari poſſe ſm plus ⁊ minus. ad nobili
tatem angeli opantis. hoc autẽ corpus cum
ↄdenſatur poteſt ſuſcipere figurã et effigiẽ
et ita corpi organiſato effici ↄforme. poteſt
nihilominus in vna parte ↄdenſari plus. in
una minus. in alia mĩme. et ſic ↄformat̃ nu
mero oſſi ⁊ carni. Poteſt etiã in una ſui pte
intercipere plus ↄ̇ luce. in alia minus. in alia
mĩme. ⁊ ſm hoc habere in ſe diuerſos colo
res. ⁊ ita corpi hũano effici quaſi in omnib⁹
ↄforme. q̃uis nõ ſit in ſuis principiis multi
forme. ⁊ ita idoneũ eſſe inſtrumentũ ſignũ
et habitaculũ ut ab angelo aſſumatur. Sed
q̇a adhuc hoc difficile eſt intelligere quõ. ſ.
ex aere ſine alterius elemẽti ↄmixtõe fiat
corpus ſolidũ ⁊ diuerſis coloribus coloratũ
cũ colores p̄ducere nõ ſit artis niſi median
te auxilio nature. Ideo tertia uia adhuc ui-
detur eẽ pbabilior. ſ. ꝙ corpus aſſumptuꝫ
ab angelo corp⁹ elemẽtare eſt. nõ q̇a ſit ex
quattuor elemẽtis plena mixtõe pmixtum
ſicut corp⁹ ↄplexionatũ. nec q̇a ſit ex puro
et ſimplici elemẽto formatũ. Sꝫ q̇a princi-
paliter format̃ ex aere cũ aliqua admixtõe
alterius elemẽti. ſicut videmus in nube que
nõ eſt corp⁹ plene mixtũ. hꝫ tñ in ſe natu-
ras pluriũ elemẽtoꝝ. Per hũc modũ ⁊ cor-
pus ab ãgelo aſſumptũ principalit̃ ab aere
intelligitur eẽ formatũ. ↄcurrẽte ad hoc na
tura alicui⁹ uaporis terreſtris uel aquoſi. q̇
quidẽ faciat tam ad uarietateꝫ ↄdenſatõnis
q̃ꝫ ad multiformitatẽ coloris. hãc auteꝫ nõ
oportet angelũ ↄ̇ lõginquo mẽdicare. cum
aer p magna ſui parte ſit ↄmixtus uapori
bus. Et hanc poſitõnem mediaꝫ int̃ utrãqꝫ
tanq̃ꝫ ex utraqꝫ ↄſtitutaꝫ ad preſens poſſu
mus ſuſtinere. ¶ Ad queſtõnem igitur p-
poſitam breuiter Reſpondenđ. ꝙ angelus
tam bonus q̃ꝫ malus aſſumũt corpus ex na
tura. non celeſti ſed elementari. non ſimpli
ci nec plene ↄmixta. ſed medio modo. vt
pote ex aere uaporali. angelus tamen ma-
lus ex parte inferiori. bonus uero ex parte
ſupiori. non inq̃ntũ ſupiori in qua nulla re
periatur natura alteri⁹ elemẽti. ſed ſupiori
opatõne et reſpectu eius ptis de qua aſſu-
munt corpora angeli mali. Ideo conceden-
de ſũt rões ꝙ corpora ab angelis aſſum-
pta non ſint de natura celeſti ſꝫ elemẽtari.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad illud qđ obicitur. ꝙ angelus aſſumit corpus ad ſui oſtenſiões. đđ ꝙ angelus nõ tantũmõ ſe oſtendit penſata dignitate ſiue nobilitate ſua ſʒ etiam idoneitate ſigni. et neceſſitate ex parte nr̃a. licet igitur eius dignitas oĩs corpis nobilitatem p̄cellat. quia tam̃ corpus elemẽtare ſumit ad eius manifeſtatõem. ꝫm ꝙ nr̃a exigit indigẽtia. ⁊ ad hoc eſt idoneũ ut ſit corpis organici materia. ĩdo magis ꝯpetit ut angel⁹ ĩ ĩpo ſumat corpus q̃ȝ de celeſti natura. ¶ Ad illud qđ obicitur ꝙ inſtrumentũ debʒ ꝯformari motori. đđ ꝙ uerũ ē q̃n organũ ſiue inſtrumentũ eſt ei ꝑpetuo ꝯiũctum. ſʒ q̃n ꝯiũgitur ſolũ ad tẽpus. ſufficit ut ſibi ꝑ opportũitate loci ⁊ temporis ⁊ opis ꝯformetur. ⁊ ſic ē in ꝓpoſito repire. ¶ Ad illud qđ obicitur. ꝙ angelus locatur in corpe aſſumpto tanq̃ȝ in habitaculo. iaȝ pȝ R̃ño. q̃a nõ eſt habitaculũ debitũ angelo q̃ntum ad excellentiã ſue dignitatis. ſʒ q̃ntum ad indigentiã nr̃e infirmitatis. ⁊ q̃m ſtatui nr̃e infirmitatis pl⁹ cõformatur elemẽtaris natura q̃ȝ celeſtis. ĩdo etſi habitaculũ celeſte plus ꝯpetat ãgelo ad ꝯtemplandũ habitaculũ ex corpe elementari. plus ꝯpetit angelo ad miſtrandũ. ¶ Ad illud qđ obicitur. aut eſt corpus graue. aut leue. đđ ꝙ nec ſimpliciter graue nec ſimpliciter leue. tum quia ex aere. tũ q̃a ex aere ꝯmixto uapori. et ideo eſt habile ad motũ ꝫm om̃eȝ potentiam. qđ non eſſet ſi eẽt corpus ſimplex ponderoſum aut leue. ¶ Ad aliud iam patet R̃ſio. q̃a nec eſt oĩno ſimplex. imo quodãmõ mixtum ut ꝯpetat colori et organiſatõni. nec adeo mixtũ ut ſubiaceat putrefactõni. ſed medium tenet ut p̄dictum eſt. ¶ Ad illud quod obicitur quia patitur a contrario. dicendum ꝙ ſicut formatõ illius corporis quamuis ſit ex adiutorio nature. tamẽ pricipaliter ē a uirtute ſpiritualis ſubſtantie. ꝓpter hoc quia effigies illius corporis plus eſt artifitialis q̃ȝ naturalis. ſic ⁊ ꝯuerſatio illi⁹ corpis ē a uirtute angelica. Ũnđ ſicut ſua uirtute abſq̃ȝ manib⁹ corpus illđ effigiat. ſic ſua uirtute ꝓtegit ⁊ ꝯſeruat. ⁊ ĩpo deſerẽte redit corp⁹ ad p̄iacẽtem materiã. ĩdo ſic ei⁹ ꝯſeruatõ nõ pẽdet ex ſiſi. ita nec corruptõ fit a ꝯtrario.

Conſequenter queritur de tertio. ſ. quas opationes exercet angelus ĩ corpore aſſumpto. ¶ Et circa hoc q̃rũtur duo. Primo vtrũ exerceat opatões aĩe uegetatiue. Scđo vtrũ ibi exerceat opatões potentie ſenſitiue.

Circa primũ ꝓceditur ſic ⁊ oſtẽditur ꝙ operatões potentie uegetatiue exerceat in corpore aſſumpto tam bonus angelus q̃ȝ malus. De bono ſic. ¶ Cibari ſiue ꝯmedere eſt actus ſpectans ad potentiam uegetatiuam. ſed hunc actum exercent angeli in corpe aſſumpto. ſicut ꝓbatur ex eo ꝙ ſcribitur Geñ. xviij. vbi Abram angelis expoſuit cibaria. ⁊ ſicut ibidem legitur cõmederunt. ¶ Item non decet nuntios ueritatis falſis oſtenſionibus decipere oculos hominis intuentis. ſed angeli apparentes comederunt cum his ad quos mittebantur. ſicut frequenter legitur in ſcriptura. ergo uere cibabãtur. ſed ille eſt actus uegetatiue potentie. ergo ⁊c. ¶ Item lingua congruit in duo opera nature. in locutõnem ⁊ cibatões. ſed angeli in aſſumptis corpibus per liguã uere ⁊ proprie loquebantur. ergo uere cibabantur. redit ergo idem quod prius. quia boni angeli in aſſumpto corpore uegetatiue potentie actum exercent. ¶ Iteȝ hoc ĩp̄m oſtenditur de malis. generare eni eſt actus potẽtie uegetatiue. ſʒ đmones mediantibus corpibus aſſumptis generant. ſicut dicit Joſephus narrans illud quod ſcribitur Geñ. viij. de generatõne gigantium uidentes filii dei ⁊c. ergo et cetera. ¶ Iteȝ cõmunis opinio eſt de Merlino ꝙ generatus fuit a demone incubo. ſed ſi hoc demon incubus nõ potuit niſi mediante corpore aſſumpto. ergo idem quod prius. ¶ Item actus ordinatus ad generatõnem eſt per ꝯmixtõnem cũ ſexu femineo uel uirili. ſed demon ſuccubus ſe uiro ſubicit ſubiectõne in qua eſt effuſio ſeminis. et demon incubus mulieri incumbit. ergo uidetur ꝙ ſi poſſint coire ꝙ poſſint etiam generare. ergo in aſſumpto corpore exercent actum potẽtie uegetatiue.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad oppoſitū arguitur ſic. et oñditur ꝙ
bonis angelis nō ꝯpetat actus cibādi. ¶ Scri
bitur Thobie vlti. et eſt uerbū Raphaelis
angeli. Uidebar quidem uobiſcū comedere
et bibere. ego uero cibo et potu inuiſibili
utor. ergo non uere angelus comedebat ci-
bū corpalez etſi uideretur ꝯmedere. ¶ Itē
vbicunqꝫ eſt uera cibatō ibi eſt depdita re-
ſtauratō. ſꝫ in corpibus aſſūptis ab angelis
nulla fit depditio. q̄a nō ē ibi caloris ꝯſum-
ptio. ergo ꝛc. ¶ Item vbi ē uera cibatō ibi
eſt ſepatō puri ab impuro. hoc aūt nō facit
angelus beat⁹ in aſſumpto corpe. ergo ꝛc.
¶ Item ꝙ malis angelis non ꝯpetat gene
ratō uidetur. q̄a generatō ē ꝯſimilis i ſpē.
ſꝫ demon aſſumens corpus nō aſſimilatur
homī ſꝫ demoni. ergo non generat homiez
ſed ſi generat. generat dmonem. qd̓ pꝫ eē
falſum. ergo ꝛc. ¶ Item ad hoc ꝙ fiat ge-
neratō neceſſe eſt ut ſm Medicꝫ ꝯcurrat
triplex ſpūs. ſ. naturalis. uitalis. et animal'.
ſm Philo. triplex calor. ſcꝫ calor aīe. calor
celi. calor elementi. ergo cū demon nec ſpi-
ritualem nec calorem aialē i corpe aſſūpto
poſſit habere. uidet' ꝙ nullo mō poſſit gene
rari. ¶ Itē generare nō ē actus aīe ꝛ corpis
ſꝫ ꝯiūcti. ſꝫ ex demone et corpe nō fit unū
ergo nūq̄ꝫ pōt per corpus exire in actū ge
nerandi. ¶ Rño. dd̓ ꝙ ſpūs angelicus ſiue
bonus ſiue malus in corpe aſſumpto nō ha
bet opatōꝫ aīe uegetatiue. nec q̄ntum ad ci
batōem. nec q̄ntum ad generatōeꝫ. q̄a nec
habet vim nutritiuaꝫ nec hꝫ vim generati-
uam. habꝫ tamē aliquo mō opatōnes his cō
formes. licet non plene. et hoc patet ſi attē
datur natura cibatōis et generatōnis. In ci
batōne enim ē cibi ſumptō ꝛ ꝯſumptō. eſt
nihilominus ꝯuerſio ꝛ vnio. et q̄ntū ad pri
mū ꝯpetit angelo in corpe aſſūpto cibatio
ſiue ꝯmeſtio nō ſimulate ſꝫ uere. q̄a cibum
ſibi appoſitum uere ſumebāt et ꝯſūmebāt
Uerūtamen cibus aſſumptus eorꝫ indigē
tiam uel deperdītōeꝫ non reſtaurabat. quia
talis cibatio ex potentia non ex indigentia
eſt in angelis. his uero que uegetantur non
tantum eſt potentia ſed etiam indigentia.
et hoc eſt quod dicit Auguſtinus. quia ſicut
aliter abſorbet aquā terraꝫ ſitiens. aliter ra
dius calefatiens. ſic aliter ꝯpetit cibatō ho-
mini. aliter ꝯpetit angelo. ſiue homi uiato-
ri. aliter et beato. Per hunc etiam modum
circa actum generatōnis in aliquo ꝯformat'
ſpūs aſſumens corpus. in aliquo uero non.
nam in actu generatōnis et eſt ſemis ꝯſti-
tutio ſm neruos et uirtutes et calores tali
ſpēi ꝯpetentes. ꝛ eſt ſemis ſic perfecti trāſ
fuſio ꝛ ſuſceptō. Primum eſt ſolius illi⁹ cui
deus dedit uim propagatiuam. ꝛ hoc nullo
modo competit demonibus aſſumentibus
corpus. Scdm uero uidelicꝫ ſeminis ſuſce
ptio et tranſfuſio eis poteſt competere. pri
mo enim ſuccūbunt uiris in ſpecie mulieris
et ex eis ſemen pollutōnis ſucipiunt. ꝛ qua
dam ſagacitate ipm in ſua uirtute cuſtodi-
unt. et poſtmodum deo permittente fiūt in
cubi et in uaſa mulierum tranſfundunt. ex
qua tranſfuſione homines generari poſſūt.
His uiſis facile Reſpondetur. et ad queſtō
nem propoſitam et ad argumenta. ¶ Ad
queſtōnem. quia ſimpliciter ꝯcedendum eſt
ꝙ non habent opera potentie generatiue ꝛ
vegetatiue. que ſunt generare et alimento
uti. ſicut oſtendunt ratōes ad hoc inducte.
habent tamen aliquas operatōes his ꝯfor-
mes. non in toto ſed in parte. et hoc pro-
bant ratōnes ad oppoſitum inducte. oſten-
dentes uidelicet ꝙ angeli boni comedunt ꝛ
ꝙ mali angeli generant. Uerꝫ enim ē ꝙ
boni angeli cibum ſumpſerunt. ſed non ad
ſuam refectōnem. ſed ad dantium conſola
tōnem. et ideo non erat ibi error nec dece-
ptio. nec illuſio quantꝫ erat ex parte ipoꝝ
angelorum. licet aliquis ignorans illorum
naturam poſſet ex hoc accipere occaſioneꝫ
opinandi falſum. Et ſic patet Reſponſio
ad tres ratōnes primas. Concedendum eſt
etiam ꝙ demones ſm uiam predictam ſe-
men poſſunt ſuſcipere et tranſfūdere. ſi de
us permittat. ſed non ꝙ poſſunt alimentꝫ
in uerum ſemen propria uirtute cōuertere.
ideo dicūtur quodammodo generare. ſicut
oſtendunt tres rationes ſequentes. Attamē
vltima ratio non cogit. plus enim eſt gene
rare q̄ꝫ coire. et ideo non ſequitur ſi poſſūt
coire cum muliere ꝙ propter hoc poſſint
eam impregnare. uel ex ea prolem gene-
rare.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

d

SEcūdo queritur circa hoc ⁊t̄ꝝ angeli in aſſumptis corpibus habeant opatões cōuenientes potētie ſenſitiue. ¶ Et ꝙ ſicut ui detur. idem eſt principiū motus et ſenſus. ſicut dicit Philo. ſꝫ angelus corpi aſſumpto dat motū. ergo et ſenſum. ¶ Iteꝫ ſicut angelus aſſumit corpus habens organa apta ad motū. ita aſſumit corpus habēs organa apta ad ſenſū. ſicut enī corpus illō aſſumptū habet manus et pedes. ita habꝫ oculos et aures. ſꝫ organa ſenſiendi ſine ſenſu ſūt inutilia. ergo ſi nō fruſtra aſſumit illa organa. uidet̄ ꝙ illa ſenſificat ⁊ ꝑ illa ſentiat.

¶ Item qđ habet opatōem ↄſequentē ꝓprium ſpēi. hꝫ opatōem ↄſequētem ꝓprium generis. ſꝫ ſicut ꝓpriū homis ē riſibile. ita ꝓpriū aīalis eſt eſſe ſenſibile. ſꝫ ſicut angelus in corpe aſſumpto pōt ridere et lugere. ſic et poteſt uidere et audire. ¶ Iteꝫ aut angelus de ſua natura hꝫ ſenſū. aut nō habet. ſi nō. cū ſenſus ſit cognitiuꝰ ꝑticulariū. non ↄgnoſcit ꝑticularia. qđ ē plane falſum. ſi uero ſenſum habꝫ. cū ſenſus ſit potentia qua mediante ſenſificantur organa corpalia. pꝫ ⁊c. ¶ Itē angelus exiſtens in corpe aſſumpto ↄgnoſcit hec ſenſibilia. aut igitur potētia immateriali. aut potentia que nata ſit alligari corpi. ſi potentia imateriali. ergo ita bene ↄgnoſcit diſtans ſicut ꝓpinquū. igit̄ angelus qui ē rome audit nos loquētes pariſius. ergo nō indigeret moueri ⁊ diſcurrere. ꝙ ſi hoc ē falſum. reſtat ꝙ illa ↄgnoſcit potentia q̄ ē corpori ꝓportōnabilis et ↄcernit determiniatam diſtantiā. ſi ergo iſte ē ſenſus. pꝫ ⁊c. ¶ Iteꝫ nihil patitur a corpe niſi ſenſum habeat corpi ꝓportōnabilem. ſed angelꝰ crematur ab igne. ergo ſi ſenſus eiꝰ pōt pati a corpe. multo fortius pōt ꝑ corpꝰ ſentire. cū ꝑ naturā magis ſit natus in corpus q̄ꝫ a corpe penam ſuſcipere. ¶ Itē angelꝰ aſpitiēs me in aſſūpto corpe ſuſcipit in celo meam ſimilitudieꝫ. et cū oculus ille ſit corpus puiū ⁊ terſū. ulterius ꝺ ſua ſimilitudine iudicat. hoc planū eſt. ſi ergo ad ſenſū nihil plus requiritur q̄ꝫ receptō ⁊ iuditiū. uidetur ꝙ ſentiat ꝑ corpus aſſumptū. ¶ Ad oppoſitū. ſenſus ꝑſupponit uitam. ſꝫ angelus corpꝰ aſſūptū non uiuificat ſicut ꝓbatū eſt ſupra. ergo nec ſenſificat. ergo per ipm non ſentit. ¶ Item ſenſus ꝑſupponit actū uegetatiue. ſꝫ āgeli in aſſūptis corpibꝰ nō habeant opa uegetatiue. ergo nec opa ſenſitiue. ¶ Item ſi angelꝰ ſentiret ꝑ corpꝰ cū ſenſus ille q̄ ſit mediante organo corporali ſit nature corporee alligatꝰ. āgelꝰ natꝰ eēt ſicut ⁊ anima ꝑ naturā unita corpibus. ergo qū non haberet corpꝰ nō haberet eē ꝑfectū. ¶ Item ſi angelꝰ ſentiret ꝑ corpus cū ſentire ſit actō ↄiuncti. angelus ſuas opatōnes miſteriales ↄmūicaret corpori. ergo debent ↄmūicare penā ⁊ gloriā qđ eſt falſū. ¶ Itē ſentire ē ꝓpriū animalis. ergo nulli ↄpetit ſentire niſi cui cōpetit eſſe animal. ſed hoc nullo modo ↄpetit angelo. ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ ſi ſentire eſt mediāte organo corporeo. ergo non ↄgnoſceret homiem clauſo oculo. nec ↄgnoſceret homieꝫ a tergo. nec ↄgnoſceret homiem in obſcuro. q̄ oia cū ſint falſa. reſtat ꝙ angelus in aſſumpto corpe non habeat opera ↄpetentia potentie ſenſitiue.

¶ Queritur ergo q̄ opera ↄueniāt vel exerceant̄ ab angelo in corpe aſſūpto. Rńo. Ad ꝑdictorū intelligentiam eſt notandū. ꝙ cū anima vniatur corpi ut perfectō. q̄dam ſūt opatōnes q̄ ↄſequūtur. ipaꝫ animam in corpe vt eſt motor. q̄dam ut imperfectō. q̄dam parti ſic ꝑtim ſic. differenti aūt mō exercet anima in corpe opatōes q̄ ↄſequitur ipam ut motorē ⁊ ut perfectōꝫ. nam opatōnes q̄ ↄſequūtur animam ut motorem. ſic exercet ꝑ corpꝰ ꝙ illas eaſdem exercet in corpus. q̄a nō ſolū mouet alia corpa. ſꝫ etiā corpꝰ ꝓpriū. opatōnes uero q̄ ↄſequit̄ animam in corpore ut eſt perfectō. ſic exercꝫ anima in corpe ꝑ corpꝰ ꝙ exercet eas cum corpe ſicut pꝫ. anima clauſo oculo corpꝰ aliqđ uidere non poteſt. tertias aūt opatōnes exercet in corpe q̄ſi utroq̄ꝫ mō. ⁊ ideo prie ↄpetūt anime ut ē hoc aliq̄d ⁊ motor differens a mobili. ſcđe uero ut eſt forma iūcta materie. Qm̄ igit̄ angelꝰ unit̄ corpi aſſumpto non ut ꝑfectō ſꝫ ut motor. iđo primas opatōnes exercet plene in eodem corpore. ſcđas mime. tertias ꝟo quodāmō ſic quodāmō nō. et hoc melius pꝫ ſi deſcendamꝰ exemplificando. motus ꝓgreſſiuꝰ ſiue quicūq̄ꝫ alius ſit membrorum exteriorum eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ab anima in corpe ut eſt motor uł' motrix. et ideo ↄpetit angelo. ſentire uero p organa corpis ↄpetit anime ut eſt illoꝝ organorū pfectō. ſicut enim anima pficit totū corpus ita uiſus ſiue potētia uiſiua pficit oculum. et hoc non ↄuenit angelo in corpe aſſumpto. ridere uero eſt opatō que prim cō petit anime ut ē motor. partim ut ē pfectō. ibi eni eſt quedam cordis exhilaratō. et hec eſt ab anima ut eſt pfectō. eſt ibi etiam quedam genaꝝ motō. et hec ē ab anima ut eſt motor. rōne primi non ↄuenit angelo ſ; ſolum rōne ſcdi. Ex hoc p; rñō. Ad queſtō; ꝓpoſitam. ſi eni uocentur opa potētie ſenſitiue ipi actus ſentiendi p organa. Sic breuiter vō. q; angelus nō exercet ea per corpus aſſumptum. Si autem extendant opa potentie ſenſitiue ad ea que ſunt ab anima vt mouente. ſic ↄmūicat ea corpi. Ratōes igitur ꝓbantes angelū non ſentire per corpus aſſumptū ↄcedende ſunt. ¶ Ad illud uero qd primo obicitur in ↄtrariū. q; idē eſt principiū motus et ſenſus. vō q; Philo. loquit' in aialibus in quib' vult q; cor ſit principiū ſenſus ſicut principiū motus. ¶ Ad illud qd obicitur. q; corpus illud h; organa facta ad ſentiendū. vō q; angelus non tātū aſſumit corpus humanū vt inſtrumentū ad opandū, ſed etiam ut ſignū ↄueniens ad ſe oñdendū. qa corpus carens organis debitis homi. nō eſſet ↄuenient angelici ſpūs oſtēſiuū. ideo corp' hñs oia organa aſſumit. nō ad ipoꝝ organoꝝ ſenſificatōnem. ſed poti' ad ſui ipius oſtenſionem. ¶ Ad illō quod obicitur. q; ↄmūicat corpi opatōe; ↄſequentem ſpēm ꝛc. vō q; ridere non eſt actus ↄſequens ſpēm homis ꝓut dicit motū ſolū genarum exterioꝝ. qa ſic cōſequitur aiam vt motore;. ſed ꝓut cum hoc dicit aliquē actū interiorem q ↄſequitur exiſtentiam anime in corpe vt ē pfectō. hoc autem mō nō ↄpetit angelo ſed ſolū primo. ¶ Ad illō quod obicitur. q; angel' habet ſenſum qa ↄgnoſcit ſingularia. vō q; ſentire pōt accipi communiter ꝛ ꝓprie et magis ꝓpric. ↄmūit' ſentire ide; eſt q; rem ut pſentem ↄgnoſcere. ſm quem modū accipit Aug'. ad Paulinā in libro de uidendo deo. Scdo mō ſentire idem eſt q; rem ut hic et nūc ↄgnoſcere. et ſic accipit Boe. cum dicit q; ſenſus ē pticulariū et itellect' uniuerſalium. Tertio mō ſentire idē eſt q; ſpēs exiſtente; in materia pter materiam mediante organo corporeo ſuſcipere. et ſic accipit Philo. in. ij. d aia. cū dicit q; ſenſus eſt ſuſceptiu' ſpēꝝ in materia pter materia;. Primis duob' modis nō differt ſenſus ab intellectu re ſed rōe tātū. et hoc modo bene ponitur in angelo. āgel' eni p ſuam potentia; intellectiuā ↄgnoſcit rem ut pſentem. et ut hic et nūc dirigendo aſpectū ſup ipam. Tertio uero mō differt potentia ſenſitiua ab intellectiua re et rōe. et illo tertio mō ſenſus eſt potentia alligata corpi. et hoc mō ſpūi angelico non ↄuenit. ¶ Ad illud qd obicitur. q; ſi ↄgnoſcat potētia imateriali. tūc nihil facit ad hoc diſtantia. vō q; dū ſingularia ↄgnoſcit ꝛ ſentit potentia imateriali ↄgnoſcit. aſpectū tamen ſup rem ↄgnitam dirigit. et ideo ſi res illa non eſt ei pſens ſiue imediate ↄiuncta. neceſſe eſt uel uirtutem angeli differri uſq; ad ipa; uel ecōtra. ꝛ qm̄ tam uirtus angeli q; obiecti eſt uirtus finita. ideo nō ↄgnoſcit nec poteſt ↄgnoſcere in qntacūq; diſtātia. hoc aūt eſt non ꝓpter uirtutis materialitatem. ſic eſt in ſenſu corpeo. ſ; ꝓpter uirtutis finitatem. ¶ Ad illud qd obicitur q; patitur ab igne. vō q; illud non ↄcludit ſic melius oñdetur in. iiij. ſenſus eni ꝛ affectus ſpiritualis ſufficit ad ſentiendū uerū dolorē ſic oñdetur ibidem. ¶ Ad illud qd obicitur q; recipit et iudicat. vō q; cum iſta duo ſint in ſenſu uidelic; receptō ꝛ iudiciū. receptō eni principaliter rōne organi. ſ; iudiciū rōe uirtutis. in ſenſu aūt corpeo ſic eſt receptio in organo q; eſt receptō pariꝰ et in uirtute. et ſic eſt iudiciū uirtutis illius in organo qd nō pter organū. ido tam receptō q; iudiciū eſt totius ↄiuncti. In oculo uero angeli ſic ē receptō in organo qd nō eſt receptō in uirtute aliqua illi organo alligata. ꝛ ſic eſt iudiciū a uirtute in organo q; etiam pter organū. vnd angelus ita bene pcipet aliquē clauſis oculis ut aptis. et ideo non eſt ibi receptō ꝛ iudiciū ſm q; ↄpetit ſenſui. ac per hoc nec ē ibi ſenſus exterior. Nec etia; oculus angeli dicitur oculus niſi equiuoce. ꝛ tale corpus plus habet rōem inſtrumenti q; organi. lic;

organicum poſſit dici ꝑpter aſſimilatõem quam hȝ cū corpe naturali. et ſic pȝ totū.

In iſta pte ſunt dubitatões circa lr̄az. Et primo queritur de hoc ꝙ dicit deuȝ in formis corpalib⁹ apparuiſſe. uidetur eni ꝙ talis apparitõ potius ſit occaſio erroris q̄ȝ ueritatis. deus eni caret forma et figura. ita corpe et corpeitate ſm̄ ueritateȝ. ⁊ q̄ credit ul' opinatur ꝯtrariū errat. ſi ergo frequẽt' opinamur interius q̄ apparẽt ſenſib⁹. uidetur ꝙ tal' apparitõ ſit erroris occaſio. ¶ Rñō. dō ꝙ forma et figura corpalis nō ducit imediate in ꝯgnitõȝ dei. ſȝ mediante ſpū rõnali cuius miſterio fiebat illa appari- tio. et q̄a in aſcendendo prius fit abſtractõ a corpali forma ⁊ figura q̄ȝ pueniat ad deuȝ dum a corpe ad deuȝ aſcenditur mediante ſpū incorpeo. ideo talis apparitõ poti⁹ ſcala eſt ꝑducens ad ꝯgnitõȝ ueritatis q̄ȝ ſit occaſio deuiandi. Qđ ergo obicit ꝙ illa opinamur interius que apparẽt exteriuſ. dō ꝙ illud uerū eſt ſi opinio uel rõ deſcendat ad ſenſuȝ et ei innitatur. cū aūt a ſenſu abſtrahit et innitatur fidei ⁊ reuelatõni. nō hȝ occaſioneȝ errandi ſȝ potius ueritatem inquirendi. ¶ Item queritur de hoc quod dicit. Non uidebit me hō et uiuet. Cōtrariū huius habet' Exo. xxiiij. Loquebatur dñs ad moyſen facie ad faciem. ⁊ Numeri. xij. Palam et nō ꝑ figuras et enigmata deū uidet. dicit' de eodẽ moyſe. ¶ Rñō. dō ꝙ ad hoc qđ in prima auctoritate ſignatur ꝙ de⁹ nō poteſt uideri a uiatore in ſui eſſẽtia et deitate. Sȝ in duabus ſequẽtibus inſinuat' familiaritas dei ad moyſen. q̄ntum ad apparitõem et q̄ntum ad ꝯtemplatõem. in quaꝝ vtraqȝ ꝑphetas alios excellebat. familiaritas apparitõis notatur cū dicitur. ꝙ loq̄bat' ei facie ad faciem. ſubintelligendum ē i ſubiecta creatura. Eminentia ꝯtemplatõnis cū dicitur. palam et non ꝑ figuras et enigmata deū uidet. q̄a non tantum fulgebat uiſione corpali aut imaginaria. ſȝ etiam intellectuali. ¶ Item queritur de hoc ꝙ dicit. uiſibile quicqȝ eſt mutabile. corpus eni celi empyrei uiſibile eſt et tam̄ non eſt mutabile. ¶ Item quero de qua mutatõne intelligat. aut de mutatõne ad ſitum. aut de mutatõe ad formam. Si de mutatõne ad ſituȝ. hoc nihil eſt. q̄a iſta nihil facit ad uiſum. Si de mutatõne ad formam. illud ſimilit' falſuȝ ē. q̄a corpa ſupceleſtia ſunt incorruptibilia et ĩalterabilia. et tam̄ ſunt uiſibilia. Iuxta hoc queritur etiā de quo uiſu intelligat. aut eni intelligit de uiſu corpali. aut đ uiſu mẽtali. Si de mentali falſum eſt. Si de uiſu corpali. queritur que neceſſitas ſit ꝙ uiſibile ſit mutabile. cum ita bene ſenſus iſte ꝑcipiat corpora incorruptibilia ſicut corruptibilia. ¶ Rñō. dō ꝙ Aug⁹. intelligit de uiſu corpali. et de hoc ueru eſt qđ dicit. ꝙ oē uiſibile eſt mutabile. nihil eni pōt uidere ſenſus corpalis ſine extenſiõe q̄ãtitatis. vbicūqȝ autem eſt extenſio quantitatis ibi eſt ꝯpoſitõ. vbi uero ꝯpoſitõ eſt potẽtie eſt reſolutio et mutatõ ad min⁹ q̄ntum eſt de natura rei. ſolū eni oīno ſimplex eſt imutabile ſimpliciter. et ideo neceſſario ſequitur ꝙ ſi aliquid uidetur ſenſu corpeo ꝙ ſit mutabile.

Tercio queritur Utrum ex damnatõne cuſtoditi incurrat angelis detrimentum. ¶ Et ꝙ ſic uidetur. 3. R̷. xx. ſcribitur Cuſtodi iſtuꝫ qui ſi lapſus fuerit erit autem anima tua pro anima illius. Ex quo colligitur ꝙ dominus ex pacto cõmittit ad cuſtodiendum ꝙ ſi cuſtoditus amittitur de manu cuſtodis requiratur. ſi ergo homo perditur uidetur ꝙ angelus ipſum cuſtodiens incurrat ſalutis ſue periculum. ⁊ hoc uidetur dicere Origenes numeri. xxv. Jnimici ſunt bebel. glo. ꝓrimꝰ eſt angelus bonus qui pro delictis culpatur ⁊ pro benegeſtis laudatur ¶ Jtem yſa. xxxiii. Angeli pacis amare flebunt. Conſtat autem ꝙ non flebunt niſi propter miſeriaꝫ ⁊ damnatõnem hominuꝫ. ergo ſi illis maxime compatiũtur quos cuſtodiũt. uidetur ꝙ de damnatõne illorum incurrant gemitũ uel plãctum. ⁊ ita aliquod gaudii detrimentum. ¶ Jtem ſi oppoſitum eſt cauſa oppoſiti. ⁊ propoſitum propoſiti. ſed ſaluatõ hominum cuſtoditorum generat in angelꝭ cuſtodientibus gaudium ⁊ congratulatõnem. ergo condemnatio generat damnum ⁊ cõpaſſionem. ¶ Jtem ſicut completio deſiderii delectat animam ita etiam fruſtratio contriſtat. ſed angelus quia cupit ſaluari eũ quem cuſtodit gaudet cum ille ſaluatur. q̇a deſiderium eius impletur. ergo cum ex eiꝰ damnatõne fruſtretur. ergo ⁊c. ¶ Jtem pena Arrii ſemper creſcat propter multiplicatõnem eorum quos per errorem ſuum ad damnatõnem trahit. ergo per oppoſitum ex noſtra ſaluatõne creſcit angelorum premium nos cuſtodientium. ſi ergo nos damnamur cum ipſi gloriari debeant ĩ nobis ſiue de nobis. uidetur ꝙ patiantur glorie ꝺtrimentum. ¶ Jtem angeli mali gaudẽt dũ poſſunt pertrahere hominem ad ſupplicia. et hoc eſt ꝙ homines odiunt quos exercitant ⁊ tentant. ergo ſi boni angeli diligunt illos quos cuſtodiũt. videtur ꝙ per oppoſitum doleant. ¶ Contra. bonus angelus eſt beatus. ſed beatus eſt cui ad nutum cuncta ſuccedunt. ei auteꝫ q̇ꝺ hꝰmõi eſt non poteſt accidere aliquod detrimẽtum. ergo uidetur ꝙ ex damnatõne eorum quos cuſtodiũt nullum detrimẽtum incurrant. ¶ Jtem angelꝰ bonus uolũtatem ſuam diuine uolũtati cõformat. ergo ſi deus non uult ſaluare niſi p̄deſtinatos. uidetur ꝙ nec angelus bonꝰ. ergo ſi nullus predeſtinatus damnatur. nullus damnatur niſi queꝫ angelus bonꝰ damnari

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uelit. ergo uidetur ꝙ ex nullius damnatio
ne triſtetur. ¶ Item dolor ⁊ triſtitia non
eſt ſine pena. ⁊ pena nō eſt ſine culpa pre-
uia. ſed in beatis angelis nunq̄ȝ fuit culpa.
ergo nec fuit nec poteſt eſſe triſtitia. ¶
Item angelus non magis meretur in mini-
ſtrando bono q̄ȝ malo cum ex uoluntate e-
qualiter dona miniſtret utraq̄ȝ. ergo ſi re-
muneratio penſatur ſm meritum non mi-
nus remuneratur angelus cum cuſtodit pre
ſcitum q̄ȝ cum cuſtodit predeſtinatum. er-
go uidetur ꝙ ex nullius damnatione ullum
incurrat angelus detrimentum. ¶ Iuxta
hoc queritur. Utrum angelus uelit illum
quem cuſtodit ſaluari cum reuelatum eſt ſi-
bi ipſum eſſe preſcitum. Si non uult ipm̄
ſaluari. ergo uidetur eum cuſtodire inuite.
Si uult. ergo uidetur ꝙ uoluntas eius uo-
luntati diuine non conformetur. nec ꝙ eti-
am impleatur. ¶ Item cum cuſtodit pre-
ſcitum quero quod premium ei ex hoc red-
ditur. Subſtantiale non conſtat. accidenta
le non ut uidetur. quia illud conſiſtit circa
ſaluatōnem eorum quos cuſtodiunt. ſicut
patet in premio aureole quod habent pre-
dicantes. ¶ Reſponſio. Ad intelligenti-
am predictorum eſt notandum ꝙ circa hoc
diuerſimode ſenſerunt diuerſi. ¶ Qui-
dam enim dicere uolunt ꝙ angeli beati ex
damnatione eorum quos cuſtodiunt etſi
non incurrant detrimentum glorie. conci-
piunt tamen gemitum miſericordie. quā-
uis enim ſint ex ſublimitate glorie immor-
tales ſint ⁊ impaſſibiles. non ſunt tamen in
compaſſibiles. ⁊ hoc accipiunt ex quodam
uerbo Bern. qui uidetur hoc dicere. Et di-
cunt uerbum yſaie ſuperius dictum ſic in-
telligendum eſſe. Sed illud non uidetur in-
telligibile quomodo aliquis poſſit compati
⁊ non pati. Nec illud uidetur probabile ꝙ
angeli aliqua pietate et miſericordia flectā-
tur ad reprobos cum ipſi maxime celent
iuſtitiam ⁊ diuinam gloriam. utpote qui iaȝ
ſunt conſtituti in perfecto ſtatu iuſtitie. pro
pter quod dicit Gregori⁹ dicit in quadam
homelia ꝙ ad reprobos non habent com-
paſſionem iuſtorum anime. Ait enim ſic

Iuſtorum anime ⁊ ſi nature bonitate ſue mi
ſericordiam habent iam nunc actoris ſui iu
ſtitie coniuncto tanta rectitudine conſtrin-
guntur ut nulla ad reprobos compaſſione
moueantur. loquitur de beatis. ¶ Et pro
pter hoc alia eſt poſitio ꝙ angeli cuſtodien
tes ex damnatōne eorum quos cuſtodiunt
nec concipiunt gemitum. nec incurrunt ali-
quod glorie detrimentum. Gemitum non
concipiunt propter plenitudinem gaudii qđ
adeo perfectum eſt ut nullo modo accipiat
amixtōnem contrarii. Detrimentum etiaȝ
non patiuntur propter ſtabilitatem boni ad
epti. nihil enim habent quod poſſint amit-
tere. nec ex parte meriti. nec ex parte pre-
mii cum ſint in gloria ⁊ iuſtitia confirmati.
et quoniam detrimentum dicit amiſſionem
alicuius boni habiti. ideo ex nullo euentu
detrimentum aliquod poſſunt pati. Et con
cedende ſunt ratōnes que ad hoc inducun-
tur. ¶ Ad illud quod obicitur ꝙ deus re-
quiret animam cuſtoditi de manu cuſtodien
tis. Dicendum ꝙ uerum eſt cum perit pro
pter cuſtodis negligentiam. ⁊ quia in bonis
angelis nulla cadit negligentia. ideo đ ma
nu ipſorum nullus damnatus requiritur. Et
propterea uerbum Orige. quod ſequitur
ſi ſimpliciter intelligatur eſt falſum. Nullo
enim modo angeli beati boni culpabuntur.
nec in iudicium adducentur. Niſi forte quis
dicat hoc debere intelligi ꝙ adducerentur
in iudicium non ad ſuam damnationem.
ſed ad manifeſtandum ꝙ reprobi ex ſua
ſunt damnati malitia. non ex ſuorum cu-
ſtodum negligentia. Uel niſi quis intelli-
gat uerbum Orige. vt angeli dicantur ibi
prelati. Et per hunc modum illud yſa. qđ
ſubſequitur poteſt intelligi uel exponi. vt
angeli pacis dicantur ibi boni prelati. Si ta
men quis intelligit de angelis beatis ſm ue
ritatem amaritudo fletus non indicat ueri-
tatem doloris. ſed conformitatem notat
in ſigno uel effectu exteriori. Et poteſt il-
lud intelligi per antropoſpaton. ſicut dici-
tur deus tactus fuiſſe dolore cordis intrin-
ſecus Geneſis. xii. ¶ Ad illud quod obici-
tur ꝙ ſi oppoſitum eſt cauſa oppoſiti ⁊c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dicendum ꝙ iſta maxime habet inſtanti
am ubi alterum ineſt per naturam. ⁊ quo-
niam angelus beatus eſt ſuſceptibilis gau-
dii ſed non triſtitie. ideo gaudere poteſt de
ſalute quāuis non triſtetur de damnatione
¶ Ad illud quod obicitur ꝙ fruſtratio de-
ſiderii contriſtat. Dicendum ꝙ tunc deſi-
derium fruſtratur quando quis aliquid ap-
petit in omnem euentum ſiue abſolute. et
illud non euenit. Quando uero appetit
ſub conditione et illa conditio non ſtat. ſi
illud quod appetit non euenit propter hoc
non dicitur deſiderium fruſtratum ⁊ ſic eſt
in propoſito. Nam angelus appetit eum
quem cuſtodit beatificari ſi ipſe uoluerit
fideliter chriſto adherere. et hoc nunq̃ fal
lit quin eueniat. Et quia ille qui damnatur
recedit ab oppoſita conditione . ideo in de
ſiderio angeli nullam ponit fruſtrationem.
dum non ad id peruenit quod ſibi angelus
appetebat. ¶ Ad illud quod obicitur ꝙ
ex noſtra ſaluatione creſcit angelorum pre
mium. Dicendum ꝙ uerum eſt ꝙ creſcit
premium accidentale. non tamen ſequitur
ex hoc ꝙ ex defectu ſalutis incurrat an-
geli detrimentum. quia detrimentum vel
damnū ē reſpcū rei iam habite. Si autē ſit
reſpectu rei habende hoc ſolum eſt quan-
do ex impedimento aliqua remanet indi-
gentia ⁊ imperfectio in eo qui impeditur.
Hic autem non eſt ſic in propoſito. quia
quantūcunqꝫ ille qui cuſtoditur damnetur.
nihilominus angelus habet ſuum premium
ſolutum. ⁊ quantum ad gaudium quod ha
bet in deo. ⁊ quantum ad gaudium quod
habet in ſeipſo. ſiue de bono proprio.
Gaudebit enim de bonis operibus que cir
ca illum fecit quem cuſtodiuit. Et quan-
tum eſt etiam aliquod gaudium quod ha-
bet in alio. quia cum unus cadat alter co
ronam ſuam accipit. ſicut fuit expoſitum in
primo libro. Etſi ruina angelica non repa
ratur ex illo quem cuſtodit. reparabitur ex
alio. Quāuis ergo propter culpam illius
ne de eo gaudeat patiatur impedimentum.
Et ex tali tropo fortaſſis dicat Origenes
ipſum eſſe culpandum. nullum tamen ex
hoc incurrit detrimentum. ¶ Ad illud
quod obicitur ꝙ angelus malus gaudet de
damnatione. ergo ⁊c. Dicendum ꝙ non
eſt ſimile. quia ſicut non eſt reperire ma
lum omnino impermixtum bono. eſt ta-
men reperire bonum omnino impermi-
xtum malo. Sic reprobatio angelorum
aliquo modo admittit gaudium licet impu
rum. ſed perfecta beatificatio nullum pati
tur ſecum tormentum vel gemitum. ¶
Ex predictis patent illa duo que ultimo
querebantur. ſcilicet de uoluntate et pre-
mio angelorum cuſtodientium malos. Uo
lunt enim malos quos nouerunt eſſe preſci
tos uoluntate abſoluta damnari . quan
tum autem in ſe eſt uellent ſaluari. Et ido
non cuſtodiunt inuiti. quia quāuis ſciant ſe
fruſtra laborare ad perducendum eos ad
ſalutem. tamen ſciunt ſe fructuoſe labo
rare in hoc ꝙ retrahunt ne incurrant maio
rem damnationem. ¶ Quadruplex enim
conſueuit principalis effectus cuſtodientie
aſſignari circa animas ¶ Unus eſt ut pro
ficiat anima in bonum gratie. ¶ Alius ut
non cadat in malum culpe. ¶ Tercius eſt
ſi cadat ꝙ poſtmodum reſurgat. ¶
Quartus eſt ne totiens in tantum malum
cadat quotiens vel ad quantum aduerſari
us incitat. ¶ Poſſet tamen aliter dici ꝙ
non eſt angelis reuelatum qui ex eis quos
cuſtodiant ſaluari debeant uel damnari.
Hoc tamen non eſt certum. ¶ De pre
mio uero Dicendum ꝙ ſicut duplex eſt fi
nis artificis Unus in ſe ⁊ alter in alio. Sicut
patet in rhetorica cuius finis eſt loqui or
nate. et hic eſt finis in ſe. Et alter alii p
ſuadere. et hic eſt finis in alio. Sic eſt du
plex premium angeli accidentale. Unum
quo gaudet de bonis operibus que fecit.
Aliud quo gaudet de ſalute eius quem cu
ſtodiuit . Et quemadmodum artifex ſi
habeat primum et careat ſecundo. nihilo
minus perfecte dicitur habere methodum
ſi ex contingētibus nihil amiſit. Sic ange
lus qui fideliter cuſtodiuit eū q̄ ex culpa ſua

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

damnatur perfectum habꝫ meritū ⁊ premi
um dum de bonis ſuis operibus gloriatur.
gaudium autem illud quod eſt de multipli-
catōne bonorum operum non eſt ſubſtan-
tiale cum non ſit de ſūmo bono. ſed acciden
tale. nec tamen eſt aureola. quia non omne
premium accidentale eſt aureola ſꝫ illud ſo-
lum quod habꝫ preexcellentiam.

In parte iſta ſunt dubitatō
nes circa litteram. ¶ Et prio
queritur de hoc quod dicit
Hieronymꝰ. ꝙ unaqueqꝫ a
nima ab ortu natiuitatis ha
beat angelum delegatum. Uidetur eniꝫ fal
ſum. quia cum anima paruuli in ortu ſue na
tiuitatis nō poſſit mereri nec demereri. nec
ſit capax diſcipline. uidetur ꝙ fruſtra ange
lus ſe occupet circa illum pro illo tempore.
ſicut ſi aliquis doctor uellet erudire paruu
lum uagitantem. ¶ ꝙ ſi tu dicas ꝙ angelus
cuſtodit non erudiendo quantū ad ſpiritum
ſꝫ defendendo quātum ad corpus. Tunc ui
detur ꝙ cum in pari periculo ſit puer non
natus ⁊ natus quātum ad corpus ꝙ ɔ̈beat
cuſtodiri ante natiuitatis ortum. ¶ R℣. Di
cēdum ꝙ ſicut dicit Hieronymi auctoritas
intelligēdum eſt ꝙ ad cuſtodiam hominis
angelus deputatur ab ortu natiuitatis. ⁊ nō
ſolum intelligit de natiuitate ex utero. ſed
etiam de natiuitate in utero. extūc. n. nō an
tea debꝫ angelica cuſtodia circa eum q̇ na-
ſciturus eſt deputari. quia illa cuſtodia prin-
cipalius reſpicit ſpirituꝫ q̄ꝫ corpus. Et ideo
non debꝫ ſpūalem angelum ad ſui cuſtodiā
habere anteq̄ꝫ ſpūs infundatur. debꝫ etiam
differre. quia tūc defendere poteſt ⁊ adiuua
re magis tamē ſm tempa diuerſa. dum. n.
eſt in utero paruulus poteſt interemi ⁊ da-
mnari. dum eſt extra uteꝝ ante adultaꝫ eta
tem pōt a baptiſmate impediri. dum eſt in
adulta etate ad diuerſa pōt peccata protra
hi. Contra hec omia in his tribus ſtatibus
patꝫ ſibi angelica cuſtodia deputari vt per
eam ab his malis poſſit erui. ⁊ ab aduerſa-
rio defendi. ⁊ hi effectus ſatis ſunt plani q̇

ſunt p liberatōnēm a malo. Utrum autem
paruulus q̄ꝫdiu carꝫ uſu rōnis aliquē occultū
effectum hēat quātuꝫ ad hīlitatōnē ⁊ dire-
ctōnē in bonum aſſignare ē difficile. ſed ne
gare nō ē tutum. ¶ Item querit de hoc qꝺ
dicit Conſtat omēs angelos in cognitōem
diuinorum myſteriorū ſm proceſſum tēpis
profeciſſe. Hoc enim uidetur eſſe ꝯ Gre.
qui dicit in dialogo. Quid eſt qꝺ non uide
ant. qui uidentem omia uident. Si ergo ui
derūt q̄ſi a pricipio tpis exēplar diuinū. uiꝺ
tur ꝙ in nullius cognitōne defecerūt. ¶ Si
tu dicas ꝙ intelligit de omnibus que ſunt
ɔ̈ neceſſitate ſalutis. ſicut Magr̄ in littera.
¶ Obicitur contra hoc. q̇a unum ſolum ē
illud quod eſt ɔ̈ eſſentia ſalutis. ergo nō de
beret dicere rōne illius ꝙ omia ſciant quaſi
beatitudo eſſet in multis. ¶ Preterea ſi illud
exemplar diuinum eſt ratō oium. ⁊ qui co
gnoſcit ratōnem rei cognoſcit ipſam rem.
videtur ꝙ āgelus omēs res creatas cogno
ſcit dum illud unum cognoſcit. et ſi profece
runt ſm proceſſum temporis. ergo uidetur
ꝙ eorum cognitio ſubiaceat tranſmutatio
ni temporali. ⁊ ita non uidentur eſſe beati.
¶ Reſponſio. Dicendum eſt ꝙ cognitio
in angelis. quedam a natura eſt. quedam ē
a gratia. ¶ Cognitio uero que eſt a natura
duplex eſt. Quedam enim dicitur a natu-
ra quia naturaliter inſerta. vt cognitio eoꝝ
que ſunt de prima mundi conſtitutōne. Et
quantum ad hanc angeli non proficiūt nec
deficiunt. quia quantum ad hanc habuerūt
plene ſpecies omnium. ¶ Alio modo co
gnitio a natura dicitur cognitō que eſt per
naturalem potentiam. ſiue ſit innata. ſiue
acquiſita. ⁊ quantum ad hanc profecerunt
angeli ſm proceſſum temporis p multipli
cem experientiam ⁊ conuerſionem ſuper
his que de nouo fiunt. ¶ Similiter cogni
tio a gratia duplex eſt. quedam a gratia fi
xa. quedam a gratia influente. Sicut enim
in membris corporalibus ponuntur que-
dam virtutes influentes. quedam fixe.
ſine vita quedam influens. quedam fi-
xa. Sic et intelligendum in ſpirituali-
bꝰ mēbris ſiue ſpiritibꝰ angelicis. Grā fixa
dicitur eē gratia ɔfirmatōis. ɔgnitō pcedēs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ab hac gratia eſt uiſio eterne lucis in qua
nec proficiūt angeli nec decreſcunt.. ¶
Cognitio uero que ē a gratia influente eſt
cognitio reuelatōnis. que ideo uocatur īflu-
ens quia non ſemper reuelat deus myſteria
ſed pro loco ⁊ tempore. ⁊ ſm hanc intelli-
git Magr̄ angelos profeciſſe. non quia a>
tius uiderint uerbum, ſed quia reuelatio ali
qua facta eſt eis a uerbo. ¶ Ad illud quod
obicitur ꝙ non proficiūt quia uident omnia
uidendo uerbum. Dicendum ꝙ illud dictū
ē non per proprietatem ſed per equalētiaꝫ
⁊ ſufficiētiam. quia cognitō illius uerbi adō
ſufficit angelis ſicut ſi haberēt cognitōnem
omnis rei ⁊ in particulari. ¶ Ad illō quod
obicitur ꝙ uident oīum ratōnem. Dicēduꝫ
ē ꝙ ſpeculum eternum ē ſpeculum uolūta-
rium. ⁊ exemplar illud ē uoluntarie ductiuū
ideo quantūcunqꝫ quis aſpiciat nihil in eo
uidet niſi quantum īpm uult reuelare. ¶
Ad illud quod obicitur de tranſmutatione
temporis. Dicendum ꝙ etſi cognitō beati
tudinis tempori non ſubiaceat. tamen cogi
tatōnes ⁊ affectōnes ⁊ etiam cognitōnes an
gelorum circa hoc create nihil impedit ua-
riari per tempora. Dicit enim Aug. ſuper
Geñ. ad lr̄am ꝙ deus ſpūalem creaturam
mouet per tempora non per loca. Et hec ō
angelis dicta ſufficiant.

¶ Diſtinctio duodecima.

Hec de angelice nature con-
dictone ⁊c. ¶ Supra egit
Magr̄ de condictōne natu
re ſpūalis. In hac ſecunda
parte agit de condictōne na
ture corporalis. Et quoniam creature cor-
poralis duo ſunt principia. ſcilicet materia-
le ⁊ formale. ideo pars iſta duas habꝫ. In
prima agit de productōe creature corpora
lis quātū ad principium materiale. ⁊ hec ꝓ
ductio dicitur creatō. In ſcda agit de pro-
ductōne ipſius quantuꝫ ad principiū forma
le. ⁊ hec productio dicit̄ diſtinctō infra diſt.
xiii. prima autē fuit diſtinctōnis opatio ⁊c.

¶ Prima pars continet p̄ſentem diſtinctōneꝫ
in qua intendit agere de materie reruꝫ cor-
poralium productōne. Et quoniam circa ꝓ
ductōnem materie corporalis due fuerunt
opiniones ſolennes. ideo pars illa duas ha
bet. In prima unam ex illis eligit. In ſecun
da iuxta illam opinionem ō materia illa tra
ctat ⁊ inquirit ibi. ō qua priuſqꝫ tractemus
⁊c. ¶ Prima pars habet quattuor particulas
In prima dicta dicendis continuat. In ſcda
diuerſas opiniones ſanctorum circa produ-
ctōnem materie corporalium explicat. ibi
Quidam nanqꝫ ſanctorum ⁊c. In tercia al-
teram ex illis opinionibus eligit ⁊ explanat
ibi. ſm hanc itaqꝫ traditōnem ⁊c. In quarta
⁊ ultima quoddam uerum determinat ibi.
Attende ꝙ hic dicit Aug. ⁊c. ¶ Similiter ſe
cunda pars principalis in qua de pria mate
ria ſm opinionem prius electam inquirit q̄
tuor habet partes. In prima determinat q̄li
ter fuerit informis ⁊ confuſa. In ſecunda ō
terminat ubi fuerit locata ibi. Nūc ſupereſt
quod ſecūdo proponebatur. In tercia uero
anticipando determinat quibus diebus vel
in quot fuerit diſtincta ibi. Nunc ſupereſt
ut diſpoſitōnem ⁊c. Quarto uero ⁊ ultimo
auctoritate Alcuini confirmat ibi. Quattu
or enim modis vt dicit Alcuin⁹ ⁊c.

Ad intelligentiam huius partis
ſm duo que Magr̄ dixerat ō
informitate materie corpora-
lium. Circa duo incidit hic du
bitatio. Primo circa materie informitateꝫ
Secundo uero circa eius quantitatem. ¶
Circa primū querūtur tria. Primo queri-
tur Utrū materia corporaliū creata ſit in oi
moda poſſibilitate. Scdo Utrū creata ſit
in pfecta actualitate. Tercō Utrum creata
ſit ſub aliqua formaꝝ diuerſitate.

Circa primum ſic proceditur. et
oſtēditur ꝙ materia creata ſit
in omnimoda poſſibilitate ita
ꝙ nullam habuit formam. ¶
Primo per Aug. in libro de ſymbolo q̄ ait
Sic primo omniuꝫ formarum capacitas fa
cta ē ut ordiatiſſimo dei mūere cetera for-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

marentur que formāta ſunt. ergo uidetur ꝙ materia ſm̄ ꝙ primo condita fuit. fuerit ſola formarum capacitas ⁊ nulla forma. ¶ Item Aug. in. xi. libro confeſſ. Nonne tu domine docuiſti me. quia priuſq̄ʒ illam informem materiam formares atq̄ʒ diſtingue res. non erat aliquid. non color. non figura non corpus. non ſpiritus. non tamen omni no nihil erat informitas ſine ulla ſpecie. et poſt illud totum prope nihil erat quoniam adhuc omino informe erat. iam tamen erat q̄d formari poterat. Ex his duobus exp̄ſſe colligitur ꝙ materia corporum ſub omnimoda informitate ⁊ poſſibilitate producta fuit. ¶ Item ꝙ illud ſit poſſibile uidetur. Poſſibile eſt prius eſſe ſine poſteriori. ſed materia prior eſt omni forma. ergo poſſibile fuit eam fieri abſq̄ʒ omni forma. ¶ Item ad rerum condictōnem concurrit duplex potentia. actiua ⁊ paſſiua. ut potentia agentis ⁊ potentia materie. ſed poſſibile ē potentiam agentis precedere effectum et natura ⁊ duratōne. ergo poſſibile eſt ꝙ poſſibilitas uel capacitas materie natura et duratōne preexiſtat omni forme. ¶ Item ꝙ illud ſit congruum uidetur ſic. Si aliquod unum repitur in uniuerſo quod conſtitutum eſt ex pluribus naturis. ⁊ alteram illarum ē per ſe inuenire. ſimiliter contingit inuenire per ſe ⁊ reliquam ad hoc ut uniuerſitas ſit completa. ſed res mundane per materiam componūtur ⁊ formam. ⁊ eſt inuenire purā formam i qua nihil ē de poſſibilitate maťie utpote deum. ergo erit reperire puram materiam in qua nihil eſt de actualitate forme ſed hoc non fuit niſi in mundi exordio. ergo uidetur ꝙ materia producta ſit ſine oi forma. ¶ Item deus eſt agens ordinatiſſimus. ergo ab extremo in extremum peruenit per medium. ſed medium inter omino non ens ⁊ ens in actu eſt ens omino in potentia. ergo uidetur ꝙ deus in productōne rerum prius de non ente fecit ens in potentia q̄ʒ produxerit aliquam formam. ¶ Ad oppoſitum Hug. in libro de ſacramentis Credo illam primam materiā non ideo dictam informem fore ꝙ nullam omnio formam habuerit. quia non aliquid tale corporeum exiſtere pōt. ⁊ hoc idem Magr̄ dicit in lr̄a. ¶ Item Boheti⁹. Omne eſſe ē a forma. ſed omne quod creatur ſtatim poſt creatōnem eſt. ergo uel eſt forma vel habʒ formam. Si igitur materia prima creata fuit vel fuit forma. uel habuit formam in ſue eductōnis principio. ſed non fuit forma. ergo ⁊c. ¶ Item impoſſibile eſt ſepari materiaʒ a morphea. ſed ſi materia omni tēpoř preexiſteret omni forme poſſet ab ea ſeparari. ergo non fuit creata in carentia omnis forme. ¶ Item vnitas. veritas. bonitas ſiue modus. ſpecies. ordo. ſunt in rebus ex p̄te principii formalis. ſʒ impoſſibile eſt aliquid eſſe uł produci in quo non ſit ueſtigiū creatoris. ergo impoſſibile eſt ꝙ aliquid educatur carens omni forma. ¶ Item ſi materia illa careret omni forma. ergo ⁊ omni accidente. ergo nec haberet extendi. nec locari. nec eſſe in mora. nec in quiete. ſʒ nihil tale in rerū natura pōt exiſtere. ergo maťia non potuit in ſui condictōne omni forma carere. ¶ Iteʒ materia hoc ipſū q̄d eſt dicit a forma. ergo eſſentialē depēdentiā hʒ a forma. ſi ergo ipoſſibile ē aliquid ſepari ab eo q̄d eſſentialiť ſibi inhereʒ. ipoſſibile ē materiā preter oēm formā exiſtere. ¶ R℞. Ad p̄dictoꝝ intelligētiā ē notandū ꝙ dupliciť eſt loqui de materia. aut ſm ꝙ exiſtit in natura. aut ſm ꝙ cōſiderať ab aīa. Si ſm ꝙ ꝯſiderať ab aīa ſic pōt ꝯſiderari informis. ſiue p̄ priuatōeʒ forme diſtincte. ſiue p̄ priuatōeʒ etiā ois forme. Et ſic docʒ Aug. in xi. cōfiſ. eſſentiā maťie intelligere. Naʒ materia ſm ſui eēntiaʒ ē iformis p̄ poſſibilitatē oimodā. ⁊ dū ꝯſiderať ſic ipa formaꝝ capacitas ſiue poſſibilitas ē ſibi p̄ forma. Eſt iteʒ loq̇ ď maťia ſm ꝙ hʒ eē in natura. et ſic nūq̄ʒ ē p̄ter locū ⁊ tēpus ſiue p̄ter q̇eteʒ ⁊ motuʒ. ⁊ hoc modo non ſolūmodo ꝯgruit imo etiā impoſſibile ē materiam informeʒ exiſtere p̄ priuatōnē ois forme. ⁊ hoc ē q̄d dicit Magr̄ ⁊ Hug. ď ſan. vic. ⁊ oēs in hoc tractātes ꝯſenſerūt ꝙ illa materia q̄ prio p̄ducta ē p̄ creatōneʒ non fuit in oimoda poſſibilitate ſiue in carentia omis forme. Unǒ ꝯcedēde ſunt rōnes ad hanc p̄tē inducte. ¶ Ad illǒ q̄d obiciť ꝙ prio fcā ē oiʒ capacitas

⁊ ſimiliter de eo qͦ dicit in. xj. cōfirmatōe.
Dicendum ꝙ Aug. loquitur de prioritate
nature non de prioritate duratōnis. ſm. n.
ordinem nature prius eſt materia omimodꝫ
in potentia q̄ꝫ ſit ſub aliqua forma. ⁊ ita oi-
mode informis q̄ꝫ aliquo modo formata.
quia formatōnem habet aliunde. ſed infor-
mitatem ⁊ poſſibilitatem habet ex propria
natura non tamen poteſt eſſe prior duratō
ne. nunq̄ꝫ enim informitas eſt niſi per ali-
quam formam. nec poſſibilitas niſi p aliquē
actum. Ad illud quod obicitur ꝙ prius
poteſt eſſe ſine poſteriori. Dicendum ꝙ il
lud non habet ueritatem quando prius a po
ſteriori dependet. uel quando ad ipm neceſ
ſariam habet ordinatōnem. vel etiam quan
do illud quod ē prius in una conſideratione
poſterius ē in altera. Omnibus his de cauſ
fallit predicta ratō in propoſito. materia e
nim a forma dependet ⁊ ad ipam habet ne
ceſſariam ordinatōnem. ⁊ quāuis ſit prior
productōne ſiue generatōne. poſterior tñ ē
completōne. Ad illud quod obicitur de
potentia agentis ⁊ materie. Dicendū ꝙ nō
eſt ſimile. quia potentia agentis non ſic de
pendet ⁊ completur per effectum ſicut po
tentia materie dependet ⁊ completur per a
ctum. Ad illud quod obicitur ꝙ eſt repi
re formam per ſe. ergo ⁊ materiam. Dicē-
dum ꝙ propoſitō illa non habet neceſſita-
tem ſed ſolum congruitatem. Peccatum e
tiam ē in aſſumptōne. quia illa forma q̄ cuꝫ
materia facit compoſitōnem nūq̄ꝫ ſine ma
teria reperitur. Cum enim dicitur Deus ē
pure forma. equiuocat nomen forme q̄a nō
dicitur ibi forma prout eſt perfectō materie
ſed forma nominat ibi eſſentiam que habꝫ
eſſe in omimoda actualitate ⁊ completione
⁊ nullo modo poteſt peruenire ad alterius
compoſitōnem. Ad illud quod obicitur
de ordine in producendo. Dicendum ꝙ ad
hoc ut ſeruetur ordo in productōne non o
portet ꝙ quecūq̄ꝫ habent ordinem nature
habeant ordinem duratōnis ſucceſſiue. Con
tra hoc enim innumerabiles ſunt inſtantie.
Et ideo q̄uis ens in potentia ſimpliciter in
ter non ens ⁊ ens actu ſit medium. non o-
portet ꝙ duratōne ſequatur unum ⁊ pre-
cedat alterum.

Secundo queritur Utrum ma
teria illa producta ſit in perfe
cta actualitate. Et ꝙ ſic uidetur
primo per textum Geneſ. ij.
Iſte ſunt generatōnes celi ⁊ terre i die qua
creauit deus celum ⁊ terram ⁊ omne virgul
tum agri ⁊c. ergo in eodē die producta ſūt
que prius dixit per ſex dierum numerum
fuiſſe diſtincta. Item eccle. xviij. Qui
uiuit ineternum creauit omia ſimul. Si om
nia ſimul ſunt creata. ergo corporalia ⁊ ſpi
ritualia ⁊ omis corporalium differentia.
Item Job. xl. Ecce vehemoth quem feci te
cum. ſed vehemoth eſt angelus primo fcūs
⁊ ultimo die homo factus. ergo ſimul omia
facta ſunt. His auctoritatibus arguit Aug.
pro ſua opinione in hac parte. Item hoc
ipſum oſtenditur ratōne Ab agente perfcē
potentie debet exire effectus ſm ꝙ magis
eſt manifeſtatiuꝰ ſūme potentie. ſed maio
ris potentie eſt poſſe ſimul omnia produce
re q̄ꝫ ſucceſſiue. ergo magis eſt declaratiua
diuine potentie productō materie cum per
fecta actualitate forme ſimul ⁊ ſemel ſibi
collate q̄ꝫ poſtmodum ex illa ſucceſſiue e-
ducte. Si ergo deus operatur ſm qͦd eiꝰ po
tentiam magis decet. uidetur ⁊c. Item p
fecte ſapientis eſt operari ordinate. ergo ſi
confuſio repugnat ordini. uidetur ꝙ deꝰ ni
hil produxerit cum confuſione cum ſit per
fecte ſapiens. produxit igitur ſub ordine.
ſed ordo preſupponit diſtinctōnes. ergo
⁊c. Iteꝫ perfectio effectus atteſtatur per
fecte bonitati in efficiente. ſi ergo deus eſt
bonitatis perfectiſſime. videtur ꝙ ſtatim
cum produxit materiam debuit ipſam for-
mis plene perficere. cum ipſe hoc poſſit et
materia etiam hoc exigerit. Si tu dicas
ꝙ hoc nō cōcludit ꝙ ſtatim debuit perficerē.
ſed ꝙ ex ratōnali cauſa ⁊ potuit ⁊ debuit
differre. Obicitur contra hoc. q̄a natura
⁊ ars opatur q̄ꝫcitius pōt. ⁊ de excellentia
uirtutis et bonitatis eſt ꝙ effectum ſuum
compleat uelociter. ergo ſi tam natura q̄ꝫ
ars ē imitatrix diuīe artis ⁊ v̄tutis. vr̄ ꝙ de
us cū ſtati ꝯplerē potuerit ꝙ nulla mora tpis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uel duratõnis diſtulerit. ¶ Sed contra. pri
mo per textum Gene? arguitur vbi dicit
q̄ per ſex dierum ſpacium compleuit do-
minus opus quod inchoauerat. ergo uidet
q̄ non ſubito materia ſit in perfecta actua-
litate producta ſm ſacre ſcripture ſententi
am. Si igitur maior ē huius ſcripture aucto
ritas q̄3 omnis humani ingenii perſpicaci-
tas vt dicit Aug. magis ſtandum ē huic ſen
tentie q̄3 omni perſuaſioni humane. ¶ Si
dicas q̄ rudibus loquebatur legiſlator. nec
potuit ſimul dicere quod ſimul potuit facer̄
neutra iſtarum reſponſionum uidetur ſuffi
ciens. quia propter ruditatem auditoris nõ
debet ei aliquis dare occaſionem deceptio-
nis. Moyſes autem bene nouerat q̄ ipi v̄-
ba eius ad litteram intelligerent. ergo ſciē
ter docebat eos id unde poſſent decipi ⁊ er
rare. ¶ Item q̄3uis non potuerit omnia di
cere ſimul ⁊ opera illa exprimere. tamē po
tuit exprimere omnia facta eſſe ſimul. ¶
Ite3 Chryſoſ. ſup Jo. homel. xxii. Quod
ſimul extitit per ſubſtantiam materie non
ſimul apparuit per ſpēm forme. ergo nõ ui
detur q̄ ſimul producta ſit ſub formis. ¶
Ad hoc ſunt auctoritates cõmuniter ſan-
ctorum ⁊ doctorum. vt Ambro. Jo. Baſilij
⁊ Greg. ⁊ Diony. ⁊ Damaſ. ⁊ aliorū plu
rium tam grecorum q̄3 latinorum. ¶ Item
per ratõnem uidetur hoc ipm. quāuis deus
poſſet hominem in beatitudine collocar̄ ſta
tim. ⁊ uniuerſum in ea perfectõne in qua e
rat poſt iudicium facere. maluit tamen or-
dinem ſeruare non ſolum in mundi exiſten
tia ſed etiam decurſu. quia efficati⁹ ſic ma
nifeſtatur eius ſapientia. ergo ſimiliter uide
tur q̄ in primario rerum exitu non tantū-
modo ſeruauerit ordinem quantu3 ad ipm
eſſe. ſed etiam quātum ad ipſum producer̄
ſiue facere. ergo non uidetur q̄ omnia ſi-
mul produxerit ſed ſucceſſiue. ¶ Item di-
uina potentia non tantum manifeſtatur in
productõne forme. ſed etiam tantu3 ⁊ am-
plius manifeſtatur in eductõe materie. Ma
teria autem ſm maiorem ſui capacitatem
magis declarat efficientis poteſtatem. ſed
tanto maior ē capacitas in materia quanto
maior eſt in ea informitas. Si ergo ad ma-
nifeſtatõnem diuine potentie debuit matia
produci capax ſm quod erat poſſibile. uid
tur q̄ deus debuit eam producere in tanta
informitate in quanta materia poſſet ali-
quo modo ſubſiſtere. ergo non ſub perfcā
formarum diſtinctõne. ¶ Item impoſſibile
ē dies materiales ſimul eſſe. ergo impoſſi-
bile ē hoc intelligere q̄ deus ſimul omnia
produxerit. ⁊ tamen ea produxerit per. vj.
dies. Oportet ergo ſm poſitõnem que po
nit omnia ſimul eſſe producta ſenarium il-
lu3 die3 intelligere ſpūaliter. ⁊ ita lucē ſpūa
lem ⁊ noctē ſpūalē. ergo ſi hec omia ſimul
producta ſunt. in primo inſtanti diuiſa eſt
lux a tenebris. i. boni angeli a malis. ergo
non fuit mora inter creatõnem ⁊ lapſū. qd
eſt. ſ. improbatum ⁊ oſtenſum ē eſſe con-
tra Aug. ¶ Item cum ſacra ſcriptura ordi
nat opera ſex dierum. aut ordinat quātum
ad duratõnis ordinem. aut quātum ad ordi
nem nature. aut quantum ad ordinem di-
gnitatis. Si quātum ad ordinem dignitatis
ergo cum homo ſit digniſſima creaturaru3
debuit eius productio attribui prime diei.
Si quantum ad ordinem nature. ergo pro
ductio ſolis ⁊ lune ante productõnem plan-
tarum ⁊ herbe. Reſtat igitur hoc eſſe di-
ctum quantum ad ordinem temporis ſiue
duratõnis. ¶ R̷. Ad predictorum intelligē
tiam notandum eſt q̄ circa hanc queſtione3
diuerſe fuerunt ſanctorum opiniones. Qui
dam enim ſancti in hac queſtione magis ſe
cuti ſunt uiam theoricam trahentes ratio-
nem ad ea que ſunt fidei. Quidam uero i-
ter quos precipuus fuit Aug. magis ſecuti
ſunt uiam phyſicā que uia ponit que ma-
gis uidentur ratõni conſona. vnde et intelli
gentiam ſcripture traxit ad ratõnis confir-
matõnem ⁊ atteſtatõnem. Unde cum uidea
tur rationabilius a ſumma potentia omnia
produci ſimul. ⁊ mora temporis interiacen-
tis nullius uideatur eſſe utilitatis ⁊ neceſſi-
tatis poſuit omnia ſimul eſſe producta. fu-
am poſitõnem confirmans per auctorita-
tes ſacre ſcripture exponens illud quod ui-
detur ſibi contraire. ſcilicet de dierum di-
ſtinctione. oſtendens q̄ illi dies non fue-
runt dies materiales. ſed potius fuerūt dies

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpūales qui omēs ſimul potuerunt eſſe. Et
hec poſitio fuit multum rationalis ⁊ ualde
ſubtilis. verūtamen quia ad hanc poſitio-
nem uidetur intellectus ſcripture diſtrahi.
⁊ ſecurius eſt ⁊ magis meritorium intelle-
ctum noſtrum ⁊ rationem omnino ſcriptur̄
ſupponere q̄ȝ ipſam aliquo modo diſtraheē
Ideo cōmuniter aliĳ doctores ⁊ qui preceſſe
rūt Aug. ⁊ qui ſecuti ſunt ſic intellexerunt ⁊
poſuerūt ſicut textus ⁊ lr̄a ſacre ſcripture
Geneſ ſonare uidetur. Unde poſuerūt oīa
corporalia ſimul eſſe creata in materia ſed
nō ſimul. ſȝ per ſenarium dieruȝ eſſe diſtin
cta in forma. Hanc poſitōnem ⁊ſi min⁹ ui-
deatur ratōnalis q̄ȝ alia nō tamen eſt irratō
nale ſubſtituere. Q̄uis enim ratio non perci
piat hui⁹ poſitōnis cōgruitatem prout con-
ſideratōni ſue innititur. percipit tamen pro
ut ſub lumine fidei captiuatur. Eſt. n. huius
ſucceſſiue formatōnis ⁊ diſtinctōnis ratio q̄
druplex. ſcilicet litteralis ⁊ moralis allego-
rica ⁊ anagorica. ¶ Litteralis in hoc q̄ deus
non tantum intendit facere quod pōt quan
tum etiā cōmunicare creature quod pōt re
cipere. vnde cum poſſit dare beatitudinem
abſq̄ȝ meritis uult tamen q̄ mereamur. ſic
cum poſſit ſtatim perficere materiam. ma-
luit tamen ipām ſub quadam informitate ⁊
imperfectōne facere. ut ex ſua imperfectōe
quaſi materia ad deum clamaret ut ipſam
perficeret. Et hoc ideo uoluit per ſenarium
dierum differre ut impfectōne numeri ſimł
oſtenderetur perfectio uniuerſi. ſm .n. ariſ
metricum ſenarius eſt numerus perfectus.
quia cōſtat ex omibus ſuis partibus aliquo
tis ita q̄ nec deficit nec excreſcit. Partes au
tem aliquote dicitur que ſumpte aliquotieſ
reddunt totum. ¶ Ratō autem moraľ eſt
ut in hoc erudiatur homo. quia ſicut natu-
ra corporea per ſeipāȝ informis exiſtit. tūc
autem formatur cum diuina bonitas eius in
formitati tribuit formam. Sic anima forma
ri non poteſt per ſeipām niſi deus gratiam
ſuam infundat. cui etiam ſenarius numerus
atteſtatur. quia tempus eſt merendi per uni
uerſum tempus uite preſentis ut poſtmodū
detur homini quies. quia non peruenit ad
perfectōnem meriti uſq̄ȝ ad cōſūmationem
gratie finalis poſt quā nulla ſequitur ueſpa

Et ideo dies unus non habet ſibi aſſignatū
ueſpere in ſcriptura. ¶ Allegorica uero ra
tio eſt. quia ſicut expreſſe Aug. oſtendit in
illa prima mundi condictōe que diſtincta eſt
per ſenarium. totum ſpacium decurſus mū
di preſentis ſm. vi. etates preſignatur. ut
primus dies prime etati reſpondeat. ſecun
dus ſecundi. ⁊ ſic deinceps ſm quod plane
adaptat Aug. ſuper Geñ. ad lr̄am quod
hic longum eſſet repetere. ¶ Ratio auteȝ
anagorica eſt. ut in illa dierum diſtinctione
intelligatur perfectio cognitōnis in anago-
rica natura beatificata. ſm quod plane oſtē-
dit Aug. ſuper Geñ. ad lr̄am per totuȝ. q̄ꝺ
ideo uocat ad lr̄am quia expoſitōneȝ iſtam
quam aliĳ reputant anagoricam dixit legiſ-
latorem intendiſſe ad litteram. nihil tamen
ibi aſſerendo dicit. ſed proteſtatur ipſe mo
do inquiſitorio ſe ibi procedere. et ſicut pa
tet ex eius intentione ibidem magis uole-
bat intellectum ex ſcriptura elicere ex quo
ſcriptura non poſſet a uiris philoſophicis
derideri. nec propter hoc aliquis naturali
philoſophia imbutus a ſidei ueritate retar-
dari. ſicut ipſe aliquando fuerat retardatus
magis q̄ȝ intellectum principalem expone
re quem ibi habuit legiſlator. et magis in-
tendit oſtendere quiā congruum fuerit uel
tunc eſſe potuerit q̄ȝ quid factum fuerit.
Et in. xii. confirmatōne oſtendit q̄ una et
eadem ſcriptura multipliciter poteſt intelli
gi. ⁊ in omnibus ſenſibus uere quorum nul
lus ſpiritum ſanctum latuit. ex cuius inſpi-
ratōne ſcriptura edita fuit. ⁊ in hoc manife
ſte oſtendit q̄ aliis non contradicit. Hanc
igitur poſitōnem ſuſtinendo ad obiecta in
contrarium reſpondendum eſt. ¶ Ad illud
quod obicitur primo de textu Geneſ. Di
cendum q̄ illud dictum eſt per recapitulatō
nem. ⁊ iſte tres die ibi confunditur ut tenea
tur pro diuerſis diebus. vľ tenetur zeugma
tice ut reddatur ſingulis membris illius re-
capitulatōnis. ¶ Ad illud quod obicitur de
eccleſiaſt. xviĳ. Qui uiuit ineternum ⁊c.
Dicēdum q̄ ſcriptura facit uim inter crea-
re ⁊ facere. nam creatōnem uocat productō
nem ex nihilo. Factōnem uero ipām diſtin
ctōeȝ. ⁊ hoc bñ ſignat Ge. ĳ. ubi dicit q̄ ceſ
ſauit ab oī ope ſuo q̄ꝺ creauit ut faceret. oēs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

igit̃ ſancti in hoc concordant q̃ omia ſunt
ſimul producta in materia. ⁊ ideo omia ↄce
dunt ſimul eſſe creata. ſed tamen non ſi-
mul facta. ¶ Ad illud quod obicitur de Job
xl. Dicendum q̃ Greg. exponit q̃ tecū di
cit ibi ſimultatem non temporis ſed ra-
tōis. q̃ſi diceret. Ecce uehemoth quem feci
tecum. i. tibi ſimilem in ratōnis capacitate.
¶ Ad illud quod obicitur q̃ maioris potē-
tie eſt declaratiuũ producere multa ſimul.
Dō q̃ deus potētiam ſuam magis intende-
bat manifeſtare in productōne ꝺ non eē in
eſſe q̃ȝ poſtmodū in formatōne. Jbi. n. ma-
nifeſtat ſapiētiam ⁊ bonitatē ⁊ ut ſigillatim
⁊ diſtinctim ⁊ appropriatim in ꝓductione
effectuum manifeſtaretur perfectō potētie
ſapientie ⁊ bonitatis. placuit diuino actori p̄
mittere opus creatōnis pᵒ modum ſubiūger̃
opus diſtinctōnis. poſtremo uero opus or-
natus ⁊ ꝺcoratōnis. Et in primo manifeſta
tur potentia. Jn ſcđo ſapiētia. Jn tercō uero
bonitas perfecta. licȝ omia in quolibȝ horuȝ
manifeſtari poſſint. ⁊ ideo bene manifeſta
ta ſunt pᵒ conſūmatuȝ eſſe reꝝ illa tria. Si
cut ſi in principio ſtatim materia fuiſſet ꝓ
ducta ⁊ diſtincta ⁊ ornata. Et per hoc patēt
duo ſequētia que procedūt ſimili uia. uiđlȝ
ꝺ bonitatis ⁊ ſapientie perfectōne. Jlle. n.
ratōnes non concludūt niſi q̃ deus materiā
in informitate nō debuit relinquere q̃a hoc
eſſet contra ordinem ⁊ perfectōnem. ſȝ duȝ
fecit informem ut formaret. ⁊ impfectaȝ ut
perficeret. oñdit ⁊ perfectōnem ⁊ ordinem
a ſe materie dari. ¶ Et ſi tu obiicias q̃ ad p
fectōnem oīm horum ſpectat uelociter eſſe
ctum perficere ⁊ ordinare ⁊ diſtinguere. Dō
q̃ illud uerum ē ubi agens agit ꝓm totum
ſuum poſſe. Vbi uero condeſcendit poſſibi
litati ⁊ infirmitati ⁊ utilitati aliene nō habȝ
ueritatem. ſic ē in propoſito. Sicut. n. deus
ſacram ſcripturam nobis tradidit q̃ſi rudi
modo ⁊ inepte ut quilibȝ poſſȝ capere ⁊ in
telligere. cū tamē in xp̄o ſint infiniti termi
ſapiētie ⁊ ſciētie. Sic etiam in formatōe q̃ȝ
tum decebat cōdeſcēdit modo nature ⁊ etiā
eruditōni ratōnalis creature. ⁊ quia ex illa
dilatōne homo erudiebatur. ſicut prius uiſū
ē. Jdeo placuit diuine potentie bonitati ⁊ ſa
piētie rerum formas ſub dieꝝ ſucceſſione
diſtinguere. cum tamē poſſet eis ſubito ma
teriam diſtinguere ⁊ ornare.

Tercio queritur Utrum maťia
illa corporaliũ creata ſit ſub a
liqua formaꝝ diuerſitate. ¶ Et
q̃ ſic uidet̃ p textū. Jn pricipio
creauit deus celum ⁊ terram. ergo uidetur
q̃ in pricipio ſue condictōnis habuit formā
celeſtem ⁊ formam elementarem. ¶ Si tu di
cas q̃ celū ſtat ibi pro celo empyreo. ⁊ ter-
ra pro materia corporalium. Obicitur per
textū ſequētē. Cōgregētur aque in locum
unū ⁊ appareat arida. ergo uiđtur q̃ tercio
die materia ſolūmodo manifeſtata fuerit ñ
ꝓducta. ergo in ip̄o chaos uidebatur ⁊ iam
eſſe elementa. ¶ Jteȝ Hug. ꝺ ſan. vic. No
mine terre hoc terre elementuȝ ſignari pu-
to. ergo ſi erat elemētum. uidetur pari ratō
ne ⁊ alia elementa. ¶ Si tu dicas q̃ ibi notat
elemētum terre. non quia iam erat ſed quia
futurum erat. Obicitur per illud quod ſub-
ditur. Eratq̃ȝ terrenum hoc elementuȝ me
dio ⁊ uno loco ſubſidens ceteris in confuſio
ne permixtis. Si ergo permixtio non eſt eᵒ-
dem ſed diuerſorum. uidetur q̃ ibi iam e-
rant diuerſe forme elementares. ¶ Jtem
rōne uidetur. Prime forme que inſunt ma-
terie ſunt forme elemētares. ſicut patet q̃
ultra illas non eſt reſolutio niſi ad materiā
primam. ergo ſi materia illa aliquam for-
mam habuit corporaleȝ. uidetur q̃ habuit
formam elementarem. ſed forme elementa
res ſunt eque prime. ergo uidetur q̃ ſimul
habuit omnes. ¶ Jtem conſtans eſt ꝓm po
ſitionem ſanctorum q̃ lux illa faciebat no
ctem et diem. ſed diem non poterat facere
niſi eſſet corpus tranſparens et illuminabi
le. noctem non poterat facere niſi eſſet
corpus opacum quod umbram proiiceret.
uidetur igitur q̃ in primaria condictōe ma
teria in quadam ſui parte fuerit tranſparēs
⁊ ĩ quadam opaca. ⁊ ita q̃ in ſe habuit for-
mas diuerſas. ¶ Jtem nihil eſt in genere
quod non ſit in aliqua eius ſpecie. ergo ſi
materia illa erat quid corporeum. erat igi-
tur aliquod corpus. ergo uel ſimplex uł mi
xtum. ſed non erat corpus ſimplex. q̃a nec
celeſte nec elemētar̃ gᵒ ꝑmixtū. gᵒ hēbat i ſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diuerſitatē formaꝝ. ¶ Item materia illa cū
eſſet imperfecta habebat aliquē appetitū.
Aut ergo ad unam formam. aut ad plures.
Si ad unam. ergo uidetur cū deꝰ ꝯpleuerit
appetitum eius ꝙ debuit dare unam ſolam
formam corporalem. ſi ad plures. ergo cū
multiformitas diſpoſitōnum ſit ex mltifor
mitate formarum. ergo uidetur ꝙ illa ma-
teria condita fuerit ſub formaꝝ diuerſitate.
¶ Sed cōtra Geneſ. i. Terra aūt erat in-
anis ꝛ uacua. ſed ſi eēt in materia formarū
diuerſitas non eſſet inanis ꝛ uacua. igitᷣ ꝛc.
¶ Item alia tranſlatō. Terra erat inuiſibilᷣ
ꝛ icompoſita. ſꝫ ſi eſſet ibi forma celeſtis ꝛ
elemētaris. eēt iā materia aliquo mō uiſibilᷣ
ꝛ cōpoſita. ¶ Itē ſi erant ibi forme plurēs
aut ergo erant ꝑmixte. aut diſtincte. Si di-
ſtincte ergo nō erat materia illa iformis. Si
ꝑmixte ergo uideť ꝙ hrēt formā mixtōis.
ꝛ ita nō erat informis. imo magis formata
q̄ȝ ſi hrēt formā elemētarē. ¶ Itē miſcibi
lia precedūt mixtū. ergo ſi ibi erāt forme ꝑ
mixte per naturā prius ſūt elemēta q̄ȝ illa
materia que prio ꝯdita ē. ergo uideť ordo p̄
poſterus q̄n deus ex materia illa fecerit e-
lemēta in ſequētibus diebus. ¶ Itē ſi ꝑmi
xte erant ibi forme. ergo maťia illa magis
approxiabat mixto perfecta mixtōe q̄ȝ ap
ꝑxiaret elemētuȝ. ergo magis apꝑxiabat
ad opus q̄nte diei ꝛ ſexte q̄ȝ elemētoruȝ di
ſtinctio. ergo uidťur ꝙ nō debuit ꝑductio
illius materie ꝯteriari in rerū primordio. ¶
Itē ſi erat ibi formaꝝ diuerſitas. ergo uidᷣ
ꝙ eēt ibi actō ꝛ paſſio ꝛ ita generatō ꝛ cor
ruptō ꝛ alteratō. ꝛ ita non erat dicenda ma
teria informis. cū in tali ſtatu eſſent opatio
nes que cōpetunt formis diſtinctis. ¶ R̷.
Ad ꝑdictorū intelligētiā ē notandū ꝙ ifor
mitatē illius materie corporalis diuerſimoꝺ
intellexerunt diuerſi. Quidā. n. dicere uo
luerunt ꝙ materia illa diceretur chaos ꝓpť
formaꝝ multitudinē ꝛ cōtrarietatē q̄ erat
in partibus materie. ita ꝙ ille partes nō di
ſtinguebātur ab inuicē ſcḋm loca ꝯtermiata
nec ita ꝓportōnabilr̄ inuicē iungebātur ut
ex eis reſultaret aliquod cōpletuȝ mixtuȝ.
ꝛ ideo erat ibi quedā permixtio non ꝓpor
tōnis ſꝫ confuſionis. ꝛ ſicut non erat ibi ꝑ
portōnalis mixtio ita nec erat ibi regularis

actio imo cuiuſdam pugne confuſio. ita uť
calida pugnarent frigidis. ꝛ humida ſiccis.
ꝛ ſic recte poſſet maťia illa chaos appellari
Sed iſte modus ponendi potius ē poeticus
q̄ȝ philoſophicus. q̄a magis ſeq̄tuť imagi
natōis fictōnē q̄ȝ rōnē. cū ſcḋm iſtā poſitōem
ponantur elementa illam materiā ſic pro
ductā naturaliter precedere. qḋ nec ratōni
nec ſacre ſcripture conſonat. Et ideo ē aliꝰ
modus dicendi rationabilior. ꝙ materia il
la producta eſt ſub aliqua forma. ſed illa nō
erat forma completa nec dans materie eē
cōpletuȝ. ꝛ ideo non ſic formabat quin ad
huc materia diceretur informis. nec appeti-
tum materie adeo finiebat quin materia ad
huc alias formas appeteret. ꝛ ideo diſpoſi-
tio erat ad formas interiores non completa
perfectio. quoniam ad multas formas ma-
teria informis appetitum ꝛ inclinationem
habebat. ideo quāuis illa forma non habe-
ret in ſe naturas diuerſas. tamen materia
in diuerſis ſuis partibus quādam diuerſita
tem imperfectam habebat. non ex diuer-
ſis actibus completis ſed magis ex appeti
tibus ad diuerſa. ꝛ ideo permixta dicitur ꝛ
confuſa. Sicut exemplum ponitur i embry
one quod actu habet unam formam ꝛ figu-
ram quādam maſſe carnis. illa tamen eſt
diſpoſitio ad diuerſas membrorum figura-
tōnes. Iſtud tamen non eſt ſimile omino.
quia forma illa non erat tante actualitatis
ſicut eſt forma embryonis. nec in tanta pro
pinquitate ad eductōnem formarum ſe-
quētium ſicut forma embryonis ad eductō
nem membrorum. Forma enim embryo
nis eſt uiſibilis. ꝛ per uim nature ad perfe-
ctam completionem eſt perducibilis. Illa
uero materia ſub tali forma incompoſita e
rat ꝛ inuiſibilis. ꝛ ad formas ſubſequentes
ſola diuina uirtute ꝛ operatione poterat ꝑ
duci. Et ideo propter imperfectōnem for-
me illius materia illa dicitur informis. Et
propter indeterminatum appetitum multa
rum formarum confuſa dicitur ꝛ permixta
Et hec poſitio ſatis uidetur eſſe intelligibi-
lis ꝛ probabilis. Et etiā iuxta hāc poſitōē
concedendum eſt ꝙ materia non fuerit cre
ata ſub formarum diuerſitate. ſicut ratio-
nes ad hoc inducte planiſſime oſtendunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad illud qđ primo obicit̄ in ꝯtrariū de
textu. dō ꝙ celū ſtat ibi pro empyreo. Et
ſi obciatur ꝙ ſcriptura cōſequēter dicit ter
ram apparuiſſe non formatam eſſe. dō ꝙ ſi
cut artifex facit appere effectum ꝓducēdo
non oſtendēdo ſolum. ſic intelligēdum ē ꝙ
deus fecit terram appere non ſolum ſepan
do elementa ab inuicem. ſed etiam ꝓducen
do. ita ꝙ fuit ꝓductio cum diſtinctōne ⁊ di-
ſtinctio cum reductione ¶ Ad illud uero qđ
obicitur ꝙ Aug. dicit p terrā intelligi ele-
mētum terre. dō ꝙ hoc dicit non ꝓpter for
mam terre que iam ineēt illi materie. ſꝫ ꝓ-
pter quādam aptitudinem incōpletam que
inerat illi parte materie. ut perficeret̄ poſt-
modum forma terre per eum modum ſm
quem cōſueuit aliquid appellari eius nomie
ad quod ordinatur. materia. n. illa non pote
rat niſi quodāmodo balbutiēdo deſcribi. q̇a
nec dicit qđ ſermo perfecte explicet. ſꝫ eti-
am intellectus in imaginatōne deficit. Vnde
⁊ illud quod ipſe ibi ſubiūgit de pmixtione
non eſt hoc dictū. quia ibi fuerit uera op-
poſitarum formarū cōiunctio. ſꝫ quia non e
rat ibi perfecte formarum diſtinctō. ¶ Ad
illud uero quod obicitur ꝙ forme elemen-
tares ſunt prime in materia corporali. dō
ꝙ uerum eſt de formis que dant materie eē
completum. forma uero illa quam habebat
īformis materia non dabat eē completū. Et
ideo tam formas ſimplices q̄ꝫ cōpoſitas q̇
eē completum tribuūt p̄cedebat uel p̄ceder̄
poterat. ¶ Ad illud qđ obicitur ꝙ erat ibi
corpus opacum ⁊ tranſparens. dō ꝙ nec e-
rat ibi perfecta opacitas nec pfecta trāſpa-
rentia. erat tñ in diuerſis partibus materie.
ſm ꝙ conditor ordinauerat ex eis diuerſas
formas ꝓducere aliquis diuerſus diſpoſitō
nis modus qui non ponebat diuerſitatē for
marum. Sicut ſi intelligatur ꝙ aliquod cor
pus in una parte ſit rarius. ⁊ ī alia magis cō
pactum. ſalua forme unitate. Sic intelligi ð
bet in illa materia que formā hēbat ad mˀ
ta poſſibilem. ¶ Ad illud quod obicitur ꝙ
nihil ē in genere qđ non ſit in aliqua eiꝰ ſpē
dō ꝙ illud uerum ē de eo qđ ē ī genere tāq̄ꝫ
ens completum. ſed materia illa nō ſic erat
corporea ꝙ eēt completa in genere corpoꝝ
ſed ſic hēbat extenſionem ⁊ corporeitatem

ꝙ nō hēbat perfectam forme actualitatem.
ſicut predictum eſt prius. ¶ Ad illud uero
quod obicitur ð diuerſitate appetituum. dō
ꝙ appetitus nō ſemper ſequit̄ formā com-
pletam. ſed etiam attenditur ſm appeten
tis indigentiam ⁊ aliquā diſpoſitōnem ſe-
miplenam. niſi fortaſſis ſit talis appetitus
qui cōſequatur diſpoſitōnem que ē neceſſi
tas. ſed talis non erat in illa informi maťia
ſꝫ ſm quādam maiorem ſubtilitatē ⁊ rari-
tatem in ptibus materie erat diſpoſitio lō-
ginqua ad formas alias ⁊ alias

Conſequēter querit̄ ð ſecundo
articulo. ſcꝫ ð ipiꝰ materie quā
titate ¶ Circa quam triplex
uerſatur inquiſitō. Primo q̄tū
ad numeꝝ. Scđo quātum ad tempus. Ter
cio quātum ad locum

Circa primū ſic proceditur. Et
q̄ritur Utrum celeſtium ⁊ ter-
reſtrium una ſit materia q̄tū
ad eē. Supra enim queſitum ē
de unitate materie quātum ad eſſentiā ¶ Et
ꝙ ſit una. uidetur cōmuniter ſm expoſito-
res nomie terre cum dicitur. In pricipio cre
auit deus ce. ⁊ ter. Intelligitur maťia oim ui
ſibilium citra celum empyreum. ergo ſi illa
una fuit ⁊ habuit a materia formā ut. ē. ui-
ſuꝫ fuit. ergo uidetur ꝙ celeſtia ⁊ terreſtria
ex una materia quātum ad eē ſint ꝓducta.
¶ Itē materia illa ex qua ſūt formata cor
pora nec hēbat formā celeſtem nec elemen
tarem nec cōuenietem ad hoc. ergo ſi a ma
teria hēbat formā. hēbat formā ad hās cō
munem ⁊ idifferētem. ergo uidetur ꝙ ſm a-
liquod eē formale ſit ponere celeſtiū ⁊ ter
reſtrium materiā eē cōmunē. ¶ Item extē
ſio ñ cōſequit̄ materiam ſm eēntiam ſuam
ſed ſm aliquod eſſe cum ſit accidens. ergo
ſi cōmuniter reꝑitur extenſio i corꝑoribus
ſuꝑioribus ⁊ inferioribus. ergo uidetur ꝙ
una ſit materia cōmunis in celeſtibus ⁊ tre-
ſtribus. ¶ Item lux eſt natura cōmunis reꝑ
ta in omibus corpibus tam celeſtibus q̄ꝫ ter
reſtribus ſiue ſit ſubſtantia ſiue accidēs. er
go ſi forma iſta corporalis nō ē in materia
niſi ſm aliquod eē. uidetur idem qđ prius.

Item perſpicuitas eſt natura ſimiliter re
perta in omnibus corporib⁹ tam ſuperiori-
bus q̄ʒ inferioribus ſm plus ꝛ minus. ſed p
ſpicuitas nõ tantum conſeq̄tur materiã ſed
etiam formaʒ. ꝛ eſſe materie nõ tantũ eẽn-
tiam. ergo uidetur ꝙ in omibus corporibus
ſiue celeſtibus. ſiue terrenis eſt ponere ma
teriã unam ſm eſſe. Item rari ꝛ denſi
ſm eſſe ponitur materia una. ergo pari rõ
ne luminoſi ꝛ opaci. ꝛ ſi hoc ergo celi ꝛ ele-
mẽti. Cõt. corruptibiliũ ꝛ incorruptibilium
ſicut vult phũs non ẽ materia una. ſed cor-
pora ſupiora ſũt icorruptibilia ꝛ iferiora cor
ruptibilia. ergo ꝛc. Iteʒ que habẽt eãdeʒ
materiã ſunt adinuicem trãſmutabilia. ſed
corpora celeſtia ꝛ terreſtria non ſunt adin-
uicem trãſmutabilia. ergo ꝛc. Item ma
teria ſubiecta priuatõni ꝛ que non eſt ſubie
cta priuatõni differũt ſm eſſe. ſed in celeſti
bus materia nõ ẽ ſubiecta priuatõni. in ter
reſtribus uero ẽ ſubiecta. ergo ꝛc. Item
corpus celeſte ꝛ elemẽtare nõ tantũmodo
differũt forma ꝛ qualitate. ſʒ etiam diſconti
nuitate. Si ergo cõtinuitas uenit ab unitate
materie ſm eſſe cum iſta adiuiceʒ ſint diſcõ
tinuata qḋ patet. q̄a unum mouet̃ rel. quuʒ
quieſcit. videt̃ ꝙ ſm eẽ celeſtium ꝛ terreſtri
um nõ poſſit eẽ mat̃ia una. R̷. dõ ꝙ cuʒ
q̄ritur vtrũ corpora celeſtia ꝛ terreſtria ſint
ex eadẽ materia ſm eẽ. Hoc duplicit̃ põt
intelligi. aut ſm eẽ qḋ materia hũit ante p
ductõnẽ. aut ſm eſſe qḋ materia habʒ poſt
pductõnem. Si ſm eẽ qḋ materia hũit ãte
pductõnem ſic ſine dubio una fuit materia
corpoꝝ celeſtium ꝛ terreſtriũ. quia una fuit
moles habens unam formã incõpletaʒ. Si
ſm eſſe qḋ hʒ materia p⁹ pductõnẽ qḋ q̄dẽ
ẽ eẽ ꝯpletũ. ſic abſq̄ʒ dubio differt materia
celeſtiũ ꝛ t̃reſtriũ quãtũ ad eẽ. tũʒ quia ſub
una forma ẽ corruptibilis ſub alia incorrupti
bil̃. tñ q̄a ſub una forma ſubiecta ẽ priuatõi
ſub alia non. ꝛ hoc nõ ſolum facit diuerſita
tẽ in materia ſm eſſe quãtũ ad actuʒ. imo
etiam q̄ʒtũ ad potẽtiã ordinatã ad actum. q̄
q̄dẽ diuerſitas nõ eſt in materia ſm ꝙ eſt
formis elemẽtarib⁹ ſubiecta. Nã etſi mat̃ia
ſubiecta igni ꝛ aeri hẽat aliḋ ꝛ aliḋ eẽ actua
le. tñ q̄a utrobiq̄ʒ ſubiecta ẽ trãſmutationi
ꝛ priuatõni ꝛ poſſibilis ẽ ad utrũq̄ʒ. iõ dicit̃
habere unã materiã ſm eẽ. In celeſtib⁹ autẽ
corpib⁹ ꝛ elemẽtaribus non cõtingit hoc re
pire. Et ex his patet obiecta ad utrãq̄ʒ pteʒ
Prime. n. rõnes q̄ oñdũt ꝙ celeſtia corpa ꝛ
elemẽtaria cõmũicãt in mat̃ia ſm eẽ. loq̄tur
de mat̃ia quãtũ ad illḋ eẽ qḋ habuit añ p-
ductõnẽ. ꝛ q̄ʒtũ ad ꝓprietates q̄ ꝯſequũt̃ illḋ
eſſe. ſicut ſunt extẽſio ꝛ pſpicuitatis parti-
cipatõ. Ultima tñ rõ nõ ꝯcludit que pcedit
p ſimile de raro ꝛ denſo. ꝛ celeſti ꝛ elemen-
tari. Nõ. n. ẽ ſimile. q̄a raꝝ ꝛ denſũ ſũt ad
iuicẽ trãſmutabilia. nõ ſic corpa celeſtia ꝛ e-
lemẽtaria. Et loq̄t̃ ḋ poſſibilitate trãſmutã
di ſm naturã. nõ ſm v̈tuteʒ diuinã. Ra
tõnes uero ad oppoſitũ ꝯcludũt ꝙ materia
ſm eẽ nõ ẽ eadẽ in celeſtib⁹ ꝛ terreſtrib⁹ p⁹
ipoꝝ pductõem. ſicut pʒ diſcurrendo per
ſingulas. Alit̃ poſſʒ dici ꝛ q̄ſi in idẽ redit.
q̄m quadruplex põt intelligi et eſſe unitas i
materia. aut q̄ʒtũ ad eẽntiã. aut q̄ʒtũ ad eſſe
icompletũ ꝛ a completõne remotũ. aut ſm
eſſe incõpletum cõpletõni pximũ. aut ſm
eſſe ſimplicit̃ cõpletũ. Et ſm hoc diſtinguit̃
materia ꝙ q̄dam ẽ ſubiecta forme ſubſtan-
tiali tm̃. q̄dã forme ſubſtãtiali ꝛ extẽſioni ſi
ne q̄ntitati. q̄dam forme ſubſtãtiali ꝛ quãti
tati ꝛ ꝯrietati. q̄dam forme ſubſtãtiali ꝛ q̄n
titati ꝛ ꝯrietati ꝛ in oĩbus ſuis partibus vni
formitati. Prĩo mõ dicit̃ eadeʒ eẽ mat̃ia ſpi
ritualiũ ꝛ corpaliuʒ ſicut. ſ. fuit oñſum. Se
uentia ſibi obuiant. Hoc aūt eſt ſic. q̄a orbes
inferiores ſunt ſub ſuperiorib⁹. ideo motus
eoꝝ eis non repugnat. nec etiaꝫ retardat. ꝓ
pter maximā mobilis ad motoreꝫ obedien-
ciam. ¶ Ad illud qd̓ obicitur de illis retro-
gradationib⁹ ⁊ progreſſionibus. Dōm ꝙ ſic
tactū eſt ꝙ et ſi uideantur fieri ad ſenſu. Hoc
non eſt niſi ꝓpter maiorem ⁊ minorē ueloci
tatem ipſoꝝ orbium quaꝫ ſi q̄s bn̄ ſciret ex
plicare. Hac uia unica poſſet ſaluare illud ad
qd̓ ſaluanduꝫ ponunt mathematici circuloꝝ
⁊ centroꝝ multitudinē. ſed ad aliam ſcientiā
hoc expectat.

TErtio q̄ritur vtꝝ conueniat ali
cui orbi moueri abſq̄ ſtellis. ¶ Et
ꝙ non uidetur qꝛ celum empy
reum ponitur a ſanctis immobi
le ꝓpter ſui uniformitatē. Sed celū qd̓ uniuer
ſaliter caret ſtellis ē uniforme. ergo nullum
celuꝫ qd̓ caret ſtellis eſt mobile. ¶ Iteꝫ ubi
cūq̄ eſt motus ibi eſt ꝯtinuitas ⁊ uariatio. ſꝫ
ꝯtinuitas q̄ eſt in motu eſt a ꝯtinuitate ma-
gnitudinis. ergo pari rōe uariatio motus eſt
a uarietate mobilis. Sed corpus celeſte quod
caret ſtellis nō habet in ſuis motib⁹ uarieta-
tem. ergo nec mutationē. ¶ Item oīs mot⁹
eſt ꝓpter aliquam indigentiā ſupplendā uel
in ipſo mobili uel in aliquo inferiori. Sꝫ celū
quod caret ſtellis non pōt moueri ꝓpter ſui
indigentiā. cum nulla in motu illo ei⁹ indigē
tia compleatur. nec ꝓpter ſupplendā indigē
tiaꝫ in inferiorib⁹. qꝛ ita bn̄ influit q̄eſcendo
ſicut mouēdo ⁊ uniformiter. Ergo uidetur ꝙ
nullo mō abſq̄ ſtellis celeſti corpori moueri
ꝯpetat. ¶ Item motus celi eſt ꝑfectiſſimus
omniū motuū. ⁊ ideo eſt oīm motuum regu
la. ergo ſi ꝑ regulaꝫ menſurant̄ oīa q̄ ſunt
in genere illo. aīa menſurat oēs motus per
motum primi mobilis. ergo mot⁹ primi mo
bilis maxime notus eſt ipſi aīe. Sed nullius
corporis eſt motus notus ipſi anime niſi qd̓
hꝫ in ſe aliquod luminare. qꝛ n̄ depꝛehendi-
tur motus orbis niſi per motū luminaris. Er
go uidetur ꝙ non ſit poſſibile aliquē orbem
moueri qui careat omni luminari. ꝑcipue cū
motus eius lateat ſenſum noſtꝝ. ⁊ ſacra ſcri
ptura uniformis orbis reticeat motuꝫ. Et ſic
uidetur ꝙ ponere aliquē orbem moueri ſup̄
firmamentū quod eſt noſtris oculis ꝯſpicuū
eſt temerariuꝫ. ¶ Cōtra. omnis multitudo
reducitur ad unitatē. ergo motus corꝑis mul-
tiformis reducitur ad motuꝫ corꝑoris unifor
mis. Sed uniforme corpus non eſt niſi qd̓ ca
ret omni lumiari. ergo uidetur ꝙ ultra illos
orbes in q̄bus ſunt lumīa ſit aliquod celum
mobile. ¶ Item motus ille q̄ eſt menſura oī
um motuūꝫ eſt ille q̄ eſt ab oriente in oriens
ꝑ occidens. q̄ eſt motus diei naturalis effecti
uus. ⁊ ꝯplet. xxiiij. horas. Sed dies naturalis
omni tempore eſt uniformis. ergo ⁊ iſte mo
tus. ergo ⁊ mobile. ergo ⁊c̄. ¶ Item ſi ē re
cta ordinatio medii ad extrema. neceſſe eſt
mediū ꝑticipare quodammō naturam utriuſ
q̄ extremi. Sed celuꝫ cryſtallinū mediū eſt in
ter empyreum ⁊ firmamentū. cum ergo em
pyreū ſit uniforme ⁊ immobile. ⁊ firmamen
tum ſit multiforme ⁊ mobile. uidetur ꝙ cry
ſtallinū celum ſit aut multiforme ⁊ imobile.
aut uniforme ⁊ mobile. Sed ſi multiforme et
immobile eē non pōt cū uarietaſ mobilis diſ
ponat ad motū. ergo neceſſe ē ꝙ ſit unifor
me ⁊ mobile. ¶ Itē q̄ñcunq̄ aliq̄ plā ꝯcurrūt
ad ꝯſtitutionē alicui⁹ neceſſe ē ꝑ vtuteꝫ alic⁹
illa ꝯiungi. ergo q̄ñcūq̄ plura mobilia ꝯcur
rūt ad effectū unū ꝯferēꝫ ꝑ ſuā īfluētiā. neceſ
ſe ē ꝙ ꝯiūgant̄ ꝑ alic⁹ mobilis uniformitatē
Si ergo uirtus planetaꝝ ⁊ ſtellaꝝ ꝯcurrūt ad
ꝓductionē effectuū in his inferiorib⁹ ꝑ q̄ſdā
ꝯformitateꝫ. neceſſe ē ultra eē aliqd̓ mobile
ꝑ qd̓ iūgantur. qd̓ q̄deꝫ hēat in toto ⁊ in ꝑti
b⁹ uniformitatē. ⁊ ita alicui orbi abſq̄ ſtelliſ
ꝯpetit moueri. Eſt ergo qd̓ q̄s ſit ille orbis.
⁊ ꝑ quā naturā ꝯpetit ei moueri. Si eniꝫ qꝛ

celuꝫ eſt. tunc ergo empyreum erit mobile.
Si qꝛ celum quod eſt non tm̄ ↄtinens ſꝫ eti-
am ↄtentuꝫ. obicit̄ tunc de celo igneo ⁊ ethe
reo qui q̇dem ↄtinent ⁊ ↄtinentur. et tm̄ non
mouētur orbiculariter. ¶ Iux̄ hoc q̄ritur ꝺ
ſufficientia ⁊ nūero celoꝝ. ⁊ cum natura ce-
leſtis diſtinguatur ab elemētari. quomō aliq̄
ꝺīe celoꝝ ſumuntur penes elementa. ¶ Si
tu dicas ꝙ ꝓpter naturam pſpicui in eis re
pertaꝫ. tunc cū pſpicuitas ſit in aq̄. elemen-
tum aque deberet dici celum. ¶ R̸. dōm ꝙ
eſt ponere aliquod celū moueri qḋ caret lu-
minariū ⁊ ſtellaꝝ uarietate. hoc ē celuꝫ aq̄uꝫ
ſiue cryſtallinū. ad cuius cognitionē ⁊ſi pauci
philoſophi puenerūt. qꝛ corporeū latet ſen-
ſū. raciocinando tm̄ puenerūt aliq̄. ⁊ illi qui p
uenerūt poſuerūt ipm̄ moueri ſicut q̇daꝫ a-
ſtronimi uiſi ſūt hoc ꝓbare. Cōiter tm̄ ad co
gnitionē exn̄tie huius celi puenerunt oēs tra
ctatores catholici auctoritate ſacre ſcripture
diuinitus illuſtrati. q̄ ipſiꝰ exn̄tiam expſſe ꝺ
clarat. motū tm̄ eius uel q̇eteꝫ non explicat.
ſed doctores theologie rōnibus ſuffulti cōi-
ter ponūt illud celum moueri. Et inter alias
rōnes potiſſima rō eſt illa q̄ ſumitur ex pfe
ctione uniuerſi. ex q̄ etiam diſtinctio celoꝝ ⁊
nūerus rōnabilit̄ pōt inueſtigari. Et hoc ptꝫ
ſic. Celū eniꝫ de ſua cōi acceptione dicit ali-
quā naturaꝫ pſpicuam ↄtentiuā. de ſua uero
acceptione ꝓpria noīat naturam pſpicuā cō
tentiuā ſupra ↄ̄rietatem eleuatam. Sm̄ pri
maꝫ acceptionē celoꝝ diſtinguūtur a Raba
no. vij. celi. Natura enim pſpicua ⁊ ↄtentiua
aut eſt lumīs datiua aut receptiua. Si enim
datiua. aut eſt uniformis nō mota ⁊ ſic ē em
pyreū. aut eſt multiformis ⁊ mota ⁊ ſic ē ſi-
dereum. aut eſt uniformis ⁊ mota. ⁊ ſic eſt
cryſtallinum. quarta differētia eſſe non pōt
ſcꝫ ꝙ ſit multiformis non mota. ꝓpter hoc
ꝙ motus eſt paſſio ↄſequens naturalit̄ mul
tiformitatē corporis. Si autem figura pſpi
cua eſt luminiſ receptiua. aut ſepabiliter. aut
inſepabiliter. ſi inſepabiliter. aut ſm̄ circulū
ſuperioris ſuperficiei ⁊ tunc eſt igneum. aut
ſm̄ circuluꝫ inferioris ſupficiei in quo cōicat
aeri ⁊ tunc eſt olympiuꝫ. quod q̇dem dicitur
olympiū ꝓpter olympi montis approxīatio
nem. Si aūt eſt receptiua ſepabiliter ſic̄ aer
q̄ illumīatur ex p̄ſentia corporis luminoſi. ⁊

obtenebratur ex eius abſentia. hoc dupliciter.
ter. aut ſm̄ ſuperiorē partem ⁊ ſic eſt ethe-
reum. aut ſm̄ inferiorem ⁊ ſic eſt aereum. et
in hac diſtinctione comp̄hendūtur oīa cor-
pora mundi preter terram ⁊ aquam. Terra
enim non pōt comprehendi nomie celi. quia
caret tam perſpicuitate q̄ꝫ ambiendi capaci-
tate. Aqua aūt ſimiliter caret. qꝛ q̄ꝫuis habe-
at pſpicuitatem. non tamen ambit undiq̄ꝫ.
Et ſic ex iſta ſufficiencia celoꝝ in qua oſten
ditur ſapientia cōditoris ⁊ pfectio uniuerſi.
ſatis manifeſte apparet ꝙ oportet ponere
aliquem orbem ſine luminariū multiformi-
tate moueri. ⁊ illud ꝓprie eſt dicendum pri-
mū mobile. Hec autem diſtinctio ⁊ ſufficien
tia ſumpta eſt ſm̄ enumerationē Rabani q̄
celos numerat ſm̄ ↄmunem acceptionem ce
li. prout nominat naturam perſpicuam ⁊ co
tentiuam. ſic enim comp̄hendit naturam ce
leſtem ꝓprie dictam ⁊ elementarem licꝫ nō
oēꝫ. Si aūt celū dicatur ꝓprie natura celeſtis
ſcꝫ natura pſpicui ūdiq̄ꝫ contētiua ⁊ nulli cō-
traria. ſic diſtinguitur a quibuſdam philoſo
phis per. viij. orbes. qui dixerunt octauam
ſperam ultimā eſſe. Alii autem amplius il-
luminati in hac materia ultra octauam ſpe-
ram poſuerunt nonam. ¶ Tertii perfecte
illuminati uenerunt ad perfectam orbium
diſtictionem. ut ponerent decimaꝫ ſperam
in qua eſt quies et uita ſempiterna uidelicet
celum empyreum. de quo etſi auguſ. uix aut
nunq̄ꝫ loquatur. Beda tamen ⁊ Rabanꝰ ipm̄
eſſe expreſſe teſtantur. ¶ Horum auteꝫ nu
merum ⁊ ſufficientiā poſſumus ſumere ſic.
Diſtinctio eniꝫ celorum aut eſt per diuerſita
tem ꝓpriarum formarum. aut eſt per diſtin
ctionem motuum ⁊ luminarium contento-
rum. Si per diuerſitatem formaruꝫ. ſic diſti
guimus tres celos. aut enim uiget in eo na-
tura perfecte luminoſitatis. ⁊ ſic ē habile ad
ſtatum glorie et ideo quietum. et ſic eſt em
pyreum. aut uiget in eo natura perfecte per
ſpicuitatis ⁊ effectiue frigiditatis. ⁊ ſic ē cry
ſtallinum ſiue aqueum. quod quidem facit
ad conſeruationeꝫ rerum corruptibilium. et
ideo eſt habile ad motuꝫ. aut uiget in eo na
tura perſpicuitatis ſimul ⁊ luminoſitatis et
effectiue caliditatis. ⁊ ſic ē celum ſidereū. qḋ
q̇dem facit ad trāſmutatiōeꝫ reꝝ inferiorū.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ideo eſt multiforme ⁊ motum. Si uero fiat diſtinctio celoꝝ penes diſtinctionē luminariū ſic eſt diſtinctio orbiuȝ. Aut eni ɔtinet multitudinē ſideꝝ. aut unitatem. Si multitudinē. ſic eſt celum ſtellatū. Si unitatem ſic cū. vij. ſint planete ꝑ quos regitur uniuerſitas tēporum que in ſepteȝ diebus clauditur. vij. ſunt orbes. ⁊ ſic terciū celum ſua multiformitate ɔtinet octo ſperas ſiue orbes. ⁊ duo ſunt ꝑcedentes. ⁊ ita. x. Et ſic pfectioni ptium uniuerſi rn̄det etiaȝ pfectio numeri. ſ. denarii.

Ex pdictis ergo pȝ ꝙ qualitercūqȝ ſumat̄ ſufficientia celoꝝ ſiue ſub ꝓpria appellatiōe celi ſiue ſub ɔmuni. ponere eſt celuȝ cryſtallinū moueri. qḋ quideȝ caret ſtellis. Et ideo ad qōnem ꝓpoſitam rn̄denduȝ eſt. ꝙ abſqȝ ſtellis pōt aliq̄s orbis moueri. ſ. celuȝ aqueū qḋ eſt mobile primū. ⁊ ꝙ uniformiter mouetur ab oriēte in oriens p occidens. ⁊ illiꝰ uirtute trahitur firmamentū ⁊ oēs orbes inferiores. ut uno die naturali. ſ. p ſpatiuȝ. xxiiij. horaruȝ ab oriente in oriens uoluatur. q̄uis nr̄o ſenſui non appareat. ⁊ aliq̄ philoſophi hoc ſenſerīt ꝙ firmamētū ſit mobile primū. Aliqui tn̄ philoſophi deph̄enderūt ꝙ ipſuȝ firmamentū mouetur ꝓprio motu. ita ꝙ in centū annis ꝓcedit uno gradu. Siue aūt hoc ſit ueꝝ ſiue falſū. hoc tenendū eſt qḋ ɔmuniter doctores theologie ponūt. ꝙ celū eſt aliquod mobile ultra firmamentū carens ſtell̄. ⁊ ɔcedende ſunt rōes hoc oſtendentes.

Ad illud uero quod obicitur in ɔ̄rium ꝙ eſt uniforme. dōm ꝙ ſi hēat uniformitatē p carentiam diuerſitatis ptium. hēt tn̄ diuerſitatem ꝑ rōnem dextre ⁊ ſiniſtre ⁊ p ɔpationē ad influentiā motoris. et hec diuerſitas ſufficit ad faciendum motum. Et per hoc patȝ reſpōſio ad ſcōm. qꝛ non eſt talis uariatio i illo motu primi mobilis qui exigat diuerſitatem lumis in partibus q̄n potius cōcordat uniformitati. Etſi eniȝ motus dicatur uariatio reſpectu quietis. motus tamē primi mobilis reſpectu alioꝝ eſt uniformis. Ad illud quod obicitur ꝙ equal̄r influit cuȝ mouetur ⁊ quieſcit. dōm ꝙ falſum eſt. Si enim q̄eſceret non moueret orbes inferiores ſuo motu. nunc autem cum mouetur uis motiua ab ipſo deſcendit in corpora inferiora.

Ad illud quod obicitur ꝙ motus eius debet eſſe notiſſimus cum ſit regula aliorum motuuȝ. dicendū ꝙ non oportet eſſe notuȝ ſenſui in ſe. ſed ſufficit ꝙ notificetur in effectu ſuo. Sic etiam non percipimus reuolutōnem octaue ſpere ab oriente in oriens manifeſte niſi per ſolem ⁊ alia luminaria. ꝑ hunc modum uniformitas q̄ntum ad ſpacium horarum nobis motum celi uniformis expreſſe indicat. Hunc pcipimus per uarietateȝ diei ⁊ noctis. Ad illa uero que ultimo querebantur iam patet ſolutio ex pdictis.

Onſequēter queritur ḋ ipſis luminaribus in ɔpatione ad ea in q̄ agunt. Et circa hoc querunt̄ tria. Primo q̄ritur vtꝝ in luminaribus diuerſis ſit diuerſitas pfectionū. Scōo q̄ritur vtꝝ hēant diuerſitatē impſſionū. Tertio q̄ritur vtꝝ ex eoꝝ impſſionibus cauſetur diuerſitas moꝝ.

Irca primū ſic ꝓceditur ⁊ q̄rit̄ vtꝝ luminaria diuerſitatē habeant pfectionuȝ. Et ꝙ ſic uidet̄ ſic uult ph̄us. ſol nō eſt nomen indiuidui ſȝ ſpēi ſimil̄r ⁊ luna. Conſtat aūt ꝙ ſol ⁊ luna ſunt impoſita diuerſis. ergo ea ſūt diuerſa ꝑ ſpēm. Item non pōt eſſe niſi unꝰ ſol ſicut dicit ph̄us. qꝛ ſol ē ex tota ſua materia. ſȝ ſi ſol ab aliis lumiaribꝰ non differt niſi ſolo nūero. non eēt ex tota ſua materia. ergo differt ampliꝰ q̄ȝ nūero. ergo differt ſpē. Item corpꝰ qḋ eſt naturalr̄ luminoſū ⁊ corpus qḋ ex ſe ē opacū ſunt alteriꝰ ⁊ alteriꝰ nature ꝑ ſpēm. ſȝ corpus ſolis ḋ ſui natura eſt luminoſū. luna v̄o q̄ntuȝ ē ex ſe ē opacū corpus. qḋ pȝ in eclipſatōe ſolis ex iterpōne lune. ergo ſol ⁊ luna differūt ſpē. pari rōe ⁊ alii planete. Iteȝ t̄ra ornata ē diuerſis lapidibus ⁊ plant̄is aialibus ꝑ ſpēm. ergo uidetur pari rōne ꝙ celū ſit ornatū diuerſis luminaribus ꝑ ſpēm differentibus. Sȝ ɔ̄. corpis ſimplicis non hn̄tis amixtionē alterius corporis partes ſunt unigenee ⁊ ad totum ⁊ inter ſe. ſed celum ſicut probat ph̄us eſt corpus ſimplex. nō mixtū. ⁊ ſil̄r lumīaria. ergo non habent formas ſm̄ ſpēm diuerſas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

d

¶ Item luminaria ſunt ex aggregatione lucis
ſui orbis. ſicͤ uult phũs in li. de celo ⁊ mũdo.
ſꝫ maior aggregatio ⁊ mīor non facit diuer
ſitatē ꝑ ſpēm ſed ſolū ꝑ numeꝝ. ergo lumia
ria celi non pficiūtur diuerſis formis ꝑ ſpēꝫ.
¶ Item flāma maior et minor non differūt
ꝑ ſpēꝫ. q̃uis ſit in una maior aggregatio lu
mis q̃ꝫ in alia. ergo ſi ſic uidetur eē circa lu-
minaria celeſtia. uidetur ꝙ non differāt for
ma ſpecifica. ¶ Item nobiliſſima q̄ ſit in ſo
le eſt ipſius lux. ⁊ nobiliſſima forma in una-
quaqꝫ re eſt forma ultima. ergo lux eſt foꝛa
ultima ⁊ cōpletiua ſolis in ſpē ſua. ſꝫ in luce
ꝯuenit cuꝫ oībus aliis lumiaribus. ergo uide
tur ꝙ lumiaria celi ſpē non ſint diſtincta.
¶ R. Ad p̄dictoꝝ intelligentiā eſt notandū
ꝙ inter luiaria celi ē repire diuerſitatē q̃tuꝫ
ad ſpēm ⁊ formā. ⁊ iſtud ꝯcordat ſatis rōni
recte. q̃ꝫ ꝗs non oīno recta rō mouerit quoſ
dam ad ponendū diuerſitatē ꝑ ſpēm in lumi
naribus celi. Poſuerūt eniꝫ aliq̄ ꝙ lumiaria
ꝑ ſpēm erant neceſſario diuerſa. ꝓpter hoc
ꝙ non hn̄t materiā tranſmutabilē ⁊ unūqḋ
qꝫ erat ex tota ſua materia. Sꝫ rō eſt falſa
⁊ uana ⁊ principiū erroris. et occaſio fuit po
nendi in oībus hominibus aiam unam. ſicͤ me
li⁹ patebit infra. Vñ ꝙ tranſmutabilitas ma
terie reqͥratur ad diuerſitatē ꝑ numeꝝ. Dōm
ꝙ non ē generalr̄ v̄m. utpote in diuerſitate
ſm nūeꝝ q̄ attenditur in aliq̄bus ꝑ ſimulta-
tem ſue ꝓductōis ⁊ ꝑ immediatū egreſſuꝫ a
ſuo primo opifice. ſed in his ſolū hꝫ ueritatē
quoꝝ unū generatur ex alio. Et ideo rōe p̄-
termiſſa. pōt ſumi rō diuerſitatis illoꝝ lumi
nariū ex ꝑte quadruplicis cauſe. ⁊ primū ex
parte finis ſumitur rō. Sunt eni ꝓducta ꝓ-
pter diuerſas influentias in his inferioribus
faciendas. ⁊ ꝓpter ornandā celeſteꝫ naturā.
⁊ ideo ꝯpetebat diuerſas habere ſpēs ⁊ uir-
tutes. ut ex diuerſaꝝ uirtutū ꝯiunctiōe reſul
taret pfectio in effectu. ⁊ ex diuerſaꝝ ſpēruꝫ
ꝯpatione pulchritudo ꝯſurgeret in ornatu.
Sumitur etiaꝫ rō ex ꝑte efficiētis q̇ ꝑ ſuam
potentiā ⁊ ſapiam ⁊ bonitateꝫ diuerſa ꝓdu
cit ꝑ ſpēm et formā. ut quod dari non pote-
rat uni ſoli ꝑ ſe daretur diuerſis in ſpē. Su
mitur etiam rō ex parte materie. ſicͤ eniꝫ in
mixtis materia ꝑ diuerſitatē mixtionū apta
tur ad ſuſceptionē diuerſaꝝ formaruꝫ. ſic in
corporibus ſimplicibus ꝑ maiorem raritateꝫ
⁊ denſitatem in ſuis ꝑtibus ad diuerſaꝝ for
maꝝ aptat̄ ſuſceptionē. Sicut pꝫ in elemētis
quoꝝ materia ſm maiorē denſitatē ſuſcipit
formā terre. dum aūt rareſit ꝑ plus ⁊ minus
diſponitur ad formas alioꝝ elemētoꝝ. Per
hunc modū intelligendū eſt in celo cuꝫ in ce
leſti natura ſicͤ dicitur in li. de ſubā orbis ſit
reperire raꝝ ⁊ denſū. ꝯtingit ꝑ maioreꝫ rari
tateꝫ ⁊ denſitatē materiam diuerſaꝝ forma
ruꝫ eſſe ſuſceptibilē. Aliter tñ eſt raꝝ ⁊ den
ſuꝫ in materia elemētari ⁊ natura celeſti. In
elementis eniꝫ cāntur a frigido ⁊ calido diſ
ſoluente ⁊ ꝯſtringente ꝑtes materie. in celo
aūt cāntur ſolummō ꝑ diuerſū partiū ſituꝫ.
In denſo eni ſunt ꝑtes ꝓpinquiores. ⁊ in ra
ro magis diſtantes. qꝛ in denſo ſunt ꝯpſſe ⁊
magis unite. ⁊ in raro ſparſe. Sumit̄ etiam
rō ex ꝑte foꝛe. lux eiꝫ ē una foꝛa ꝯis repta i
oībus lumiaribus. ⁊ ꝑ cuius ꝑticipationē ma
iorem ⁊ minorē ſūt magis ⁊ minus nobilia.
⁊ ideo cū iſtam formā diuerſimode ꝑticipēt
diuerſos hn̄t gradus pfectōis. idō etiā diuer
ſas formas ꝯpletiuas. Cōcedende ſūt ergo
rōnes oñdentes luminaria celi ſm ſpēꝫ eſſe
diuerſa. q̃uis illa rō paꝝ ualeat ꝙ ſūt ex to
ta ſua materia ſicͤ iam oñſum eſt. ¶ Ad illō
uero qḋ obicitur ꝙ eſt corpus ſimplex. Dōꝫ
ꝙ ſimplicitas corpis tollit diuerſitateꝫ q̄ or
tum hꝫ ex mixtione ⁊ formis pficientib⁹ mi
xtum. ſꝫ non tollit illam diuerſitatē que ue
nit ex diuerſitate formaꝝ ſimpliciū ſicͤ patꝫ.
ꝙ q̃uis elementū ſit corpus ſimplex. nō tñ
elementa omia ſunt unius ſpēi. ¶ Ad illud
quod obicit̄ ꝙ ſunt ex aggregatiōe lucis. Di
cendū ꝙ non tāgitur ibi tota rō. ſꝫ ſolū tan-
gitur diſpō ad diuerſitatē. ⁊ ideo ſequens rō
non ualet de flāma maiori ⁊ minori. plus e-
nim differt luminaria q̃ꝫ flāma maior ⁊ mi-
nor ſicut colligitur ex ſuis uirtutib⁹ ⁊ opacō
nibus ꝯñtibus. ¶ Ad illud ꝙ forma ultima
eſt ꝯpletiua. dicendū ꝙ hoc eſt ueꝝ reſpctū
formaꝝ q̄ diſponunt ad ipam. lux aūt poti⁹
eſt forma pficiens alias formas corporales
q̃ꝫ eas diſponēs. cū ꝑ ei⁹ ꝑticipationē maio-
rem ⁊ minorē forme corporales ſint magis
⁊ minus ꝯplete. ¶ Vel dicendū ꝙ lux eſt no
biliſſima formaꝝ corporaliū. eaꝝ ſcꝫ q̄ ſunt
ei extnee. ſed non ē ueꝝ de formiſ lumiariuꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

celeſtiū in q̄bus v̄tus eius ⁊ natura cōplete ſaluatur.

Secūdo q̄ritur vtrū diuerſa luīaria hēant diuerſas impſſiones ſup corporalia. Et q̄ ſic videt. Primo auctoritate Aug. iii. de c. d. Nō vſq̄quaq̄ abſurde poteſt dici ad corpus dn̄s afflat⁹ valere ſidereos. ſicut in ſolarib⁹ acceſſib⁹ ⁊ receſſib⁹ uidem⁹ ipſius āni tp̄a uariari ⁊ lunarib⁹ incremētis ⁊ decrementis augeri ⁊ minui quedā gn̄a reruꝫ. ſic mirabiles eſtus oceani. ¶ Itē aſtronomi dicūt q̄ quedā ſtelle calefaciūt. quedā infrigidant. quedā humectant. quedam deſiccāt. et hoc oſ̄dunt p ſenſus expientiā. ergo videt q̄ corpora celeſtia impſſiones hēant diuerſas ſup corpa. ¶ Itē ad diuerſitatē formaꝝ ſeq̄tur diuerſitas v̄tutū. et ad diuerſitatē uirtutū ſeq̄tur diuerſitas impſſionū. ergo luīaria celeſtia dīa ſpē ⁊ natura diuerſas efficiunt impſſiones ſup hec inferiora. ¶ Itē ſi diuerſas impſſiones ⁊ v̄tutes nō hr̄ent. vr̄ q̄ diuerſitas in eis fruſtra eēt. ſꝫ n̄ ē fruſtra. ergo ⁊c. ¶ Cōtra obī p ſcripturā. dr̄ enīꝫ gn̄. i. q̄ ſint in ſigna ⁊ tp̄a ⁊c. ſꝫ aliud eſt ſignū ⁊ aliud eſt cā. ſi ergo luīaria nil pn̄t niſi ſm q̄ ds inſtituit. videtur q̄ nil hēant i his īferiorib⁹ efficere. ſꝫ ſolū ſignificare. ¶ Itē Dam. Nos aūt dicim⁹ q̄ ipſa nō ſūt cauſa alic⁹ eoꝝ que fiunt. neq̄ corruptōis alicuius que corrūpitur. ergo videtur q̄ nō hēant i his inferioribus efficere aliq̄ impreſſionē. ¶ Itē q̄ nō habeāt diuerſā impſſionē uidet q2 aut imprimūt formā quā hn̄t. aut formā quā nō hn̄t. formā quā nō hn̄t nō pn̄t iprimere. q2 agēs dꝫ eſſe in actu reſpectu paſſi. Si imprimūt formā quā hn̄t. aut ergo formā in qua ꝯmunicāt. aut formas in quibus differūt. Si formas in quibus differūt. ergo videtur q̄ luna gn̄et lunā ⁊ ſol ſolē. et hoc ē falſū. ſi formā in qua ꝯueniunt. ergo uidet q̄ oia luīaria eandē hēant impſſione in his inferiorib⁹. ¶ Itē ſol calefacit ppt ſuū motū ⁊ emiſſioneꝫ radioꝝ. ⁊ mediāte lumie. ſꝫ oia luīaria celeſtia ꝯicant in luce ⁊ in radioꝝ emiſſione ⁊ in motu. ergo uidetur q̄ oia habeāt calefacere. ergo nihil ē illud dr̄e q̄ q̄dā calefaciūt quedā nō. ¶ Itē ſol hꝫ v̄tutē illuminādi ⁊ calefaciēdi hec īferiora. ſi ergo ſol plus ꝯmunicat de virtute ſua lune q̄ꝫ alicui interiori corpori videtur q̄ luna eandem hēat impſſionē. ſꝫ minus intenſā. ¶ Item ignis int̄ oia elemēta maxime accedit ad naturā celeſtē. ergo oia luīaria celeſtia plus cōmunicāt cū igne q̄ꝫ cū aliquo elemētoꝝ. ergo uidetur q̄ maxime hēant effectū ſ̄ ignē ⁊ eius q̄litate. ergo uidet q̄ oia in ſui actiōe ⁊ dn̄io qualitatē ignis intēdāt ⁊ fortificēt. ⁊ ita uidet q̄ oia deſiccēt ⁊ calefaciāt. ⁊ nulla infrigidēt.

¶ Rx. dōm q̄ luīaria celeſtia īmpſſionē hn̄t ſup elemēta ⁊ elārīa corpora. impſſionē in q̄ nō unicā tm̄. ſꝫ multimodaꝫ. Rō aūt q2 ſupiora in hec inferiora agūt ⁊ imprimūt ⁊ reꝝ qualitates intendunt ē. q2 ſūt corpora nobiliora ⁊ p̄cellētia in uirtute. ſicut p̄cellūt in ſitu. ⁊ iō cū ordo uniuerſitatis ſit. ut potētiora ⁊ ſupiora influāt i inferiora et minus potentia. ordini uniuerſitatis ꝯpetit ut luīaria celeſtia influant in elementa ⁊ in corpora elārīa. ſtat⁹ etiā ordinis hoc req̄rit q2 ſicut i motu locali uenitur ad unū mouēs immobile. ita in motu alteratiōis ſm q̄litatē neceſſe ē uenire ad unū alterans nō alterabile ſm eaſdē qualitates. ⁊ iō cū elementa ex elemētis ꝯmixta ſint ſꝫ primas q̄litates alterātia ⁊ alterabilia. recte diſpoſuit diuina ſapīa corpora celeſtia. utpote luīaria que inferiora alterarēt ſua influentia ſm q̄litates primas. ita q̄ ipſa tā q̄litatib⁹ q̄ꝫ alteratorib⁹ illaꝝ eēnt carentia. ¶ Rō aūt quare diuerſa imprimūt a quibuſdā ſumitur ppt diuerſitatē q̄litatū. ſicut ſcribitur i li. de ſubā orbis. Ibi enī dr̄ ſm quorūdā opinionē. q̄ luīaria celi q̄litates hn̄t primas. ſꝫ nō hn̄t eas oīo uniuoce cū q̄litatib⁹ elārib⁹. p eo q̄ ſꝫ illas agere poſſunt in hec inferiora. ſꝫ ad inuiceꝫ pati nō pn̄t. ſꝫ iſta rō nō uidetur ꝯueniēs. ſi enī eēnt equoce tūc effcūs eoꝝ nō ꝯcordaret q̄litatib⁹ elemētarib⁹. ¶ Et iō melior ſumitur rō ex pte diuerſitatis v̄tutū. q2. n. ꝯditor mūdi corpora celeſtia incorruptibilia poſuit ad regulādū ⁊ regēdū corruptibilia. q̄ ſūt diuerſa ⁊ multiformia dedit eis v̄tutes ꝯſ̄tes ſuas ſpēs ſm quas diuerſa luīaria aſpectuꝫ hr̄ent ad diuerſa elā ⁊ ad diuerſa corpora mineralia. vn̄ q2 luna ex v̄tute ſibi īdita cū adiutorio luīs aſpectū hꝫ ſup humorē. iō p ſuā influētiā humidū augmētat. ad ei⁹ pn̄tiā

exxreſcunt maria. ⁊ quaſi exeſtuant ⁊ efflu unt. ad abſentiam ſuam uero in ſinum ſuuꝫ colliguntur ⁊ refluunt. ſic etiam intelligen- dum eſt ⁊ in alijs luīaribus. concedēde ſunt ergo rationes oſtēdētes q̄ luminaria in his īferioribus habent diuerſas impreſſiones.

¶ Ad illud uero quod obī̄ q̄ nullam habent impſſionē. quia ſunt ſigna tm̄. dicenduꝫ q̄ ſcriptura non dicit q̄ ſint tm̄ in ſignificatio nem. quia ⁊ ſunt in ſignificationē. ⁊ ſunt in efficaciam. magis tamen exprimit q̄ ſint ſi gna q̄ꝫ q̄ ſint cauſe. pro eo q̄ nec cauſant ſufficienter. nec cauſant neceſſario. et ideo magis attribuunt eis rationem ſignoruꝫ. et per hoc patet rn̄ſio ad illō Dam. cum dicit q̄ non ſunt cauſa in his inferiorib⁹. nō uult enim negare quin habeant influentiam. ſed hoc uult dicere. q̄ nec ſunt principia inferio rum ſufficientia. nec ſunt neceſſaria. operan tur enim ut cauſe uniuerſales que per parti culares indigent adiuuari. ⁊ poſſunt īpediri.

¶ Ad illud quod obī̄ tertio. aut imprimūt quod habent. aut quod non habēt. dicendū q̄ primo influunt uirtutē ſuam quā habent ⁊ per illam generant ⁊ augmentāt formā ⁊ ſpēm quā non habent. ⁊ cum dicitur q̄ ni hil dat formam quam non habet. dicenduꝫ q̄ habere dicitur duobus modis. uel v̄tualī̄ uel formaliter. et ad hoc q̄ impartiatur ali quid alicui ſufficit q̄ habeat v̄tualiter. non oportet q̄ habeat formaliter. ſicut mouens imobile dat motū. q̄uis ipm̄ non moueat. ſic intelligendū eſt in propoſito. ¶ Preterea cum ponuntur corpora celeſtia imprimere in hec inferiora. ⁊ diuerſas qualitates adge nerare. hoc non eſt intelligendū q̄ eis dent ex ſe. ſed q̄ educunt illud quod eſt in potē tia in actum. ¶ Preterea non eſt intelligen dum q̄ dent per ſe ſolum. ſed in adiuuādo v̄tutē nature inferioris. hoc autem faciunt tum per v̄tutem lucis in qua ɔmunicant. tū etiā per v̄tutes ꝓprias ſm̄ quas agunt in hec inferiora. non ut producant ſibi ſimilia ſed ut influendo ɔſeruent regāt ⁊ intendāt rerum inferiorum qualitates ⁊ naturas. ¶

Ad illud quod obī̄ q̄ omniū ſit calefacere. rn̄deri poteſt q̄ motus ⁊ lumen non ē ſuffi ciens cauſa caloris. ſed motus cum uelocita te ⁊ lumē cum radioꝝ multiplicatōe. et quia hec non ɔcurrunt in omnib⁹ luminaribus. iō non poſſunt omnia calefacere. Poſſet etiā ad hoc reddi alia rō. quia hoc non tm̄ facit motus ⁊ luminoſitas. ſed etiam ad hoc facit v̄tus propria ſm̄ quam ſtella uel planeta ca lefaciens aſpectū habet ſuper naturā igneā principaliter. ¶ Ad illud quod obī̄ q̄ ſol magis ɔmunicat v̄tutē ſuam lune q̄ꝫ alicui inferiori. dicendū q̄ ſicut dicit philoſophus actus activoꝝ eſt in patiente ⁊ diſponente. et boecius. Omne quod recipitur eſt in reci piente p modū recipientis nō recepti. Cū ergo hec inferiora ſūt ſuſceptibilia luminis pariter ⁊ caloris. hinc eſt q̄ ſol non tantuꝫ ea illuminat ſed etiam inflāmat. quia uero luna nata eſt illuminari. ſed non eſt nata ca lefieri. hinc eſt q̄ a ſole lumen recipit ⁊ re- fundit. calorem uero non recipit nec refūdit

¶ Ad illud quod obī̄ q̄ natura ignis plus ɔuenit cum natura celeſti. dicendū q̄ de lu- minarib⁹ celeſtib⁹ eſt loqui dupliciter. q̄ꝫtuꝫ .ſ. ad naturā in qua ɔueniūt. uidelꝫ q̄ꝫtū ad ad naturā lucis. ⁊ q̄ꝫtum ad hāc uerū ē dice- re q̄ uniuerſaliter magis ɔformantur igni q̄ꝫ elemento alij. eſt etiā nihilominus loqui q̄ꝫtū ad v̄tutes ſibi ſpāliter datas. ſm̄ q̄ de putātur ad regimē inferioꝝ. ⁊ q̄ꝛ nō tm̄ hn̄t regere ignē ſꝫ etiā alia corpora. hic ē q̄ ex ſua inſtitutōe primaria aliqua ex eis magis q̄ꝫ ignē aſpiciūt elementa alia. ⁊ q̄ꝛ omnis actio attenditur ſm̄ reſpectū v̄tutis agentis ad patiēs. ſicut dicunt medici ⁊ aſtronomi. hinc ē q̄ quedā luminaria magis cum igne in effectu ɔmunicant. quedā uero diſcordāt dū principaliter aſpiciūt elementa alia. aſpe ctus aūt ipoꝝ determinare alteri⁹ ē ſcientie.

Tertio queritur utrū ex impſſi onib⁹ illoꝝ luminariū cauſetur in hominibus diuerſitas moꝝ. et q̄ ſic uidetur. Boetius in li. de ɔſol. Fatū eſt rebus mobilibus inherens diſpoſitio. p quā ꝓuidētia ſuis queq̄ꝫ nectit ordinibus. ſed etiā Aug. in. v. de ci. dei. dic q̄ fatum eſt uis poſitiōis ſydeꝝ qua exiſte q̄n̄ q̄s ɔcipitur uel naſcitur cognoſcitur q̄lis futurus ſit. ex prima auctoritate habetur q̄ fatū uere eſt. ex ſecūda hētur q̄ fatū eſt uis ſtellaꝝ. ergo ſi totum regimē uite ɔſiſtit in fato. ſicut dicit boetius. et fatū ē uis ſydeꝝ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſicut dicit Aug. tunc regimē uite ⁊ diuerſi-
tas moꝝ pendet ex uirtute ſydeꝝ. ¶ Item
phūs in li. de ꝓprietatibꝰ elementoꝝ. dicit.
ꝙ regna uacua facta ſunt ⁊ terre depopu-
late apud ꝯiunctionē duaꝝ magnaꝝ ſtellaꝝ
.ſ. iouis ⁊ ſaturni. ſꝫ hoc nō eēt niſi bella et
lites hoīum ex aſtris penderēt. ergo ⁊c.
¶ Itē hoc ipm uidetur p ſacrā ſcripturam
Mat. ij. Magi cognouerunt ortū regis per
appitōem ſtelle. et Jo. ij. dicit dn̄s. Nōdum
uenit hora mea. ⁊ ſimiliter Jo. viij. Nemo
apphendit eū qꝛ nondū uenerat hora eius.
ſi ergo xp̄s hō natꝰ fuit ſub ꝯſtellatōe ⁊ ho
rā tpis expectauit in ſua paſſione. uidetꝰ ꝙ
multo fortiꝰ oēs aliȷ́ homines regi ⁊ guber
nari habeant ⁊ diſponi ſm ſtellaꝝ ꝟtutem.
¶ Itē hoc ipꝫ uidetur ſenſibili experientia
In mortibꝰ. n. regū ut dicūt aſtronomi appꝫ
ſtella comāta. et aſtronomi ⁊ mathematici
de multis reqſiti ſm aſtrologie iudiciū mul
ta pdicūt uera. hoc aūt nō eēt niſi mores et
affectꝰ hominuꝫ diſponerētur ſm ꝟtutē ſtel
laꝝ. ergo ⁊c. ¶ Itē hoc ipꝫ uidetꝰ certa rōe.
Ad uniuerſitatis ordinē ſpectat ⁊ ad pfcōeꝫ
regiminis ut nihil caſu fiat reſpectu diuine
ꝓuidētie. ergo ſi ds regit ignobilia p nobi-
lia. inferiora p ſuperiora. ⁊ corruptibia p in-
corruptibilia. uidetur ꝙ nihil in his inferiori
bus fiat. qđ a ſtellaꝝ ꝟtute ⁊ influentia non
procedat. ⁊ ſi hoc. ergo veꝝ ē. ergo diuerſi
tas moꝝ cauſatur a diuerſitate ꝯſtellationū
¶ Cōtra. Deut. iiij. Solē ⁊ lunaꝫ ⁊ omnia
aſtra celi creauit dn̄s ds in miniſteriū cūctis
gentibꝰ que ſub celo ſunt. ſꝫ qđ eſt creatuꝫ
in miniſteriū hominis nō pdn̄atur ei in regi
mine ⁊ uirtute. aliter. n. eſſet creatū in dn̄iū
nō in miniſteriū. ſi ergo aſtra celi ſunt crea
ta in miniſteriū. ergo ex eis nō pendēt prin
cipaliter mores hominuꝫ. ¶ Itē hoc uidetur
auctoritate ipius ptolomei maximi aſtrono
mi qui dicit ꝙ ſapiēs homo dn̄atur aſtris.
ſꝫ hoc nō eēt ſi mores hominum cauſarētur
ex impſſionibꝰ ſtellaꝝ. ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ hoc
ipm uidetur rōne ꝯſiua. qđ recte ordinatū
ē ſm qđ huiꝰ non tēdit niſi ad rectū. ſꝫ celuꝫ
cū ſuis ſyderibꝰ a primo ꝯditore rectiſſime
ordinatū eſt. ergo nūqȝ tēdit niſi ad bonos
mores ⁊ rectos. ergo aut oēs homines hn̄t
bonos mores. aut bonitas moꝝ non cātur

ex poſitōe ſydeꝝ. ¶ Itē uidetur hoc p rōeꝫ
ducētē ad impoſſibile. ſi. n. diuerſitas morū
cauſatur a poſitōibꝰ ⁊ impſſionibꝰ ſyderuꝫ
cum motꝰ eoꝝ ſit naturalis ⁊ neceſſariꝰ. di-
uerſitas moꝝ in hominibus erit naturalis ⁊
neceſſario. ergo nō erit li. ar. nec ualebit ꝯſi
liuꝫ. nec meritū nec demeritū. nec laus nec
uituꝑiuꝫ. ſi ergo hoc ē maximū impoſſibile
qꝛ dehoneſtat ⁊ deturpat totū uniuerſū. ma
ximū ipoſſibile ē ꝙ diuerſitas moꝝ cauſet
a poſitōibꝰ ſydeꝝ. ¶ Rꝫ. dō. ꝙ mores hoīuꝫ
⁊ euentꝰ futuroꝝ a ſyderibus cauſari dupl̄r
pōt intelligi. aut neceſſario ⁊ ſufficiēter. aut
diſpoſitiue ⁊ ꝯtingēter. ſi primo mō dr̄. ſic
nō tm̄ ē falſū imo eſt hereticū ⁊ dyabolicuꝫ
figmētū. qꝛ repugnat xp̄iane religioni. re-
pugnat ſenſui. ⁊ repugnat etiā rōni. Chri-
ſtiane religioni repugnat dū ē ꝯ ueritatem
fidei ⁊ honeſtatem moꝝ. veritas. n. fidei in
hoc errore ſaluari non pōt. dū enim ponit
omnia a ſyderibus neceſſario euenire tollit
meritū. ⁊ p ꝯn̄s pmiū. tollit etiā grām ⁊ per
ꝯn̄s gloriā. honeſtas etiā moꝝ p hunc erro
rē piudiciū patitur. dū culpa peccātis in ſy-
dera refunditur. ⁊ licentia malefaciendi ſine
dephenſione ꝯceditur. ⁊ homo ad orandū ⁊
colēdū ſydera incuruatur. iſte eſt finis huius
erroris peſſimi qui ad ydolatriā pducit. ⁊ in
hoc pꝫ hoc eſſe ꝯmentū dyaboli qui maxi-
me ad hoc intēdit hominē protrahere ut fa
ciat ſe adorari ⁊ coli. Senſui etiā repugnat
qꝛ ſenſibili expientia in eadem ꝯſtellatione
ꝯceptos ⁊ natos uidemꝰ diuerſificari in mo
ribꝰ ⁊ exercitiȷ́s ⁊ euentibꝰ ⁊ naturalibꝰ ꝓpri
etatibꝰ. ⁊ iſtđ manifeſte apparet in iacob ⁊
eſau qui ſimul fuerunt ꝯcepti ⁊ nati. ⁊ tamē
in omnibus his ſunt diuerſificati. apparet
etiam quia in eadem ꝯſtellatione naſcitur
filius regis ⁊ filius ruſtici. naſcitur etiam hō
⁊ aſinus. naſcitur femina ⁊ maſculus. q̄ nec
ꝯmunicant in moribus. nec in euentibꝰ nec
naturalibus proprietatibus. Et hoc ipꝫ pro
bat Gregoꝰ. i omelia epiphanie. Sic fateri
mathematici ſolent ꝙ quiſquis ſub ſigno
aquariȷ́ naſcitur in hac uita piſcatoris mini-
ſterium ſortiatur. piſcatores enim ut fertur
gethna nō habet. quis ergo dicat ꝙ nemo
hic ſub ſtella aquariȷ́ naſcitur. ubi piſcator
omnimode non habetur. Dicūt etiā ꝙ qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſub ſigno libre naſcuntur trapezete futuri
ſunt. In multis autem locis ſub libra multi
naſcūtur ubi trapezete penitus ignorātur.
Repugnat nihilomin⁹ recte rōni dū ſupiori
bus preponit inferiora. dū homini preponit
aſtra qui eſt creatura digniſſima. ſicut phūs
teſtatur. ꝛ recta rō hominē eē finē omniū q̄
ſunt. et ideo dicit Grego⁹. Uitam quippe
hominū ſolus qui creauit ꝯditor āminiſtrat
non enim ꝑpter ſtellas homo. ſed ſtelle ꝑpt
hominē facte ſunt. dum igitur hic error mo
res hominū aſtris ſubijcit. inferiora ſuo ſupi
ori. ꝛ ignobiliora nobiliori ꝑponit. nō ſoluꝫ
autem ex hoc rōni repugnat. ſed etiaꝫ quia
in ſe oppoſita implicat. dicit eniꝫ ꝙ qꝛ mo
res hominū pendēt ex aſtris ꝛ ꝯſtellatōibus
ideo aſtra ſūt ueneráda ꝛ ꝯſtellatōes obſer
uande. et hoc ē ponere duo oppoſita. aut. n.
neceſſe ē euenire homini ſm ꝯſtellatōes ſi
deris. aut nō. Si nō. ergo non ſunt fata me
tuēda. ſi ſic. ergo non ſunt aſtra uenerāda.
dū ergo ponit fata eſſe metuēda ꝛ aſtra ue
nerāda ponit duo ꝯ̄ria. ¶ Item aut euenit
homini ſm ꝙ ꝯſtellatio in ſuo ortu exigit.
aut nō. Si ſic. ergo fruſtra ſunt ꝯſtellatiōes
obſuande in actibus ſuis. cū primo ſm pri
mam ꝯſtellatiōeꝫ neceſſariū ſit ei bona uel
mala euenire. Si nō in prima ꝯſtellatione.
ergo pari rōne nec in ſequētib⁹. ergo nulle
ſunt obſuāde. dū ergo hic error ponit ꝯſtel
latōes effectum habere. ꝛ ponit ꝯſtellatōes
obſuandas eſſe poſt hominis natiuitatem.
aperte uidetur ſibi ipſi ꝯ̄riare. et ſic iſte er
ror repugnat ſenſui ꝛ fidei ꝛ rōni. hoc autē
triplex inconueniēs qd dictū ē colligitur ex
uerbis Dam. ꝛ Greg. ꝛ Aug. Secūdū er
go hunc modū dicēdo. ſ. mores hominū et
euentus futuroꝝ a ſtellis neceſſario ꝛ ſuffici
enter cauſari falſitas incurritur ꝛ hereſis pi
culoſa. Si autem dicatur mores hominū a
diſpoſitōibus ſideꝝ uariari diſpoſitiue ꝛ cō
tingenter. ſic pōt habere ueritatē. quia nec
rōni nec fidei repugnat. planū ē enim ꝙ diſ
poſitio corporiſ uaria multū facit ad uaria
tionē affectionū ꝛ moꝝ anime. ut plīmū eniꝫ
anima ꝯplexiones corporis imitatur. vnde
colerici ſunt iracundi. ꝛ ſanguinei ſunt beni
gni ꝛ melancolici ſunt liuidi. flematici pigri
hoc autem non ē neceſſario. anima eniꝫ do
minatur ſuo corpori maxime quando ē ad
iuta per grām. multos enim uidemus coleri
cos māſuetos. ꝛ melācolicos benignos. qm
ergo uirtus corporū celeſtium operatur ad
mixtionē ꝛ ad qualitatē ꝯplexionū. hinc eſt
ꝙ per ꝯñs opatur quodāmō ad qualitatem
moruꝫ. ualde tamē de longinquo. plus eniꝫ
facit ad qualitatē ꝯplexionis uirtus nature
inferioris q̄ꝫ uirtus ſideris. vnde Aug⁹. in
.v. de ci. dei. in ſolutōe cuiuſdā queſtionis
de duobus fratribus qui ſimul infirmabātur
ꝛ curabātur. vnde hoc eſſet. magis ꝯmēdat
rñſionē ipocratis phyſici q̄ꝫ aſtronomi. Ipo
cras enim rñdit ꝙ hoc erat ꝑpter ſimilitu
dinē ꝯplexionis. et aſtronom⁹ rñdit ꝙ erat
ꝑpter idētitateꝫ ꝯſtellationis. melius enim
rñdit phyſicus. quia cauſaꝫ reddit magis ꝓ
priam ꝛ magis ꝓpinquā. Si ergo hoc mō
quereretur utrū impſſiones ſiderum aliquo
modo diſponāt ad uarietatē moruꝫ. rñden
dū eſſet ꝙ ſic. ueꝝ tñ nō diſpoſitōe neceſſa
ria ꝛ ꝓxima ꝛ ſufficiēte ſꝫ diſpoſitōe remo
ta ꝛ ꝯtingēte. Si autem queratur utrū ſint
cauſa ſufficiens. rñdendū eſt ſimplr ꝙ non.
quia ꝯtrariū dicere eſt hereticū. ſicut prius
eſt oſtenſū. ¶ Ad illud ergo qd obī de fato
dicendū ꝙ de fato aliter loquitur boecius. ꝛ
aliter Aug. Boecius enim loquitur de fato
ꝓut ē aliquid ſm ueritatē. et ſic fatū nōiat
ordinē in rebus mobilibus ad diuinā ꝓuidē
tiā relatū. ordinē inquaꝫ non ſolūmodo ſm
naturā ꝛ ſm cauſaꝫ neceſſariā. ſed etiaꝫ ſm
libertatē uolūtatis ꝛ ꝯtingentiā. dicit enim
ſic in li. de ꝯſol. Prouidentia cuncta pariter
q̄ꝫuis diuerſa q̄ꝫuis infinita ꝯplectitur. fatuꝫ
uero ſingula dirigit in motu locis formis ꝛ
tꝑibus diſtributa. ꝛ hec tꝑalis ordinis ex
plicatio ꝛ in diuine mentis adunata ꝓſpectu
ꝓuidētia ē. eadē uero adunatio digeſta atqꝫ
explicata tꝑibus fatum uocatur. et ſic patꝫ
ꝙ boecius fatum accipit generalr̄ ad egreſ
ſum ꝛ decurſū omniū reruꝫ ſiue uolūtarioꝝ
ſiue naturaliū. ſiue neceſſarioꝝ ſiue ꝯtingē
tiū ¶ Aug⁹. in. v. de ci. dei. accipit fatum ſm
extimationē philoſophoꝝ qui uocāt fatum
uim poſitōis ſiderū ꝛ ꝯſtellationū ſm quas
cuncta neceſſario ueniunt in his inferiorib⁹.
et ſic fatum nihil eſt. ꝛ oſtendit ipe ꝙ nihil
ſit. ꝛ ita equiuoce accipit fatum Boecius et

Aug⁹. et ꝓpter hoc non fit aſſumptio ſub
medio. ſed magis equiuocatōis deceptio ꝓ
pter quā tollēdā de medio dicit Aug. v. de
ci. dei. ꝙ ſi quis fatuꝫ vocat ordinē cauſaꝝ
quē deus inſtituit. cum hoc ſit veꝝ. ſentētiā
teneat ⁊ linguā corrigat. quia ſm̄ ꝯmunem
uſum ſic accipitur ſicut mathematici accipe
ꝯſueuerunt. ¶ Ad illud quod obī ꝙ bella
cauſātur ex poſitōe ſideꝝ. dicendū ꝙ̄ illō
vbū philoſophi nō tribuit aliud ſiderib⁹ ꝗ̄
ꝗ̄dam diſpoſitionē ad tales affect⁹ ex ꝗb⁹
bella generātur. ex ꝯmotione. n. alicuius hu
moris pōt aliqua affectio in aīa excitari. quā
tn̄ non neceſſe ē ponere. quia anima pōt eā
reprimere. ſed quia multi ſunt inſecutores
paſſionū. ⁊ eis quib⁹ pn̄t dominari ſe ipſos
ſubijciūt. hinc ē ꝙ multi ſe ſubijciūt impſſi
onib⁹ aſtroꝝ. ⁊ ideo frequēter aſtrologi vͣ
p̄dicunt. maxime circa homines animaliter
uiuētes. circa vͦ ſpiritualr̄ ⁊ ſapiētes q̄ do-
minātur paſſionib⁹ pauca vͣ pn̄t p̄dicere.
imo ſicut dīc magn⁹ aſtronom⁹ Ptolomeus
ſapiens homo dn̄abitur aſtris. ¶ Ad illud
qͦd obī ꝙ dn̄s natus fuit ſub ꝯſtellatōe. dōꝫ
ꝙ falſū ē. nec apꝑuit ſtella ſub cuius regimi
ne naſceretur. nec in patiēdo expectauit ho
rā fatalē. ſed in natiuitate ſtella apꝑuit. ut ſi
gnum. in paſſione uero tp̄s expectauit ſibi
a deo p̄diffinitū. ⁊ figuris legalibus p̄ſigna
tum. ¶ Et ſi queras vnde hoc eſt ꝙ magi ꝑ
illā ſtellam cognouerunt regem. dicendū ꝙ
hoc nō fuit ſolū humana inuētione. ſed ſue
mentis attentōe ⁊ diuina reuelatōe. Prete
rea illa ſtella nō fuit cū alijs ſtellis creata. ſꝫ
in natiuitate dn̄i fuit ꝑducta. nec motū hūit
aliaꝝ ſtellaꝝ. ſic dicit Chriſo. nec fuiſſe credi
tur in orbib⁹ aliaꝝ ſtellaꝝ. ſed longe infer⁹
adeo ut directe apperet ſup domum. ¶ Ad
illud quod obī ꝙ multa uera p̄dicūt ⁊ maxi
me hoc apparet in ſtella comata que appet
in morte regū. dicendū ꝙ in his que ꝯſide-
rantur circa motū celeſtiū corpoꝝ infallibilr̄
poſſunt uera predicere ⁊ per arteꝫ. ſicut de
ecclipſi ſolis ⁊ lune. in his uero que ꝯſiderā
tur circa effectum rerum inferioꝝ que eis
ſubſunt probabilr̄ ⁊ per artem poſſunt vͣ
p̄dicere. non tamen ſemper. ſicut circa tem
peſtates ⁊ ſerenitates ⁊ huiuſmodi. In his
q̄ ſubſunt libero arbitrio frequēter dicūt fal

ſa ſicut ⁊ uera. ⁊ ſi aliquando uera uideātur
dicere. hoc eſt uel caſu uł diabolico inſtictu.
nam dyabolus ſicut dicit aug. ſe libenter im
miſcet in huiuſmodi diuinatōib⁹. Nec valꝫ
illud quod obijcit de ſtella comata. qꝛ ꝑut
ſignificat mortē regis non fit natura. ſꝫ di-
uino iuſſu. ut dicit Dam. Si enim naturalr̄
fit. non uidetur magis ratio quare appeat i
morte principis ꝙ̄ in morte ruſtici. niſi for
te tu dicas ſicut uolunt aliqui aſtrologi dice
re ꝙ ſtella aliqua p̄eſt principi que in eius
morte diuino iuſſu ad ſe trahit partes cele-
ſtes que erant in eius corpore quib⁹ abſtra-
ctis a corpore generatur diſſolutio in eo qͦd
remanet. ⁊ dū ſurſum trahūtur ⁊ ſtelle ap-
proximāt faciūt comā. ¶ Sed tunc rema-
net queſtio quare ſimiliter non fit circa ru-
ſticum. et ideo ſecurius dici pōt. ꝙ comata
aut non ſignificat mortem principis. ſed ſo
lum hoc accidit ꝙ moriatur in eius appari-
tione. aut ſi ſignificat. hoc fit diuino iuſſu.
qui magis mortem eius prenūciat. tum ꝗa
eſt perſona ꝯmunis. tuꝫ quia ex hoc poteſt
frequenter oriri perturbatio regni. in cuius
cuſtodia magis ſollicitantur angeli. dum bo
num ꝯmune p̄ponunt bono ſpeciali. ¶ Ad
illud quod obī ꝙ de perfectione ordinis eſt
ꝙ illud quod regitur perfecte ſubijciatur re
genti. dicendū ꝙ uerum eſt vbi regens ali-
quid regit per modum dn̄antis non per mo
dum miniſtrantis. vnde quia humani actus
reguntur a diuina ꝓuidentia ſicut a dominā
te. nihil poteſt euenire preter ipſius ꝓuiden
tie intentionē ⁊ cognitionē. ⁊ ita nihil caſu.
quia uero ab aſtris diriguntur. ſolūmodo ꝑ
modum miniſterij. ideo non oportet ꝙ per
omnia ſubdantur eis. nec hoc exigit perfe-
ctio uniuerſi.

In parte iſta ſunt dubitatōes circa
litterā. Et primo queritur de hoc
quod dicit. Congregentur aque in
locum unū ⁊ appareat arida. ¶ Pri-
mo enim uidetur inconuenienter dicere. cō
gregentur aque in locum. quia motus ad lo
cum eſt entis completi. ſed aque non erant
producte. ergo male dixit in locum unum
congregari. ¶ Item nihil poteſt apparere
niſi color. ⁊ nullum elementum ſimplex eſt
coloratum. ergo terra non poteſt apparere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

d

male ergo dicit appareat arida. ¶ Item cū
ſūt alia duo elementa, videlꝫ ignis ⁊ aer. ui
detur ꝙ inſufficiens ſit ſcriptura que nihil
de eorum diſtinctōe explicat. ¶ Iuxta hoc
queritur quare elemētū aque nominet plu-
raliter ⁊ elemētum terre ſingulariter. Si tu
dicas ꝙ hoc eſt ꝓpter aquaꝝ diſpoſitionē.
tūc uidetur ꝙ male dicat. ꝯgregentur aque
in locū unū. ¶ Item quare elementuꝫ terre
primo uocat aridā ⁊ poſtea uocat terrā: cū
ante ſit dictū. In principio creauit deus celū
⁊ terrā. ¶ Item cū elemētū aque ſit inſipi-
dū per naturā ⁊ maria ſint ſalſa. non uide-
tur ꝙ ꝯgregationes aquaꝝ debeant appel-
lari maria. ¶ R. Dicendū ꝙ ſcriptura diſtin
ctionē elemētoꝝ in his v̄bis ualde elegāter
explicat. ſi quis attendat. Quia enim motus
ad ſitū non eſt niſi rei ꝯplete ⁊ hn̄tis formā
nihil aliud fuit aquas ꝯgregari in unum q̄ꝫ
ipſi elemēto aque dando ſpēm unam ⁊ incli
nationē ad locū ſpēi debitū ſimul ſm exigē
tiā forme ⁊ inclinatōis ad ſitū dare locū con
gruū. ⁊ qꝛ locus aque eſt imediate eſſe circa
terrā dū aqua ꝯgregatur ab elementis ſupi
oribus. ſ. aere ⁊ igne ſeparatur. ergo in con
gregatione aquaꝝ tangitur per ꝯn̄s diſtin-
ctio alioꝝ duoruꝫ elementoꝝ. Rurſus quia
aque ſunt nate circūdare terrā. ⁊ ſi ex omni
parte circuirent terrā. ad habitandū nobis ⁊
animalibus apta non eſſet. ideo ſic diſtinxit
ut in ſuperiori ſupficie arida appareret. Rur
ſus ſi terra eſſet omnino ab aqua ſeparata
ad germinādū nō eſſet apta. et ideo ſic d̄us
arefecit terre ſuperficiē ut tn̄ ipſius radiceꝫ
aqua impleret. et per decurſū fluuioꝝ etiaꝫ
irrigaret. ⁊ ꝓpter hec tria tria dic̄ ſcriptura.
Primo ꝓpter elementoꝝ diſtinctionē. ꝯgre
gētur aque in locū unū. Secūdo v̄o ꝓpter ſu
perficiei terre denudationē. et appeat arida
Tertio ꝓpter irrigationē quā ab aquis ſuſci-
pit ut germinare poſſit dicit. vocauit aridaꝫ
terrā. ꝯgregatōeſqꝫ aquarū appellauit ma-
ria. Et ex his patent obiecta. ¶ Qđ enī pri
mo obi̅r de v̄bo ꝯgregandi non ualet. Quia
non fecit deus aquas congregari ſicut prius
exn̄tes. ſꝫ ſicut dans eis formā ⁊ naturā p
quam ſint apte nate in unū locum ꝯcurrere.
¶ Similiter patet illud quod obicit de ap-
paritione terre. quia terra que apparet nō

eſt elemētū purū. ſꝫ elemētū ꝯmixtū. Simi
liter patet illud quod obicit de diſtinctione
elementoꝝ alioꝝ. qꝛ in his duobus que ſūt
maxīe ſenſibilia ⁊ tractabilia clauditur illoꝝ
diſtinctio q̄ ſunt ſenſibꝰ nr̄is occulta. Simi
liter pꝫ q̄re aquā uocat pluralr̄ ⁊ terrā ſin-
gulariter. ꝓpter. ſ. eaꝝ diſpſionē. Humiduꝫ
. n. ꝓprio tertio ē male terminabile. qꝛ uero
ſiccū de ſui natura terminabile ē. ió terram
uocat ſingulariter. ⁊ prius uocat eā aridā et
poſtea terrā. qꝛ primū nomē dicit ꝓprietatē
elemēti. videlꝫ ſiccitatē. Secūdū v̄o nomē dic̄
eius uſum ſiue realitatē quā hꝫ p ꝯmixtio
nē aque ut poſſit coli ⁊ fructificare. ió d̄r ter
ra q̄ſi trita. Similr̄ pꝫ illud qđ obi̅r de aquis.
Appellātur. n. maria. nō qꝛ amaritudo ſit pri
ma q̄litas aquē. ſꝫ qꝛ ꝯſeq̄tur aquam in ſua
ꝯgregatōe ꝓpter groſſiciē partiū que rema
nēt ſubtilioribꝰ eleuatis ſurſū uel penetrāti
bus i terre pfūdū ex q̄ ſubtiliatōe dulceſcāt
¶ Itē q̄rit̄ circa hoc qđ dic̄. eodē die ꝓtulit
terra herbā uirētē. Vr̄. n. hoc factū eē inordi
nate. Si. n. firmamētū prius ē factū q̄ꝫ terra.
prius debuit ornari q̄ꝫ terra. ¶ Itē cū mine
ralia corpora ſint ex terra ita bn̄ ſicut ligna
videtur ꝙ iſufficiēter determinet ſcriptura
ea q̄ v̄tute diuina ꝓducūtur ex terra. ¶ Itē
q̄ritur utrū tūc terra germinauerit tribulos
⁊ ſpinas: Si. n. tūc nō ꝓduxit uidetur ꝙ poſt
peccatū terra fuit fecūdior ⁊ nouā recepiſſe
potētiā ad ꝓducēda talia. Si v̄o tūc ꝓduxit ui
detur ſcriptura inſufficiēs. qꝛ nō exprimit.
Videtur. n. ſibi ꝯ̄ria dū in. iij. geñ. d̄ illa in pe
nā hominis germinari. maledicta terra ⁊c.
¶ R. Dicēdū ē ꝙ ſcriptura ordinate exprimit
⁊ d̄s ordinatiſſime fecit. dū eodem die quo
terra ꝓducta ē ex ea herbas ⁊ ligna prodire
fecit. Tū ꝓpter erroris remotionē. ut dicit ba
ſilius. ne crederetur ꝙ ſol eēt cā principalis
terre naſcentiū. ſicut dicit ph̄us. ꝙ terra eſt
mr̄ plātaꝝ ⁊ ſol pr̄. Tū etiā qꝛ plāte ⁊ herbe
ſūt q̄ſi ꝯnaturales terre. Dū. n. ſūt radicitus
affixe trahēdo ex ipā fomitū ⁊ originē. nō ſic
aūt eſt in ornatibꝰ alioꝝ triū. Et p hoc pꝫ pri
mū obm̄. ¶ Qđ v̄o obi̅r de corporibꝰ mi-
neralibꝰ Dō ꝙ qꝛ paꝝ recedūt a natura terre
⁊ qꝛ latēt ſub terra nō curauit ſpalr̄ ſcriptu
ra exprimere. ¶ Ad illud qđ obi̅r de ſpi-
nis ⁊ tribulis Dō ꝙ tūc ꝓducte ſūt p eo quia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p̄cā fecūditas data ē terre. ⁊ nulla herba eſt
q̄tūcūq₃ uilis. q̄ nō ſit alicui⁹ utilitatis ⁊ uir
tutis. ⁊ iō cū alijs uirētibus herbis ⁊ lignis
fructiferis intelligēdū ē illa p̄duci. ⁊ ſcriptu-
ra ea ſub illoꝝ gn̄alitate ꝯp̄hēdit. ¶ Et qḋ obr̄
ꝙ gn̄ata ſunt in penā peccati. Dō ꝙ ſpinā ⁊
tribulū gn̄ari ubi ſeminatur frumētū hoc ē in
penā peccati ⁊ ex maledcōe terre q̄ dū colit
ut det fructū vn̄ hō ſubſtētetur. potius p̄du
cit vn̄ hō crucietur. Qḋ aūt hic obijcit ꝙ in
multis locis gn̄atur ſpina ⁊ tribulus. Dōꝫ ꝙ
hoc nō ē p̄pter pccm̄ ſ₃ a natura. ¶ Itē q̄ri
tur circa hoc qḋ dicit. Fiāt luīaria in firmamē
to celi. ⁊ q̄ritur q̄ ſint iſta luīaria. Si tu dicas
ꝙ ſol ⁊ luna. q̄ꝛ ſcriptura explicat. fecit dn̄s
duo luīaria magna ⁊c̄. vr̄ eē inſtātia. ¶ Primū
q̄ꝛ iſta nō ſūt in firmamēto ſ₃ ſub firmamēto
Secūdo ꝓ̄o q̄ꝛ luna n̄ ē luīare magnū. cū iudi
cio ſapiētū multe ſtelle ſint maiores. Tertio
ꝓ̄o q̄ꝛ luna nō uidetur eē lumiare ſ₃ potius
corpus opacū. dū ſui interpoſitōe ſolē facit
eclipſari. Si tu dicas ꝙ luna dr̄ luīare nō q̄ꝛ
ex ſe luceat. ſ₃ q̄ꝛ lumē a ſole recipit. obr̄ ꝯ
hoc. q̄ꝛ cū luna ſit de natura. v. eēntie ſicut
ſol. uidet̄ ꝙ ita debeat lucere ſicͭ ſol. ¶ Itē
q̄ritur ſi lumē recipit. aut ſicut corpus tranſ
parens. aut ſicut terminatū. aut ſicut ſpecu
lū qḋ partiꝫ hꝫ naturā termiati. ptiꝫ trāſpa-
rētis. Si recipit ſicut trāſpens. tūc vr̄ ꝙ non
obijciat ſe uiſui p ſe ⁊ ꝙ etiā n̄ poſſit occul
tare ſolē. Si ſicut terminatū tunc duplex ori
tur incōueniēs. Primū ꝙ cū corpus termina
tū nō ē niſi mixtū nō pōt luna eē corp⁹ ter
minatū. Secūdū uero q̄ꝛ tūc n̄ illuīabitur niſi
in ſupficie. ergo videtur ꝙ paruꝫ de lumine
ſuſcipiat ⁊ paꝝ refūdat. ergo nō dꝫ dici luīa
re. Si uero recipit ſicͭ ſpeculū. tūc ſimiliter
duplex ē incōueniēs. Primū ꝙ in luna debe
mus uidere imaginem ſiue ſpēm ſolis ſicut
uidetur in ſpeculo. Aliud ꝙ tūc non deberet
luna illuīare in oēm partē ſicut nec ſpeculuꝫ
imaginē offert ſ̄ oēꝫ partē. Propter hoc er
go ē qḋ q̄re luna dicatur eē luīare. ⁊ q̄re ma
gis lucet de die q̄₃ de nocte. ⁊ etiā q̄re ma-
gis lucet duꝫ a ſole elōgatur q̄₃ cū ei appro
pinquat. ꝯ̄rium. n. dꝫ eē. ſi ab ipſo accipit lu
men. ¶ R̸. Dō ꝙ circa luīaria celi q̄dā ſin-
gularē tenēt opinionē dicētes ꝙ corpora ce
leſtia ſunt ex q̄tuor elemētis p̄dn̄ante i eis

natura ignis ſiue celeſtis corporis quod di-
cūt eē nature ignee. predomināte in eis non
ſolū ſ̄m q̄litatē. ſ₃ etiā ſ̄m q̄ītitatē. ⁊ ſ̄m ꝙ
in eis magis p̄dominatur illa natura. ſ̄₃ hoc
hn̄t loca magis ⁊ magis ſuprema. Et q̄m in
luna que nobis p̄ximior ē minime dn̄atur
natura ignea inter cetera luīaria ⁊ plus re-
peritur in ip̄a de natura luis ſuſceptiua. hic
eſt ꝙ luna per ſe paꝝ lucet. ⁊ ex p̄n̄tia ſolis
multū ſuſcipit lumē. adeo ut mereatur dici
luīare. ⁊ magnū luīare p̄pter magnū effectū
luminis quē hꝫ in terris. In ſui aūt poſitōis
teſtimoniū adducūt hoc ꝙ luna vr̄ eſſe cor
pus terminatū ⁊ coloratū. et iō inter nos et
ſolē poſita radios ſolis nobis occultat. ⁊ ſoli
oppoſita dū ex ea parte qua nobis opponi
tur lumē ſuſcipit. inferiora illuīat. Sꝫ hec po
ſitio ē ꝯ̄ ꝯmunē uiā phōꝝ ⁊ ꝯ̄ ꝯmunē uiam
ſcōꝝ. ¶ Cōtra phōs nāq₃ ē. q̄ꝛ philoſophi di
cūt ꝙ mixta ex q̄tuor elemētis ſunt corru-
ptibilia ⁊ eēnt grauia. ⁊ ad hoc ꝙ ſit ꝯueni-
ens mixtio oꝫ ꝙ plus ſit ibi de natura gra
uiū ſ̄m quantitatē. et ita luminaria celi ſ̄m
hāc poſitōeꝫ ⁊ eēnt corruptibilia. ⁊ eēnt gra
uia. Q̄ ſi tu rn̄deas ꝙ illa ſublimata ſunt a
natura corruptibilitatis ⁊ grauitatis ſicͭ cor-
pora hominū glorioſa. hoc nō ſoluit. q̄ꝛ non
q̄ritur hic q̄d faciat dn̄s per grām ⁊ gloriam
ſed qualia ſint luminaria ꝯdita per naturā.
¶ Cōtra ꝯmunē uiā ſcōꝝ eſt. q̄ꝛ ſi corpora
illa ſunt mixta nobili ualde mixtiōe mixta
ſunt. ⁊ ſi hoc. ergo ſunt nata perfici ab aīa
⁊ ſic ſunt aīalia. Et hoc eſt ꝯ̄ Dam. qui dicit
celos inaīatos ⁊ inſenſibiles. Hoc ē etiā ꝯtra
Hiero. adeo ut dicere aſtra eſſe aīata dicat
hereticū. Vnde hoc enumerat inter hereſes
Origenis. Aug. aūt retractat. q̄ꝛ dixerat in
li. de imortalitate aīe. non tn̄ omnino tanq̄₃
falſuꝫ ꝯdemnat. Ait. n. ſic in li. retractationū
Animal eē mūdū ſicut pl̄o ſenſit alijq₃ pl'i
mi nec rōne certa indagare potui. nec diui-
naꝝ ſcripturaruꝫ auctoritate p̄ſuaderi poſſe
cognoui. unde aliquid a me dictū quō accipi
poſſit ꝙ aīal ſit mūdus temere dictū repre
hendo. Q̄ ſi dicas illa eē ꝯplexionata non tn̄
aīata. quō ueꝝ eē poterit cū nobis ꝯplexio
ſit ad ſuſcipiendū aīam p̄xima diſpoſitio.
Propter hec ⁊ his ſilia hic modus dicendi nō
uidetur approbādus. ¶ Secūdo mō poteſt

dici ẜm phõs q̄ luīaria ꝑducta ſunt ex ag
gregatõe lucis ſuoꝝ orbiuꝫ. ſicut.n.ſi calor
uel color diſpſus in unuꝫ colligeretur.fieret
intenſior ⁊ fortior ſic duꝫ natura lucis in or
bibus repta uirtute ſui opificis in unuꝫ colli
gitur.luminare ꝯſtituitur. ⁊ ẜm hoc lumina
re ē maiꝰ uel minꝰ ẜm q̄ maior ē in eo lucis
aggregatio.et q̄m luna inter corpa celeſtia
magis eſt nobis ꝓpinqua ⁊ eius orbis. hinc
eſt q̄ tam ipa q̄ꝫ eius orbis minus pticipat
de pfectõe lucis.q̄ꝛ tñ multū eſt nature lucis
ꝯforme obiecta ſoli multū illuminatur.⁊ q̄ꝛ
hꝫ diuerſitatē in ptibꝰ ideo radijs ſolis puia
non eſt.et ꝓpter hoc radios quos ſuſcipit
refundit ex ea parte ex qua ſoli ſe obijcit.
et cum ſit nobis ꝓpinqua multū nos illuiat.
et poſtea ſacra ſcriptura uocat ſolē ⁊ lunaꝫ
duo luminaria magna.et hec poſitio ſatis ē
ꝓbabilis.nõ tñ uidet̃ oio ſufficiēs. ſi.n.luna
ē ex aggregatõe ⁊ dēſatõe partiū ſui orbis
q̄ð ē luīoſū.lꝫ nõ pueniat ad luīoſitatē ſolis
uidetur q̄ de ſe deberet lucere. nõ tm̄ ex lu
minis ſolaris ſuſceptõe. q̄ð ad oculū pꝫ eſſe
falſum. ¶ Et ideo eſt adhuc tertius modus
dicēdi ẜm ſanctos.ſ.Dam.⁊ Baſiliū dicēdo
q̄ luīare non tm̄ dicit lucē ſꝫ lucis uehiculū
⁊ lucis uaſculū. ꝓpter q̄ð Eccꝰ.xlv. de ſole
dicit. Uas admirabile opus excelſi. vñ ſicut
lucerna que dicit uehiculū lucis hꝫ in ſe du-
plicē naturā.ſ.lucis que uehitur.⁊ corpis q̄ð
uehit.ſic uoluerūt dicere de luīaribꝰ celi. ait
.n.Baſiliꝰ ſic. Hoc ſolare corpꝰ effectū eſt
uehiculū illi primogenito lumini.ſicut.n.ali
ud ē ignis aliud lucerna.ſic illi luci in uehicu
lū luīaria pata ſunt. ¶ Itē Dam. Luīaribus
illis primū claꝝ lumen impoſuit ꝯditor.non
ut impotēs dare aliud lumen.ſꝫ ut nõ uacās
illud remaneret.luīare.n.ē nõ ipm lumē ſꝫ
luīs receptaculū. ¶ Secūdū ergo Baſilium
⁊ Dama.luīaria ꝯſtituta ſunt ex illa prima
luce q̄ faciebat diē ⁊ noctē et ſui orbis natu
ra a q̄dā aggregatiõe diuina manu ad moꝫ
uaſis ⁊ receptaculi lucis coadunata. ¶ Hūc
ergo modū ſuſtinēdo ꝓpt̄ ſcõꝝ reuerētiā et
ſecuriꝰ eē ē uerbis eoꝝ inniti in hac materia
in qua plus ꝓceditur ex ꝯiectura q̄ꝫ ex rõne
certa.ð q̄ luīaria inquātū ꝯſtituūtur ex or
bibꝰ ſuis ꝑ aggregatõeꝫ plus hñt idoneita
tem ad ſuſcipiendum q̄ꝫ ad diffundendū.q̄

uero lucent hoc habēt ex lucis primo creatē
perfcõe.et ideo illud luīare cui ðs multum
dedit de illa luce maxime lucet.ſicut ſol illð
cui minus dedit minꝰ.⁊ illud cui minime mi
nime lucet ex ſe. ſed ſi lucet hoc eſt ex ſu-
ſceptione ſolaris influētie. et ideo uoluerūt
aliqui dicere nõ tm̄ lunaꝫ.ſed omnes ſtellas
a ſole lumen recipe.quicquid aūt ſit de alijs
ſtellis.tamē de luna ſatis plane apparet q̄
per ſe non lucet.⁊ ratio huius eſt. q̄ꝛ ad ſui
ꝯplectionē modicū ſuſcepit de illa luce pri-
mo creata.q̄ꝛ uero eſt aggregatū ex natura
q̄ multū eſt apta ad ſuſcipiendū lumen.cum
ſit corpus magnū ⁊ denſū ⁊ nobis ꝓpinquū
hinc eſt q̄ multū de luīe ſuſcipit ⁊ multū re-
fundit.quando ex ea parte illuiatur qua ſe
nobis opponit.hoc autem eſt quando eſt in
perfecta diſtantia a ſole.ita q̄ ſol eſt in uno
emiſperio ⁊ luna in alio. Et hec eſt rõ q̄re
ſcriptura appellat luminare magnū. et q̄re
ſol prepoſitus eſt diei.et luna prepoſita eſt
nocti. Et per hoc pꝫ reſponſio ad obiecta.
Qð enim dicitur luna eſſe luīare magnum
hoc nõ dicitur q̄ꝛ luceat ex ſe uel q̄ꝛ ſit ma
ius q̄ꝫ ſtelle.ſed quia magis nos illuiat. Q̄r
magis illuiat de nocte q̄ꝫ de die. rõ iā dicta
ē. ¶ Ad illud uero q̄ð q̄ritur qualiter recipi
at lumen.utrū ſicut tranſparēs uel termiatū
uel ſpeculū. ð q̄ luna.nec hꝫ naturā pfecte
opaci nec perfecte tranſparentis nec perfcē
habet naturaꝫ ſpeculi. participat quodāmõ
tamen aliquid de quolibet hoꝝ. naturaꝫ.n.
tranſparentis quodāmodo participat. dum
ex natura quinti corporis ꝯſtat. naturā ue-
ro opaci in eo q̄ partes ille in ea denſantur
ut nec radijs ſolaribꝰ nec uiſibiliūꝰ pbeāt trā
ſitū. naturam uero ſpeculi habet in hoc q̄
ſic recipit ut etiā reddat. non tamē omnino
reddit ſicut ſpeculū.quia non ē corpus terſū
⁊ politū ſicut patet aſpicienti ipm corpꝰ lu-
nare cum eſt illuiatū. ſpeculū autem reddit
imaginē quia eſt corpus politum quod ē ra
dijs peruiū. Hec aūt magis ꝯiecturando di
cta ſunt q̄ꝫ aſſerendo. ut aliquis intellectus
ſanus haberi poſſit de eo quod dicit ſcriptu
ra. Fecit ðs duo luīaria magna ⁊c. ¶ Qð
uero obr̄ q̄ nõ ſūt poſita in firmamēto. ð
q̄ firmamentū aliq̄n in ſcriptura accipitur
large.aliquando ſtricte.aliq̄n enim uocatur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

viij. ſpera in qua poſite ſunt ſtelle. et ſic ꝓprie accipitur. ut ibi. Et poſuit ſtellas in firmamento celi. Aliqñ accipitur large ꝓ natura quinti corporis que diuiſit aquas ab aq̃s et ſic accipitur ibi. Fiat firmamẽtũ in me. aq. ⁊ hic. Fiãt luiaria in firmamẽto celi ¶ Item queritur de hoc qḋ ſequitur. ⁊ magr̃ querit in lr̃a de hoc. ſ. Et ſint ſigna ⁊ tp̃a ⁊ dies ⁊ ãnos. ſi enim ſunt in ſigna nõ uidẽtur peccare qui per illa ꝓnoſticant futura. ſi in tp̃a. tũ uidetur ꝙ ante ſolẽ ⁊ lunã tp̃a nõ fuerunt. vel ſi in tp̃a queritur quare plr̃ dicit tp̃a. cũ nõ ſit niſi unum tp̃s. ¶ Item queritur de ſufficientia iſtoꝝ quatuor que enumerat. in ſigna ⁊ tp̃a ⁊ dies ⁊ annos. quia ſimilr̃ ſunt in mẽſes ⁊ ſeptimanas. Si tu dicas ꝙ clauduntur in his duobus. ſ. dies ⁊ annos. tũc ſimiliter dies ⁊ anni claudi poſſunt in hoc ꝙ dicit ſigna ⁊ tp̃a. ¶ R̷. dõ ꝙ illud uerbum dupliciter habet exponi ſm ꝙ duplex eſt uſus ſigni. ſignũ eniꝫ ⁊ eſt ad ſignandũ. et ẽ ad diſtinguẽdũ. Si primo mõ accipiatur ſignũ. tunc eſt ſenſus. quia iſta luminaria fcã ſunt in ſigna. i. in ſignationem futuroruꝫ et uariatõeꝫ tp̃oꝝ et dierum et annoruꝫ. ut uariatio tp̃oꝝ attendatur in mutatione aeris quantũ ad calorem et frigus. uariatio dierũ quantũ ad lumen ⁊ tenebras. uariatio ãnoꝝ quantũ ad renouationẽ hoꝝ duoꝝ. Et ſic dicuntur corpora celeſtia eſſe in ſingna. non quorũlibet futurorũ. ſed eorum quoruꝫ ipſa ſunt quodãmodo cauſa. ſicut imbriũ ⁊ uentorum. et ſic exponit Dam. vel etiam eorũ que per ea preſignat diuina prouidẽtia. ſicut eorum que aduenient in iudicio ſm illud Luce. xxi. Erunt ſigna in ſole ⁊ luna et ſtellis. Aliorũ uero que ſunt a libero arbitrio non ſunt ſigna ex inſtitutione diuina ſed potius ad illa ſignanda traxit fictio humana ⁊ fallacia diabolica. ¶ Si autem ſecũdo mõ accipiatur videlꝫ ab actu diſtinguendi. tunc ẽ ſenſus. ſint in ſigna. i. in diſtinctiones tp̃orũ et dierum ⁊ ãnorũ. hec autem expoſitio diuine ſcripture uidetur eſſe magis ꝯſona. qḋ patet per añcedentẽ litterã. ubi dicitur. Fiãt luminaria in firmamẽto celi. ⁊ diuidant dieꝫ ⁊ noctem. Duplex eniꝫ eſt motus luminariuꝫ. vnus qui eſt ad motũ ultimẽ ſpere ſup polos principales ab oriente in oriens per occidens. quo motu reuoluũtur ſcel quolꝫ naturali die. et ſm hunc modũ diuidunt diẽ ⁊ noctem. ſicut dicitur in pſalmo. Fecit ſolẽ in poteſtate diei. lunã ⁊ ſtellas in poteſtate noctis. ¶ Alius ẽ motus ꝓprius queꝫ hñt naturaliter in circulo obliquo. ſ. in zodiaco i quo. xij. ſigna deſcribũtur ſm motũ planetarũ in illis ſignis ⁊ maxime ſolis fit ſignatio ⁊ diſtinctio tp̃orum ⁊ ⁊ dierum ⁊ annoꝝ Diſtinctio tp̃orũ fit. quia quatuor tp̃ra ãni ſunt. ver. eſtas. autumnus. ⁊ hyems. que diſtinguũtur per motum ſolis in zodiaco. prout ad nos accedit ⁊ a nobis elongatur. Diſtinctio uero dierum fit ſimiliter per eũdem motum. quia modo dies creſcunt. mõ decreſcunt. aliquando dies ſunt maiores noctibus. aliquando minores. ſm ꝙ per illum motum accipitur duplex ſolſtitiũ. ſ. eſtiuale ⁊ hyemale. ⁊ duplex equinoctiũ. ſ. uernale ⁊ autumnale. Sunt etiam in diſtinctionẽ ãnoꝝ ſm ꝯſumationẽ iſtius motus ſolis in obliquo circulo. Similiter luna ſuo modo eſt in ſignationẽ temporũ ⁊ dierũ ⁊ annorũ apud iudeos maxime quantũ ad ſolẽnitates. ſicut apud xp̃ianos ẽ ſol. ſicut dicitur Eccliaſtici xliij. A luna ſignũ diei feſti. ¶ Si autẽ queratur quare eccleſia magis accipit feſta ſua ſm ſolem q̃ꝫ ſm lunam. exceptis duobus. ꝓlixa eſt huiuſmodi q̃ſtionis determinatio. ⁊ plane inueniri poteſt in libro Aug. ad Ianuariũ hoc quantuꝫ ad preſens ſufficiat. ꝙ quia ſinagoga i tenebr̃is noctis ambulabat ⁊ minuẽda erat. ideo a luminari quod nocti preeſt ⁊ quod minuitur in ꝯſumatione accipiebat ſolẽnitatũ ſuaruꝫ diſtinctionẽ. Quia uero eccleſia iam ambulat in lumine. ſicut de ipſa dicitur Apoc. xij. Mulier amicta ſole ⁊ luna ſub pedibus eius. ideo menſes cõputat ⁊ dies ſolẽnes magis ſm motũ ſolis q̃ꝫ lune. excepto ſolo paſchate. ⁊ p ꝯſeq̃ns pentecoſt. paſcalis eniꝫ ſolẽnitas non ſoluꝫ celebratur in rememoratõeꝫ reſurrectionis preterite. ſed etiã in preſignationẽ refrectionis future. et in hoc eccleſia quodãmodo ẽ ꝯformis ſinagoge. vnde feſtiuitatẽ illam obſeruat a luna. non iudaizando. ſed poti⁹ illã futuram ſolẽnitatẽ quã expectat ſm ꝙ ſibi ꝯpetit preſignado. Hec auteꝫ dicta ſunt ꝓpter illud qḋ dicĩ ſcriptura. Et ſint ſigna. ⁊c.

Et per hoc patet rñſio ad obiecta. ¶ Qđ
enim dr̄ eſſe in ſigna. hoc eſt uel in ſignatio
nē imbriū ⁊ uētoꝝ. uel in diſtinctionē tpoꝝ.
et ideo dicit tp̄ra pluralr̄ ꝓpter uariationeꝫ
in quattuor tp̄ibus āni ſcḋm quattuor qualita
tes elemētoꝝ. Et ſubiungit dies ⁊ ānos. ut
ſicut per tp̄a notabatur uariatio. ſic etiam p
dies ⁊ ānos poſſit notari motus illius termi
natio. ita ꝙ dies dicit terminationē motus
quo mouetur ſol motu firmamēti. et annus
terminationē mot⁹ quo mouetur in obliquo
circulo. Et in hoc patet ꝙ non debet poni
menſis ⁊ ſeptimana. quia non tangitur ibi
noua uariatio nec noua terminatio. Et per
hoc patent omnia queſita.

Diſtinctio. xv.

Dixit etiam ds. producat reptile
⁊c. Supra egit magiſter de p
ductione rerum inſenſibiliū. in
hac parte agit de ꝓductiōe ſen
ſibiliuꝫ. ut animaliū. Et qm̄ ad animaliū p
ductionē facta eſt uniuerſitatis ꝯpletio. ⁊ ad
ꝯpletionē ſequitur ab opere ceſſatio. ideo
pars iſta habet tres partes ¶ In prima agit
de ſenſibiliū ꝓductione. ¶ In ſecūda uero
de diuinoꝝ operū perfectione. ibi. Omnib⁹
aūt his creatis atqꝫ diſpoſitis ⁊c. ¶ In ter
tia agit de ſeptime diei requietōe. ibi. Iam
de ſeptime diei requie aliq̇d loqui oportet
¶ Prima pars habet duas. ¶ In prima deter
minat de ꝓductione aialiū ex aquis. ¶ In
ſecūda de ꝓductōe aialiū ex terra. ibi. Seq̇t
dixit deus ꝓducat terra ⁊c. In qua parte pri
mo determinat ỽitatē. deinde ſoluit dubita
tionē ¶ Similiter ſecūda pars in qua deter
minat de operū diuinoꝝ ꝯſumatione habet
duas. ¶ In prima oñdit qualiter in produ
ctōe hoīs facta eſt ⁊ ꝯſumata diſtinctio rerū
¶ In ſecūda uero circa eandē diſtinctioneꝫ
explicat diuerſas ſentētias catholicoꝝ tra
ctatoꝝ. ibi. In hac eniꝫ diſtinctione catholici
tractatores ⁊c. ¶ Similiter tertia pars hꝫ
duas. ¶ In prima ueritatē explicat. ¶ In
ſecūda q̄ſtionē mouet ⁊ determinat. ibi. Sꝫ
queritur quō ſeptimo die dicatur deus ⁊c.

Ad intelligentiā huius partis in
cidit q̄ſtio circa duo. ¶ Et pri
mo queritur utꝝ ſenſibilia ſiue
aialia facta ſunt. ¶ Secūdo q̄ritur quo or
dine facta ſūt. ¶ Circa primū q̄ritur tria.
¶ Primo q̄ritur utrū ſenſibilia q̄ꝫtū ad ani
mā ſint ꝓducta ex aliquo uel ex nihilo. ¶
Secūdo queritur q̄ꝫtū ad corpa. utruꝫ ꝓdu
cta ſint ex quattuor elementis an ex uno.
¶ Tertio queritur utrū in eoꝝ ꝯpoſitione
actiua ꝑdn̄entur paſſiuis an econtrario.

Circa primū ſic ꝓceditur ⁊ oñdi
tur ꝙ ſēſibiliū ſiue irrōabiliuꝫ
cauſe ꝓducte ſint ex aliquo. pri
mo p textū ſcripture que dicit
Producāt aque reptile anie uiuentis ⁊c. Et
paulo poſt. Producat terra aiaꝫ uiuētē. ſi. n.
qđ creatur a ſolo dō ē. ⁊ t̄ra cū aqua accepit
ptātē ꝓducēdi reptile aie uiuētis. nō uidetur
ꝙ aial ſcḋm aliqđ ſui principiū ſit ex nihilo.
¶ Itē p auctoritatē philoſophi in li. de aia.
lib⁹. xvj. Solus intellcus intrat ab extriſeco
ſꝫ ſi aie brutoꝝ ꝓducte fuiſſēt ex nihilo. tūc
eēnt a ſolo deo. ⁊ intrarent ab extrinſeco.
¶ Itē hoc ip̄m uidetur ratione. quia ex eo
res ꝓducitur in quod reſoluitur. ſed non eſt
aliq̇d qđ naturali reſolutione reſoluatur in
nihil. ergo aie brutoꝝ animaliū non ſunt re
ſolute in nihil quando aliqua aialia fuerunt
corrupta. ergo nō ꝓducte fuerunt ex nihilo.
¶ Itē ex eodē eſt anima iſti⁹ bruti qđ nunc
eſt ⁊ primi bruti per ꝯformitatē. ſꝫ aia iſti⁹
bruti generati per naturā non eſt ex nihilo
quia tunc a natura non poſſet produci. et ſic
ſequeretur ꝙ natura non poſſet facere pedi
culum. quod cū nō uideatur probabile. ⁊ pla
num ſit ſicut ex precedentibus apparuit. ꝙ
natura n̄ pōt aliq̇d ex nihilo ꝓducere. reſtat
ergo ꝙ prime anime brutoꝝ aialiū nō ſunt
ex nihilo producte ¶ Itē aia rōalis qꝛ p cre
atōeꝫ educitur in eē ē imortalis ⁊ incorrupti
bilis. eius. n. productio nō pēdet ex corpore
ſꝫ ex principio effectiuo. ſꝫ aie brutoꝝ p na
turā ſūt corruptibiles. ergo nō ſūt ex nihilo
producte. ¶ Itē op⁹ ornat⁹ ꝑſupponit op⁹
diſtinctōis. et opus diſtinctōis preſupponit
opus creationis. ſi ergo in diſtinctione cor
porum non fuit noua creatio ſꝫ productio
ex aliquo. multo forti⁹ uidetur ꝙ i ornatu.
ergo ſi corpa aialiū ⁊ aie ad ornatū ſpectēt.
uidetur ꝙ nō ſint producte ex nihilo. ſꝫ ex

aliquo. ¶ Contra. Si ex aliquo producte
ſūt ſēſibiliū aīe in primordio q̄ro de illo ex
quo ꝓducte ſūt utrū illō ꝓductū ſit ex aliquo
uel ex nihilo. ⁊ ſi ex aliquo. ſīr q̄rā de illo.
et ita uel erit abire ī infinitū. uel erit ponere
ꝙ illō ex quo ꝓducta ē aīa ſēſibilis ab initio
ꝓductū fuerit ex nihilo. ſ; q̄ rōe illō ꝓductū
fuit ex nihilo eadē rōe ⁊ aīa ſēſibilis. ergo ⁊c̄.
¶ Itē ſi aīe ille ꝓducte ſunt de aliquo. illud
aut erat ſpūale q̄d. aut corpale. ſi corpale. ꝯ
ex corpe nūq̄ȝ pōt fieri ſpūs ſic dic̄ aug⁹. ſup
gn̄. ad lit. Si ſpūale. tūc q̄rit̄ de illo aut uiue
bat. aut n̄ uiuebat. ⁊ quē uſū hēbat. et iterū.
ſi ſpūale q̄re ex illo n̄ poťat fieri aīa rōalis.
Si ergo ad hoc n̄ ꝯtigit rōabilr̄ r̄ndere ſicut
inuit aug⁹. ſup gn̄. ad lit. ad hec icōueniētia
ducēs. ſeq̄t̄ ex hoc ꝙ prime aīe ſēſibiliū ex
nihilo ſint ꝓducte. ¶ Itē ſi fuiſſent ꝓducte
ex aliquo. cū talis mod⁹ ꝓducēdi ꝯpetat v̄tu
ti naturali. uidet̄ tūc ꝙ cū iā eēnt corpa ſup-
celeſtia agētia ⁊ mouētia ⁊ ad mixtionē ope
rātia ⁊ aīalia v̄tute nature poſſ; ꝓducere. er
go primaria opa n̄ eēnt ꝓpria diuīe potētie
qđ ē icōueniēs. cū ipe ſit ſol⁹ uniuerſi ꝯditor
⁊ formator ⁊ ꝑfector. ¶ Itē uidem⁹ nūc q̄dā
aīalia ignobilia p̄ putrefactōe; gn̄ari. q̄ro er
go a quo educat̄ eoꝝ aīa. ⁊ v̄r̄ ꝙ n̄ poſſint a
natura. cū natura ſit iſita reb⁹ ex ſilib⁹ ſiīa
ꝓcreās. v̄r̄ ēt ꝙ n̄ poſſit a v̄tute corpis cele
ſtis. q: min⁹ nobile n̄ pōt educere magis no
bile. Subā aūt ſpūalis. ut dicit aug. nobilior
ē omni corpe. ergo oꝫ ꝙ educat̄ a creatore.
imediate. ſ; qđ ſic educit̄ hꝫ educi ex nihilo
ergo illoꝝ aīaliū q̄ p putrefactōe; gn̄ant̄ aīe
creāt̄. ergo multo forti⁹ aīaliū primo fcōꝝ.
¶ Itē nos uidem⁹ ī aīalib⁹ anuloſis ꝙ ad diuiſi
onē corpis remanꝫ aīa in ꝑtib⁹ diuerſis. ſ; il
la n̄ pōt eē aīa prima. q: erat vna ſola. nec a
naťa ꝓducta. cū ſtati ſit in q̄lꝫ ꝑte. ꝯpatio āt
nature ſit cū ſucceſſiōe. ergo v̄r̄ ꝙ ille ꝑtes
aient̄ a creatore. ergo multo forti⁹ ⁊ ſēſibilia
in primaria ꝓductōe. ¶ Itē q̄n̄ brutū gn̄at
brutū aut trāſfūdit aīaꝫ. aut n̄. ſi trāſfūdit. cū
aīa n̄ ſit diuiſibilis dabit aīaꝫ ſuā totā. ergo
in generatōe moriet̄. ſi nō trāſfūdit. cū ceſſꝫ
ei⁹ ꝯpatio ī ſeminis deciſiōe neceſſe ē pone
re aliud agēs ꝑ qđ aīa educat̄. hoc aūt n̄ pōt
eē ſeīa. cū ſit magis pricipiū paſſiuū q̄ȝ acti
uū. ſicut uult phūs. nec aliud pricipiū actiuū
creatū. ergo imediate ꝓducūt̄ a deo. ⁊ ita ex
nihilo. multo ergo forti⁹ v̄r̄ ꝙ ſic ꝓducte fu
erūt in primordio. ¶ R̄. Ad ꝑdcoꝝ intelli-
gentiā ē notādū ꝙ circa ꝓductionē aīaꝝ bru
taliū diuerſi diuerſa opinati ſunt. Quidam
.n. dicere uoluerūt ꝙ aīe brutoꝝ ꝓducte ſit
ex nihilo. q: nō ex aliquo materialr̄. nec ex
aliquo ſeīalr̄. nō ex aliquo materialr̄. q: ſut
pure forme. nō ex aliquo ſeīalr̄. q: nō hūe-
runt aliq̄d ꝑexn̄s. et iō dicūt in prima ꝓdu
ctōe eas ſimplr̄ fuiſſe creatas. ſ; deinceps ī
ꝓpagatōe nō dicūt eas creari. ſ; poti⁹ ⁊ tradu
ci. ſ; n̄ p deciſionē ⁊ ſepationē partis aīe. ſ;
p multiplicationē. Sicut .n. candela ex quo ac
cēſa ē poteſt ſe multiplicare ſine ſui luis di
minutōe. ſic imo multo forti⁹ dicūt ſubāꝫ ſpi
ritualē poſſe. ¶ Scđa poſitio directe ē huic
oppoſita. ꝙ aīe brutoꝝ fuerūt ex aliquo ma
terialr̄ ⁊ ſeīaliter. materialr̄ inq̄ȝ. q: ſūt hoc
aliq̄d. cū q̄libꝫ eaꝝ ſit motor ſufficiēs. et iō
ex maťia ⁊ forma dicunt eas ꝯſtare. illā aūt
materiā dicūt eē ſpūalē inſepabilr̄ iūctā cor
porali nature. vn̄ ſicut ex corporali natura
ꝓducūt̄ corpora aīaliū. ſic ex materia ſpūali
ſibi ānexa. ut dicūt ſit ꝓductio aīaꝝ. et ſic
fecit ds a primordio. et ſic ēt facit nūc natura
Illa .n. materia cū ꝑexiſtat forme. ſeīariu eſt
ipi⁹. et ſic dicūt aīas illas ꝓduci nō tm̄ mate
rialr̄ ſ; etiā ſeminalr̄. cū eis ꝑexiſtat ſpūalis
materia. et habeat in ſe aliquam potentiaꝫ
actiuā ad hoc ꝙ ex ea fiat anima. ſicut ⁊ cor
poralis natura ad hoc ꝙ ex ea fiant corpa.
¶ Tertia poſitio eſt ꝙ anime brutorum
producte ſunt ex aliquo materialr̄ ſed non
ſeminaliter. materialr̄ inquam. q: ꝯſtant ex
materia ⁊ forma. n̄ aūt ſeīaliter. q: materia
illa n̄ ꝑexiſtit forme tāq̄ȝ ſemē ei qđ ex ipo
ꝓducēdū ē. ſ; cū illa ꝯcreat̄ ⁊ cū illa deſtruit̄.
Et hi dicūt oēs aīas ſenſibiles non ſolum a
primordio ſ; etiā nunc eſſe a creatore. nec
tamen incorruptibiles. quia ipe creator dat
unicuiq; durationem ſm ꝙ competit eius
nature. Sed quoniam omnes he poſitiōes
aliquid dicunt improbabile. naꝫ prima dicit
ꝙ anima ſe ipam multiplicat ⁊ tranſfundit.
ita tn̄ ꝙ anima non habeat aliquid ex quo
fiat. et hoc ē ponere ꝙ forma naturalis poſ
ſit aliā formā ꝯſitēꝫ ex nihilo ꝓducere. qđ ē
iprobabile. ⁊ ē improbatū ē vi. vij. ¶ Scđa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uero opinio ponit aliquā materiā ſpūalem
anime p̄exiſtere. ex qua educatur aīa uirtu-
te nature. et hoc ſatis male eſt intelligibile.
quō ſit aliqua ſpūalis materia que nō uiuat
nec uſū hēat. quō etiā ſit aliq̄ ſpūalis maťia
et ex illa aīa rōnalis fieri nō ualeat. et iterū
ubi ē illa materia ſpūalis. qꝛ nō uideť eē in
ſe. Si aūt cū maťia corpali tunc uidetur ꝙ
materia educať de materia. qđ nihil uidetur
eē dcm̄. ¶ Silr̄ tertia poſitio ponit ꝙ ma-
teria aīe ſēſibilis ſibi ꝯcreeť. ⁊ ꝙ ſiť cū ea de
ſtruať. hoc aūt ponere ē ꝯtrariū auctoritati phi
loſophi ⁊ rōi. maťiaꝫ. ſ. aliꝰ creature ī nihil
dio cedere. ſi. n. materia corpalis ē ingenita
⁊ incorruptibilis. multo fortiꝰ uideť ꝙ ſpū-
alis q̄ dignior ē ⁊ nobilior. ſm̄ ꝙ ē ſub tali
eē. ¶ Et ideo ē q̄rtꝰ modus dicēdi. ꝙ aīe q̄
ſūt pure ſēſibiles ꝓducte ſūt ex aliquo ſeīalr̄
ſꝫ n̄ materialr̄. ſeīalr̄ inq̄ꝫ qꝛ forme ſunt ge
nerales ⁊ corruptibiles ꝑ naturā. et ideo ſic
alie forme naturales nō ex nihilo ꝓducūtur
ſꝫ ē aliqua potētia actiua in materia ex qua
fiūt tāq̄ꝫ ex ſeīario. ſic etiā intelligēdū eſt in
aīalibꝰ ſenſibilibꝰ q̄ ſūt forme tm̄. cuiuſmōi
ſūt in brutis aīalibꝰ. Et iō ꝯcedēdū ē aīas ſē
ſibiles ſiue aīas brutoꝝ eē ex aliquo. n̄ tn̄q̄ꝫ
materialr̄ ſꝫ ſeīalr̄. qꝛ cū aīa ſēſibilis ſit for
ma nō hꝫ materiā ptēꝫ ſui. ſꝫ ſolū fit ex po
tētia materie actiua q̄ ab agēte excitatur. et
ſic ꝑficit quouſqꝫ fiať aīa. ſicut globus ꝑfici
endo fit roſa. alr̄ tn̄ nūc ꝓducūtur ex illo ſe-
minario. ⁊ aliter in primordio. qꝛ nūc ꝓdu
cūtur ſeīario p̄exñte ꝑ ſufficiētē actualitatē.
in primordio uero ꝓducte ſunt ſimul cū illo
ſeminario. uel ſi ſeminariū aliquo mō p̄ex-
titit ante diem quintū in quo facta eſt ꝓdu-
ctio aīaliū. in die quinto ē ad ꝯpletā rōneꝫ
eductū. ita ꝙ data eſt uirtus actiua nature.
ut poſſet deinceps animalia q̄ꝫtū ad corpꝰ ⁊
q̄ꝫtū ad animā ꝓpagare ⁊ multiplicare. ⁊ qꝛ
quedā ſunt aīalia maioris ꝑfectionis ⁊ orga
nizationis. quedā uero minoris. ideo diuina
diſpoſitio rectiſſime ordinauit ut q̄dam ani
malia ꝓducerētur ex ſuo principio ſeīario.
ſm̄ maiorē actualitatē. utpote ſunt illa que
generātur per ꝓpagationē. ita ꝙ ſimile ex
ſimili. ⁊ iſta ſunt aīalia perfectiora. quedam
uero ſm̄ minorē utpote illa q̄ generantur ꝑ
putrefactionē. qꝛ. n. imꝑfectiora ſūt minori

indigēt adiutorio ⁊ ỽtute ut ꝓducātur ad eē.
¶ Hec aūt poſitio rōnabilior ē ⁊ firmior.
qꝛ ꝯcordant in hoc tā Aug. q̄ꝫ Phūs. ait. n.
Aug. ad Oroſiū ſic. Sicut ſemē cuiuſlꝫ ar-
boris hꝫ quandā uim ut cū corruptū fuerit i
terra oriatur ⁊ uirgultū ꝓducatur. deinde ra
mis nihilominꝰ ꝯſtipata dilature ⁊ frondibꝰ
deinde floribꝰ decorata fructificet. ita eſt in
corpore ut ita dicā quoddā ſeminariū. unde
ſuo tp̄e creante ꝓuidētia dei aliqua genera
aīaliū oriantur. Et hoc idē hr̄ ſup Gen. ad
lit. li. iij. plane ⁊ diffuſe. Hoc etiā uult phūs
in. xvj. aīaliū. ubi oñdit ꝙ uegetabilis ⁊ ſen
ſibilis prius ſunt in ſeīe in potētia q̄ꝫ educā
tur in eē. et ibi uidetur innuere ꝙ illud quod
format mēbra nō eſt aliud q̄ꝫ ipa anima. et
illā animā uocat potētiā actiuā intriſecā ipi
ſemini q̄ cū corpus ex ſeīe ꝓductū ē ⁊ orga
nizatū ut poſſit eadē ꝑfici ꝑdit in actum. et
efficitur ꝑfcō corpis phi organici. aut certe
illud qđ format membra potius eſt uirtus
aīe pr̄is ⁊ mr̄is. ex cuiꝰ opatōe in brutis ani
malibus educitur in eſſe aīa ꝓlis. ſecus autē
eſt in hoībus. ut infra uidebitur. et hoc ꝓbat
ibidem phūs ex multis ꝯiecturis ⁊ argumē
tis. et ibideꝫ dicit ꝙ res corporales ſūt ple-
ne uirtute anime. et hoc multū ꝯcordat uer
bis Aug. qui dicit. Terra p̄gnans eſt ſeibꝰ
non tm̄ reſpectu arboꝝ ſed etiam reſpectu
animaliū. Hanc ergo poſitōeꝫ ſuſtinēdo cō
eſt animas ſenſibiliū animaliū in primordio
non eē creatas ex nihilo. ſicut rationes ad
hoc inducte oſtendunt. habuerunt enim ſe-
mentinum principium ex quo producte ſūt
⁊ nunc producuntur. ¶ Ad illud ergo quod
primo obr̄ ꝙ ſi anime ſenſibiliū producte
ſint ex aliquo ꝙ illud ſimiliter productum
eſt ex alio. dicendū ꝙ non oportet. ſemina
lis enim ratio ſiue potentia actiua ipſius ma
terie eſt ipſi materie ꝯcreata. non ex aliquo
producta. illa uero que ex illo ſemine oriun
tur proprie non debent dici creari. ¶ Ad
illud quod queritur ꝙ ſi eſt ex aliquo ꝙ il
lud eſt aut ſpirituale aut corporale. dicendū
ꝙ nec materia ſpiritualis nec eſt materia
corporalis. ſed eſt quedam potentia ſpiritu-
alis indita a creatore materie corporali ⁊ ei
innitens ⁊ ab ea depēdēs. ⁊ ꝓpterea anima
ſenſibilis in brutis generatur ⁊ corrūpitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p trāſmutatōes corpalis nature. ¶ Et ſi tu
obijcias q̄ aīa ſenſibilis eſt motor ſufficiēs
et ita ē hoc aliq̄d ⁊ hʒ materiā ⁊ formā. dōʒ
q̄ aīa ſenſibilis n̄ dr̄ eē motor ſufficiēs. qꝛ
ipa primo moueat corpꝰ qd̄ pſic̄. ſʒ qꝛ corpꝰ
totuʒ quod hʒ qd̄ ē hoc aliq̄d v̄tute aīe q̄ ē
forma eiꝰ mouet ptē. ⁊ mouēdo partē ſuaʒ
mouet totuʒ ſic̄ pʒ in gradiētibꝰ. ⁊ q̄ illud
uez ſit appet. qꝛ ſi aīa ſenſibilis poneret̄ in
corpore qd̄ nō hr̄et ptē mobilem niſi motu
totiꝰ ſicut in lapide. nunq̄ʒ illō moueret. uł
aliter dici pōt. q̄ ad hoc q̄ aliq̄d ſit motor
ſufficiēs nō optʒ q̄ diſtet a mobili ita q̄ ſit
ſubā altera differēs p materiā ⁊ formā. ſed
ſufficit q̄ illa ſit forma in gn̄e ſubſtātie ca-
rens extēſiōe p ſe ⁊ p accn̄s. ⁊ hec forma ſic
ē in vna pte tota q̄ tota ē in alia. ⁊ ideo ſic
unit̄ iſti pti quā mouet q̄ etiā ab ea diſtat. ⁊
hec diſtātia ſufficit ad hoc q̄ poſſit mouere
eā. nec req̄ritur q̄ hēat aliā materiā. et ſic
etiā in aīa ſenſitiua in his aīalibꝰ q̄ huic opa
tōi hn̄t organa apta. ¶ Ad illud qd̄ obr̄ q̄
natura poſſit eā educere. dō q̄ falſū ē. qꝛ añ
q̄ʒ dn̄s pcipet aq̄s ⁊ diceret. pducāt aque vē
aut ſeiarium illud aīaꝝ pducēdaꝝ non erat.
aut ſi erat n̄ erat in tāta v̄tute q̄ poſſʒ ad
pfcōeʒ uenire. nō. n. pōt quicq̄ʒ creatura niſi
ſm ſtatutū ⁊ pceptū ſibi datū a creatore. vn̄
cuʒ priꝰ eēt vn̄ fieri poſſʒ poſt ſcm̄ ē diuino
ımpio ut eēt vn̄ fieret. ¶ Ad illud qd̄ obr̄
de aīalibꝰ q̄ gn̄antur p putrefactōeʒ dō q̄ ⁊
ſi ſint varij modi ſoluēdi. qꝛ q̄dā dicunt q̄
eſt a celi motore. q̄daʒ q̄ a creatore. pōt tn̄
ſm philoſophicā poſitōeʒ plane reſpōderi
q̄ ſicut humor fit ſemē p potētiā generati
uā. ⁊ poſtmoduʒ fit corpꝰ organicuʒ i mr̄ice
ita q̄ aīa illa ſenſibil̄ q̄ erat i potētia educit̄
ad actuʒ p v̄tutē agētis pticularis ⁊ p adiu-
toriuʒ corpis celeſtis. ſic in pposito intelli-
genduʒ ē q̄ cū in terra iſta eſſet ſeminariuʒ
illud aliquo mō ɔcurrētibꝰ elemētis ⁊ adiu-
uante corpore celeſti ut generetur calor vi-
uificus fit q̄dā ſemē. ita q̄ potētia illa acti
ua p quā prius latebat adiuta ex actione ce
leſtis corporis pficit et uenit ad pfectioneʒ
⁊ ɔplemētū. ita q̄ nec celum nec motor celi
dat ſibi formā ultimā. ſʒ ſolū adiuuat ⁊ exci
tat ut potētia illa pficiendo ad ſpēm ɔpletaʒ
pueniat. et per hunc modū intelligendū eſt
etiam in alijs terre naſcentibus. ¶ Et ſi tu
obijcias. q̄ aīa que eſt in potentia non hʒ
ſpecieʒ nec actū ɔpletū a ſe. nec poteſt hr̄e
ab aliquo qd̄ non ſit ita mobile ſicut ipſa. ⁊
nullum tale eſt corporale. dicendū q̄ eēntia
talis ſpēi eſt in materia ſed in potētia. ⁊ illa
potētia eſſentialr̄ eſt ita determinata ad for
mam talis ſpēi pducendā. quod non pōt ex
illa eſſentia ſine rōne ſeminali alia educi. et
cum in actum educta eſt habet eſſe ⁊ habet
tale eſſe. q̄ auteʒ ſit in actu habet hoc ab
extrinſeco agente. quia erat ens in actu. et
quantū ad hoc nobilius ipſa que erat in po
tentia. q̄ autem ſit talis ſpeciei hoc habet
ab eo qui primo huius forme eēntiaʒ ididit
materie. alioquin nunq̄ʒ natura ipām ad eē
produceret niſi deus ipſam materie ididiſſʒ
ſicut ſupra oſtenſum fuit vi. viij. et ideo nō
oportet q̄ educens illā formā in actum ſit
nobilius illa forma ducta. et huiuſmodi exē
plum in multis poteſt poni. ſicut in minera
libus ⁊ multis terre naſcētibus. Et per hoc
patet reſpōſio ad duo ſequentia. naʒ quod
obr̄ de diuiſione corporis anuloſi iam aptū
ē. qꝛ. n. corpus anuloſū ē modice organiza-
tōis ⁊ q̄ſi ɔſilis in partibus ⁊ in toto. ideo i
qualibet ſui parte eſt anima in proxima diſ
poſitione ad hoc q̄ ſit actu. ⁊ ideo facta di
uiſione v̄tute prioris forme ⁊ beneficio cor
poris celeſtis ſubito iducitur forma. Plures
autem ſunt alij modi dicēdi circa hoc. q̄daʒ
eni dicunt q̄ aīa multiplicat̄ cum ſit ſpualis
ſicut punctꝰ ad diuiſionē linee ⁊ ſpēs ad di
uiſionē ſpeculi. veꝝ tamē in neutro hoꝝ in-
telligendū eſt q̄ illud idem quod fuit unum
fiat plura. ⁊ ideo p̄cedēs uia ē magis plana
¶ Ad ultimū ſil̄r pʒ rn̄ſio. qꝛ cuʒ aīal gene
rat̄ ab aīali p ppagationē ⁊ ſi nō decidat̄ aīa
ab aīa ſicut corpꝰ decidit̄ a corpore qꝛ nō ē
aīa diuiſibilis ut corpus. decidunt̄ tn̄ cuʒ cor
pore ipo ſpūs ⁊ calores ⁊ uirtꝰ etiā aīalis que
adiuuat cuʒ uirtute mr̄icis ɔtinētis ut illa po
tētia actiua q̄ erat i humore ſeiario ad actū
ɔpletuʒ pueniat. et ex hoc n̄ ſeq̄tur q̄ aīa p
ducat aliā aīam ex nihilo. nec q̄ pducat ex
materia nec etiā q̄ pducat ex ſe ipa.

S Ecūdo q̄ritur utrū corpora ani
maliū ſint ɔpoſita ex quattuor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

elementis an ex uno. ¶ Et ꝙ ex uno uidetur
primo per ſcripturam que dicit. Producāt
aque reptile ⁊c. Et ſimiliter. Producat ter-
ra animam uiuentē. ſi ergo ſcriptura ſuffici
enter aīaliū exprimit materiā. cū nō expri
mat niſi ſimplicia elemēta pꝫ ⁊c. ¶ Itē for
ma dꝫ ꝓportionari materie. ergo ⁊ corpus
anime. ſꝫ forma animaliū ē ſimplex. ergo ⁊
corpora debēt eē ſimplicia. ergo nō ſunt ex
q̄tuor elemētis. ergo ⁊c. ¶ Itē q̄ꝫto aliquid
ad naturā ꝯpoſitōis magis accedit tāto mi
nus ē perfcm̄. qd̄. n. ſimplici⁹ eſt fortius eſt
⁊ pfectius. ſi ergo anima ſenſibilis ē forma
ualde potēs ⁊ nobilis. ergo dꝫ eē perfectio
corporis ſimplicis nō mixti ex quatuor ele
mētis. ¶ Itē corpora ad ornatū celi ſpectan
tia nō ſunt facta de alia natura q̄ꝫ celum qd̄
ornant. ergo pari rōne ſi quedam animalia
ornāt terrā ⁊ quedā aquas. q̄dā ſūt ex ſola
terra. quedā ex ſola aqua. ¶ Itē ſi corpora
animaliū ꝯſtant ex quatuor elemētis. tūc vr̄
ꝙ cū elemēta habeāt ſperas diſtinctas ꝙ
elementa ꝯſtituētia corpus animalis ſint in
unū iuncta p violētiā. ſi ergo violētia eſt ꝯ̄
naturā. ꝯſtitutio corporis cuiuſꝫ animalis ē
ꝯ̄ naturā. qd̄ eſt incōueniens. ¶ Itē ex eiſdē
aīalia ſunt ꝓducta tunc ex q̄b⁹ ꝓducūtur nūc
Sꝫ nunc non pn̄t elemēta v̄tute nature co-
adunari. ergo non pn̄t copora aīaliuꝫ ex q̄-
tuor elemētis ꝓduci. maior ꝓpoſitio per ſe
manifeſta eſt. minor probatur. qꝛ nō ē in po
teſtate nature ignē facere deſcendere. ſi eni
deſcenderet cum mediū interſtitiū aeris ſit
frigidiſſimū neceſſario hr̄et ibi extingui. et
alia plura ſequerentur incōueniētia. ergo ⁊c.
¶ Ad oppoſitū arguitur ſic. Senſus ē opa
tio aīe in corpore ſm̄ ꝯformitatē organi ad
obm̄. ſꝫ qd̄lꝫ aīal hꝫ tactū q̄ ē ꝑceptibilis q̄
tuor q̄litatū. q̄ indicātur in q̄tuor elemētis.
ergo qd̄lꝫ aīal ꝯſtat ex q̄tuor corporib⁹.
¶ Itē omne animal aliquo mō ē mobile uł
ꝯſtrictōis uel dilatatōis. ſed nullū elemētum
de ſe eſt ſic mobile. ergo neceſſe eſt animal
ꝯſtare ex pluribus elemētis. ¶ Itē quāto for
ma ē ſpūalior. tāto ē ꝑtiuꝫ opationū princi
uꝫ. ſꝫ aīa ſēſibilis ē forma ualde ſpūal. ergo
ē principiū multiplicis opatōis. ſꝫ corp⁹ datū
ē ad ſubminiſtrādū ei. ergo neceſſe ē ꝙ cor-
pus ſit aptū ⁊ idoneū ad diuerſas opatiōes
ſꝫ n̄ ē aptū ad diuerſas opatōes niſi p diuer
ſas v̄tutes. nec ad diuerſas v̄tutes. niſi per
diuerſas naturas. nec hꝫ diuerſas naturas.
niſi qꝛ ex diuerſis ꝯpoſitū. ergo ⁊c. ¶ Itē
q̄ꝫto forma poſterior ⁊ ulterior tāto nobili
or. p eo ꝙ an̄riora ſūt materialia reſpectu
poſteriorꝝ. ergo nobilior eſt forma mixti q̄ꝫ
forma elēi. ſi ergo aīa ſenſibilis cū ſit forma
nobilis dꝫ hr̄e corp⁹ nobile. ergo corp⁹ aīlis n̄
tm̄ n̄ ē corp⁹ ſimplex. ſꝫ ꝯſtans ex diuerſis
elēis. ¶ R̄. dō ꝙ abſq̄ꝫ dubio corpa aīaliuꝫ
hn̄t in ſe naturā q̄tuor elēoꝝ. ſicut oñſū ē p
q̄tuor rōes. tuꝫ ꝓpter hoc ut ſint idonea ad
ſēſuꝫ. tuꝫ ꝓpter hoc ut ſint idonea ad motū
tuꝫ ꝓpt̄ hoc ꝙ ſint idonea ad multiplicitatē
opatōis. tuꝫ ꝓpt̄ hoc ut i ſe hēant dignitatē
ꝯplexiōis. q̄ oīa ꝯpetunt illi corpi qd̄ pficit̄
aīa ſēſibili. ⁊ ꝓpt̄ hoc dꝫ hr̄e aliquē gradū p
fcm̄ mixtiōis. ubi n̄ tm̄ ſit mixtio ſꝫ et ꝯple
xio. pfcā āt mixtio n̄ ē quouſꝫ ꝯcurrāt q̄tu
or elēa. aqua. n. cuꝫ ſit ſubtilior t̄ra i decupla
ꝓportōe penetrat ptes terre. ſꝫ n̄ pfcē p eo
ꝙ aliq̄ꝫ hēat groſſiciē. aer v̄o q̄ ē ſubtilior
aqua in cētupla ꝓportōe adhuc intimi⁹ ſep
fundit. ſꝫ ignis q̄ ē ſubtilior ⁊ rarior in mille
ſima ꝓportiōe ſua ſubtilitate penetat vſq̄ꝫ
ad itima. ⁊ ſic fit alteratio plena uſq̄ꝫ ad mi
nima ⁊ mixtio pfcā. qꝛ miſcibilia ſunt pfcē
alterata. et ſic pꝫ ꝙ taliter debent ꝯponi cor
pa pficiēda ab aīa ſenſibili. ¶ Ad illō v̄o qd̄
obr̄ de auctoritate geñ. dō. ꝙ illud dictū eſt
p q̄ꝫdā ꝑdn̄antiā ſiue appropriatōeꝫ. ſic me
lius patebit infra. ¶ Ad illud qd̄ obr̄ ꝙ for
ma dꝫ ꝓportionari materie. dō ꝙ uerꝫ ē in
ꝯditōib⁹ q̄ maxime ꝯpetunt ipi forme. aīa
autē cuꝫ ſit ſimplex in ſubſtātia. multiplex
ē in uirtute. et ideo nō cōpetit ut corpus ei
aſſimiletur in ſimplicitate. pro eo ꝙ ſimpli
citas corporalis repugnat multiplicitati v̄tu
tis. Et p hoc pꝫ ſolutio ad illud quod tertio
obr̄. ꝙ quanto aliquid ꝯpoſiti⁹ tanto min⁹
perfcm̄. hoc enim etſi habeat v̄itatem in ſpi
ritib⁹. quoꝝ perfectio attēditur per acceſſuꝫ
ſūme ſimplex. non tm̄ hꝫ v̄itatem in corpo-
ribus in quibus ⁊ magnificatur uirt⁹ ex par
tium magnitudine. ſicut magis urit magn⁹
ignis q̄ꝫ puus. ⁊ plurificat̄ ex ꝑtiuꝫ mltiplica
tōe. ſic maioris v̄tutis ē ſirup⁹ ꝯpoſit⁹ q̄ꝫ li-
quor impermixtus. ⁊ ideo homo qui inter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cetera animalia ē ꝑfectiſſim⁹ inter cetera eſt ꝯpoſitiſſim⁹. ſicut planius uidebitur infer⁹. ¶ Ad illud quod obr̄ de corporib⁹ ornātib⁹ celū. dicendū ꝙ non eſt ſimile. quia illa nec ꝓprijs motibus mouentur. nec ſpūalibus ꝑficiūtur. quib⁹ debeatur multiplicitas operationū uel diuerſitas partiū ꝯponentiū ⁊ organoꝝ. ſicut ponitur in animalibus. ¶ Ad illud quod obi ꝙ fit elementoꝝ uiolētatio. dicendū ꝙ non eſt intelligendū ꝙ dominus in primordio cū corpora animaliū cōpoſuit elemēta ex diuerſis ſperis ꝯcurrere fecerit. hoc enim non oportebat. tum quia tā aqua ꝙ̄ȝ terra non ſunt elemēta pura ſȝ alijs permixta ſm̄ eam parteȝ ex qua facta ſunt ex eis animalia. tum etiaȝ ſi eſſent pura ⁊ ſimplicia in uno elemēto ſunt cetera in potētia ⁊ ex vno poſſunt fieri omnia ſi aſſit virtus alterans ⁊ actiua ſine aliqua locali mutatōe ⁊ mixtione. at per hoc ſine aliqua uiolentatione. et per hoc patet reſpōſio ad ultimū. quia ſimiliter quando fit ꝯmixtio elemētoꝝ natura nō facit ignē qui ſurſuȝ ē deſcendere uel aerē. ſed eū ignem uel aerē qui uel eſt in terra uel generatur per actionē alicuius agētis facit uenire ad ꝯſtitutionem animalis. ⁊ hoc quidē fit per naturā nō per uiolētiam. quia enim natura ſm̄ ꝙ dicit philoſophus. ſemper deſiderat quod melius eſt. materia que eſt ſub forma elementari appetit eſſe ſub forma mixti. ⁊ que eſt ſub forma mixtionis appetit eſſe ſub forma ꝯplexionis. ido cum ex diuerſis elemētis fit mixtio in unū appetit⁹ nature ꝯplet' ⁊ uiolētia non infert.

Tertio queritur utrum corpora animaliū magis ꝯſtent ex elementis paſſiuis ꝙ̄ȝ actiuis. uel econuerſo. ¶ ꝙ magis ex elementis paſſiuis uidetur per ſcripturam que dicit ea facta ex terra ⁊ aqua. hoc aūt nō eſt dictū ꝙ quodlibet illoꝝ elementoꝝ ſit animaliū ſenſibiliū tota materie. ergo dictū eſt per ꝑdominātiā. ¶ Itē ſicut uult phūs ex eiſdem ꝯſtant animalia ex quibus nutriūtur ſed animalia maxime nutriūtur ex aqua et terra per cibum ⁊ potum. ergo ⁊c̄. ¶ Item ex eis maxime ꝯſtituuntur corpora in qb⁹ magis requieſcunt. q2 quies attendit̄ penes appetitū. ⁊ appetit⁹ intētio penes ꝙ̄ſtitateȝ ꝑdn̄antis. ſi ergo oīa aīalia maxime requieſcunt in aqua uel in terra uidetur ꝙ ex eis ſint maxime ꝯſtituta. ¶ Itē i ꝯpoſitōe corporis aīalis mēbra officialia fiūt ex ꝯſilib⁹. ⁊ ꝯſilia ex humorib⁹. ſȝ in humorib⁹ maxie dn̄atur natura aquea. ⁊ i mēbris ſolidis maxime dn̄atur terrea. ergo ſi elem̄ta n̄ ueniūt ad ꝯſtitutōeȝ corpis aīalis niſi p humores ⁊ mēbra vr̄ ꝙ oīa aīalia ex his duob⁹ elem̄tis maxime ſint ꝯſtituta. ¶ Ad oppoſitū arguitur ſic. Sicut uult phūs uita maxie ē p calidū ⁊ humidū. ergo ſi oīa aīalia uiuūt. i eis abūdat ⁊ ꝑdn̄atur calidū ⁊ humidū. ergo ⁊ illud elemētū cui hec pricipalr̄ inſūt. hoc aūt elm̄ ē actiuū. ſ. aer. ergo ⁊c̄. ¶ Itē ſic uult aug. ſup gn̄. ad lr̄am. uij. ⁊ de aīa ⁊ ſpū. Lux ē illō quo mediāte corp' unitur aīe ⁊ aīa regit corpus. ergo ſi lux ꝑcipue repitur in igne. uidetur ꝙ in corpore cuiuſȝ aīalis natura ignis debeat ꝑdn̄ari. ¶ Item aīa ſenſitiua ſicut ē principiū ſenſus ita ē principiū mot⁹. ergo aīaliū corpora nō tantū ad ſenſū ſȝ etiā ad motū debēt eē habilia. ſȝ elemēta grauia ſūt minime ad motū habilia. ⁊ hec ſūt elemēta paſſiua. ergo uidetur ꝙ aīaliū corpa magis ꝯſtēt ex actiuis ꝙ̄ȝ paſſiuis. ¶ Itē nobili ꝑfectioni ꝯȝ r̄ndere nobile ꝑfectibile. ſȝ aīa ſenſibilis ē ꝑfectio ualde nobilis. ergo corpus illius ex his elemētis maxime ꝯȝ ꝯſtitui q̄ ſunt nobiliora inter corpora ſimplicia. hec aūt ſunt elem̄ta actiua nō paſſiua. ergo ⁊c̄. ¶ Si tu dicas ad hoc ꝙ aīaliū corpa plus ꝯſtituūtur ex elementis actiuis ꝙ̄ȝ paſſiuis ſm̄ ꝙ̄ſtitatē ꝟtutis nō molis. obr̄ ꝯ hoc. q2 mot⁹ ſeq̄tur naturā ꝑdn̄antis ſȝ ꝙ̄ſtitatē. ſȝ aues mouētur ſurſū. ergo vr̄ ꝙ in eis ſȝ ꝙ̄ſtitatē ꝑdominētur elem̄ta q̄ ſūt nata ferri ſurſuȝ. hec aūt ſūt actiua. ⁊ nō paſſiua. ut ignis et aer. ergo ⁊c̄. ¶ Itē uolatilia ſūt ad ornatuȝ aeris. ornat⁹ ꝓprie ⁊ debite collocatur in eo qō ornatur. nulli aūt corp⁹ ꝓprie ⁊ debite ordinatur in aere niſi in quo ꝑdn̄antur elemēta actiua. ergo ſi auiū corpa ibi ordināt ut ipſȝ ornātia vr̄ ꝙ i eis ꝑdn̄ent elēa actiua. ꝙ ſi n̄ ꝓprie ibi locātur. q2 n̄ reqeſcūt. ſed magis in terra. vr̄ ꝙ poti⁹ debeāt dici uolatilia ad ornatū terre ꝙ̄ȝ aeris. cui ſcripturaȝ ꝯdicit. ¶ R. dicēdū ꝙ ſm̄ ꝙ duplex ē ꝙ̄ſtitas. videlȝ molis ⁊ ꝟtutis. ſm̄ hoc duplr̄

poteſt attēdi elemētoꝝ p̄dominātia. videlꝫ
quantū ad molem ⁊ quantum ad uirtutem.
Si enim loquamur de predn̄antia quantuꝫ
ad molē. ſic in corporibus animaliū predo-
minātur elemēta paſſiua. et ideo ex eis ma
xime dicuntur eſſe facta. ſi autē loquamur
q̄ʒtum ad q̄ʒtitatē uirtutis. cum corpus ↄple
xionatū ſit natum regi ab anima medianti
bus elementis actiuis. ſic predn̄antur in eis
elementa actiua. ¶ Ratio autem huius q̄re
elemēta actiua ⁊ paſſiua ſm̄ hanc duplicem
q̄ʒtitatē uirtutis ⁊ molis uiciſſim p̄dn̄entur
ſumitur ex parte finis. finis enim imponit
neceſſitatē his que ſunt ad fineꝫ. finis auteꝫ
corporis ↄplexionati anima eſt. inquātū dat
ei uitam ⁊ ſenſum ⁊ motū. Ad uitā aūt cor
pus illud non eſſet habile. ſi p̄dn̄arentur ibi
elementa paſſiua q̄ʒtum ad q̄ʒtitatē ⁊ v̓tutē
propter ſui groſſiciem ⁊ ſoliditatē. ſicut ſūt
corpora mineralia. Similiter nec eſſꝫ habile
ſi predn̄arētur ei elemēta actiua quantū ad
v̓tutem ⁊ q̄ʒtitatē. quia ſtatim ↄſumerētur
elemēta paſſiua. nec eſſet quod poſſet uege
tari ab anima. ⁊ ita oportuit ꝙ ex quadam
mutua predominātia ↄſurgeret quedaꝫ mu
tua ↄcordia ⁊ ꝓportio. ex qua corpus illud
eēt aptum ad uitam ſuſcipiendā ⁊ animam
que eſt quaſi quedam armonia. Ad ſenſuꝫ
ſimiliter idoneū non eēt niſi p̄dn̄aretur na-
tura paſſiui elementi quantū ad molē. quia
tactus eſt primus inter omnes ſenſus ani-
malis. in quo ſenſu p̄dominatur terra. ⁊ ita
ſi non predominaretur terra in corpore non
eēt idoneū ad tactū. ergo nec ad aliqueꝫ ſen
ſuꝫ. Similiter oportet ad hoc ꝙ ſit idoneū
ad ſenſum ꝙ p̄dominetur in eo ignis q̄ʒtuꝫ
ad uirtutē ſiue calorē. calor enim ⁊ ſpiritus
ſunt inſtrumēta uirtutis ſenſitiue. ⁊ hoc eſt
quod dicit Aug. ſuper gen̄. ad litterā. li. iij.
Tactus qui eſt quintus in ſenſibus terreno
elemento magis ↄgruit. proindē per totum
corpus animātis quod maxime ex terra eſt
tacta ſentiuntur. ⁊ poſt cui anima ſentiendi
uis eſt. cum corporea non ſit. per ſubtilius
corpus agitat uigorē ſentiēdi. inchoat nāqꝫ
motum in omnibus ſenſibꝰ per ſubtilitateꝫ
ignis. et ita ex hoc patet ꝙ ad hoc ꝙ corpꝰ
ſit idoneū ad ſenſū neceſſe ē elemētoꝝ acti
uoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ eē mutuū p̄dn̄iuꝫ. Simlr̄ ad
hoc ꝙ ſit idoneū ad motū neceſſe ē ꝙ ele-
menta actiua v̓tualr̄ p̄dn̄entur mediantibꝰ
quibus anime motiua ad mēbra pertingat.
neceſſe ē etiā ꝙ dn̄entur paſſiua ſm̄ quanti
tatem molis. ex quibus ↄſtituātur membra
ſolida ad mouendū idonea. et hoc eſt quod
dicit Aug. iij. ſuper gn̄. ad lr̄am. Ignis oīa
penetrat ut motū in eis faciat. et poſt. Ideo
aūt caloris priuatōe cū corpus nimie frige-
ſcit obtūditur ſenſus. quia motus pigreſcit
qui ex calore ineſt corpori. ſic ergo propter
motū neceſſe eſt eē mutuā actiuoꝝ ⁊ paſſi-
uoꝝ elemētoꝝ in corpe animalis p̄dn̄antiaꝫ
ut membra ſint mobilia. ita ꝙ uigorē ⁊ agi
litatē habeāt ex aere ⁊ igne. ſoliditatē uero
habeāt ex p̄dn̄io aque ⁊ terre ſm̄ q̄ʒtitatē.
aqua ergo ⁊ terra in oībus aīalibus ſm̄ q̄ʒti
tatē molis p̄dn̄antur. ſicut enim aliquis arti
fex miſcendo terrā cū aqua facit lutū. ⁊ ex
illo ↄponit ſtatuā. ſic dū liquor aq̄us terre
miſcetur fit humor. ⁊ dum ille coagulatur p
naturā fit corpus organicū. dupl̄r auteꝫ pōt
intelligi hec mixtio. aut ita ꝙ aque preexi
ſtenti fluxibili īmiſceatur terra. aut ecōtra.
ut terra primū ſit quaſi arida. ⁊ ad ſuaꝝ par
tiū ↄtinuationē ↄmiſceatur aqua. his duobꝰ
modis ꝓducta ſunt animaliū corpora. ⁊ ideo
quedā dicūtur eſſe ex aquis. quedā ex terra
facta. hoc autem non eſt dictum quia illa q
facta ſunt ex aq̄s plus habeāt de aqua q̄ʒtū
ad ſubſtātiā q̄ȝ de terra. cū omne corpus ani
mantis ad ſui conſtitutionē plus recipiat de
terra q̄ʒtum ad ſubſtātiā. tum ꝓpter hoc q
ipſa eſt que prebet alij ſoliditatē ⁊ ſtabilita
tē. tum etiam quia ip̄a habet parum de ſpē
⁊ multū de materia. ſed ꝙ dictū eſt aliqua
ex aqua eſſe facta. hoc eſt quia magis in eis
q̄ȝ in alijs dominatur natura aquea. hoc aūt
dico non q̄ʒtuꝫ ad p̄dominiū qualitatis acti
ue uel paſſiue. ſed quantū ad aliquā ↄformi
tatē nature per quam illa que ex aquis pro-
ducta ſunt in aquis magis delectantur eſſe.
quoniam humor aqueus eſt in duplici dn̄a.
videlicet in ratione humoris fluitantis. ⁊ in
ratione uaporis exalantis. ideo aqua ē prin
cipium duplicis generis animalium. ſ. natati
lium ⁊ uolatiliū. natatiliū ſm̄ rationē humo
ris. ⁊ iō illa remāſerūt in aq̄s. volatiliū rōe
uaporis. ⁊ iō cuꝫ ille uapor ſit ↄmixtꝰ aeri ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

feratur ſurſuꝫ. uolatilia in aere ſubleuātur. ⁊
eo uſqꝫ pñt aſcēdere quouſqꝫ inueniūt aerē
humidis exalatōib⁹ pingueſcentē. et hoc eſt
quod dicit Aug⁹. iij. ſuper geñ. ad lr̄aꝫ. Iſte
inferior aer qui excipit exalatōes humidas
maris ⁊ terre ⁊ ad ſuſtinendas aues quodā
mō craſſatur. non niſi ex aquis accipit alia.
qđ enī eius humidū ē hoc portat animaliū
corpora que ita utuntur pēnis uolātes. quē
admodū piſces quibuſdā ſuis alis natātes.
ꝑinde ſpūs dei ex aquis dicit eſſe producta
uolatilia. aquaꝝ enī natura bipartitū locuꝫ
ſortita eſt. inferiorē. ſ. in unda labili. ſupiorē
vero aura flabili. illū deputatū natātib⁹. iſtū
volātib⁹. ſic hoc elemēto ↄgruos duos etiā
ſenſus animalib⁹ datos uidēm⁹. olphatū ex
plorādis vaporib⁹. guſtū explorādis liquo
ribus. ¶ Ex predictis ergo patet riſio ad
q̄ſtionē ꝓpoſitā. patet etiā riſio ad obiecta.
quia in corporib⁹ animaliū predñantur ele
mēta paſſiua q̄tū ad q̄titatē molis. ſicut
oñdunt rōnes ad primā partē inducte. ꝑdo
minātur nihilomin⁹ ⁊ actiua q̄tū ad q̄tita
tem ṽtutis. ſicut oñdunt quatuor rōnes in
ↄ̄rium adducte. ¶ Ad illud uero quod obr̄
quinto ꝙ in volatilib⁹ ꝑdominetur aer ſm
q̄titatē. quia aer mouetur ſurſū. dicēm ꝙ cū
dicitur ꝙ motus ſequitur naturā ꝑdñantis
hoc uerū eſt de motu naturali qui debetur
corpori rōne ſui ponderis. nō eſt uerum de
motu animali qui eſt a uirtute ipſius anime.
corpora auteꝫ auiū nature ſue relicta nūqꝫ
aſcēdūt in aera. ſed deſcēdūt ad terram. ꝙ
aūt aſcēdāt hoc ē p uim anime ſuffragātib⁹
ſibi pēnis ⁊ ſpiritib⁹ interiorib⁹ ⁊ uaporib⁹
in aerem eleuatis. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ
aues ornant aera. dicendū ꝙ non dicuntur
ornare aera quia ibi magis quieſcant qꝫ in
terra. hoc enim eſt falſum. in terra enim q̄
ſcunt ⁊ ab ea recipiunt alimētū. ſed rō h⁹
modi eſt. quia auiū actus ⁊ motus maxime
eſt in uolatu. ⁊ quia illum exercent in aera
ideo dicuntur aera decorare ⁊ ornare. po
tiſſimū enim actum ſuum ibi exercent.

Conſequēter q̄ritur primo quo
ordine animalia ſunt producta
Et circa hoc querūtur tria. ¶
Primo queritur de ordine pro
ductōis ex parte finis. ¶ Secūdo uero ex
parte tp̄ris. ¶ Tertio uero de ordine pro
ductionis ⁊ quietis.

Circa primum ſic proceditur et
queritur utrum omnia ſenſibi
lia facta ſint ꝓpter homines.
⁊ ꝙ ſic uidetur. primo per ſcri
pturā. geñ. i. Dñamini piſcibus maris ⁊ uo
latilibus celi. ⁊c. et poſt. geñ. ix. Omnes pi
ſces maris manui veſtre traditi ſunt. ⁊ omē
quod mouetur ⁊ viuit. ergo omnia ad utili
tatem hominis facta ſunt. ¶ Item apo⁹. i.
cor. iij. Omnia ueſtra ſunt. hoc dicit uiris iu
ſtis. ergo propter uiros iuſtos omnia que
cunqꝫ facta ſunt ſunt producta. ergo ⁊ ani
malia ſenſibilia. ¶ Item phūs. Homo eſt
finis quodāmodo omniū eorum que ſunt.
ergo ⁊ ſenſibiliū. ¶ Item omnia bonuꝫ ex
pectant. non quodcūqꝫ. ſed ſūmuꝫ. ſicut uult
Dio⁹. ⁊ phūs. ſed inter creaturas inferiores
ſolus homo natus eſt imediate ad deuꝫ per
tingere. ergo alie creature ordinātur in finē
mediāte homine. ſed quod in finem ordina
tur mediāte alio eſt propter illud. ergo oīa
ſenſibilia facta ſunt propter hominē. ¶ Sꝫ
ↄtra. Tante dignitatis eſt eſſe rerum fineꝫ
ſicut eſt eſſe principiū. ſed ſenſibiliū aīaliuꝫ
ſolus deus fuit principiū. ita ꝙ nō hō. ergo
corūdem finis eſt nō homo ſꝫ deus. ¶ Iteꝫ
quedā ſunt animalia que nō ualent homini.
niſi ad eſum. quedam que nō ualent niſi ad
ueſtimentū. ſed homo ſi ſtetiſſet his nō indi
guiſſet. ergo huiuſmodi animalia aut facta
eſſent fruſtra. aut nō ſunt facta propter ho
minem. Si tu dicas ꝙ deus ea fecit quia ꝑ
uidit hominem eſſe lapſurū. tunc uidetur ꝙ
in uoluntate hominis ⁊ peccato conſiſteret
vtrum illa animalia fruſtra facta eſſent. qđ
falſū ē. ¶ Itē ſi aīalia fcā ſūt ꝓpt̄ hoīeꝫ. ergo
nulla debēt eē fcā ↄ̄ hoīeꝫ. ſꝫ beſtie ſūt noci
ue. ergo ñ debuerūt fieri i primaria reꝝ ↄdi
tōe. aut certe fruſtra fcā ſunt. Si tu dicas ꝙ
beſtie ñ pñt nocere ſi hō ñ peccaſſꝫ. tūc vr̄
ꝙ p⁹ peccatū hoīs ſit noua eis potētia tra
dita. ¶ Itē ſi aīalia fcā ſūt ꝓpt̄ hitatōeꝫ hoīs
decorādā. cū in ſtatu inocētie nō deberet ha
bitatio fedari. vr̄ ꝙ ñ debuerūt corruptibi
lia aīa fieri q̄ ſuis corruptōib⁹ ⁊ exalatōib⁹
iſficiūt aerē. Si tu dicas ꝙ nō corrūpent. hoc
ē ↄ̄ Aug. ſup geñ. ad lr̄aꝫ. li. iij. qui dicit. tūc
fcā eē aīalia uiuētia de rapina. ait enim ſic.
Quedā refectionē corporis ſui ex aliorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

corporibus querant. ubi loquitur de beſtijs.
¶ Item quicquid ſit de hoc ſiue moriātur
ſiue non moriantur uidetur ꝙ animalia q̄
alia deuorant hominis habitationē dehone
ſtant. cū ea deſtruant que ad ipſius faciunt
decorem ⁊ ornatū. ℂ R. Ad predictoꝝ in-
telligentiā eſt notandū ꝙ finis ad quem res
ordinantur duplex eſt. quidam enim eſt fi-
nis principalis ⁊ ultimus. quidam uero eſt
finis ſub fine. ſi primo modo loquamur de
fine ſic omniū creaturarū tam rōnabiliū q̄ꝫ
irrōnabiliū finis eſt deus. quia omnia ꝓpter
ſemetipm̄ creauit altiſſimus . omnia enim
fecit ad laudem ſue bonitatis. Si autem lo
quamur de fine non principali qui eſt finis
quodāmodo ⁊ finis ſub fine. ſic omnia ſen-
ſibilia animalia facta ſunt propter homines
⁊ hoc inſinuat phūs cum dicit. ſumus finis
nos quodāmodo eorum que ſunt. Inſinuat
etiam ſcriptura multo excellentius cum dic̄
Faciamus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudi-
nem noſtraꝫ. et preſit piſcibus maris ⁊c̄. qꝛ
enim homo rōnis capax eſt. ideo habet li-
bertatē arbitrij ⁊ natus eſt piſcibus domi-
nari. quia uero per ſimilitudineꝫ natus ē in
deum imediate tendere. ideo omnes creatu
re irrōnales ad ipm̄ ordināt̄ur. ut mediante
ipſo in finem ultimū perducantur. ¶ Sic ɔce
dende ſunt rōnes oñdentes animalia ꝓpter
hominē facta eſſe. ℂ Ad diſſolutionē autē
rōnum que inducuntur in ɔtrarium notādū
eſt ꝙ aliter ordinantur animalia ad hominē
ſm̄ ſtatum innocētie. aliter ſm̄ ſtatum na-
ture lapſe. ſm̄ ſtatū innocētie ordinantur ad
hominem ſm̄ rōnem quadruplicē. prima rō
eſt ad manifeſtandū eius imperiū. qd̄ mani
feſtarent dū ei per omnia obedirent. Scd̄o
ad decorādā hominis habitationē. perpul-
chrū enim erat habitationē hominis anima
liū multiplicatōe nō ſolum arboꝝ decorari.
Tertio ad excitandū hominis ſenſum ut in
ipſoꝝ animaliū naturis diuerſis uideret hō
multiformitatē ſapiētie ɔditoris. Quarto
ad mouēdū ei⁹ affcm̄. dū hō uideret aīalia
ſm̄ rectitudinē ſue nature currere ⁊ amare
id ad qd̄ naturalr̄ facta ſūt. ex hoc excitaret̄
ad amādū deū. et ꝓpter has rōes n̄ ſolūmō
dedit deus iumēta. ſꝫ etiā beſtias ⁊ pecora
omnia. n. faciūt ad hominis utilitatē ſꝫ rōes

ꝓdictās. Scd̄ꝫ ſtatum nature lapſe ordināt̄
iſta animalia ad utilitatē hominis. ſꝫ aliter
beſtie. aliter iumēta ⁊ pecora. Iumēta eniꝫ
⁊ pecora ordinantur ad releuandū hominis
indigentiā q̄ꝫtum ad cibū ⁊ q̄ꝫtum ad ueſti-
mentū ⁊ q̄ꝫtum ad obſequiū. ſicut ſunt equi
⁊ aſini ⁊c̄. ⁊ q̄ꝫtuꝫ ad ſolaciū. ſicut ſunt q̄dā
aues ⁊ catuli ⁊ ſimilia. ⁊ ſic facta ſunt ꝓpter
hominē rōne quadruplici. Similiter beſtie
ſiue animalia noxia ordināt̄ur ad homineꝫ
ſm̄ quadruplicē rōem ⁊ utilitatē quā ponit
Aug. ſup geñ. ad lr̄am. li. iij. dicit. n. ꝙ aut
penaliter ledūt. aut ſalubriter exercent. aut
utiliter ꝓbant. aut ignoranter docent. ⁊ ſic
patet ꝙ tā beſtie q̄ꝫ reptilia ⁊ iumenta ſcā
ſunt ꝓpter homineꝫ. ſiue in ſtatu innocētie
ſiue in ſtatu nature lapſe. planū eſt etiā per
hoc illud quod obr̄ in cōtrariū. ¶ Ad illud
eniꝫ quod obr̄ ꝙ eſſe finē eſt magne digni
tatis. dicēdū ꝙ ueꝝ eſt de fine principali q̄
eſt finis carens fine. nō autē eſt ueꝝ de fine
qui eſt finis quodāmō . ¶ Ad illud qd̄ obr̄
de animalibus nō ualētib⁹ ad eſū ⁊ ueſtimē
tum rñderi pōt ꝙ illa fecit dñs qꝛ ꝓuidit ho
minē lapſurū. eſto tñ ꝙ non laberetur. non
tñ eēnt fruſtra. haberent enim preter releua
tionē indigentie quadruplicē utilitatē. ſicut
determinatū eſt ſ. ¶ Ad illud qd̄ obr̄ de be
ſtijs que ſunt ɔ̄ hominē dicendū. ꝙ homine
ſtante nulla animalia ipm̄ offenderent. ſed
omnia ſibi māſueta eēnt. ſicut aliqñ diutno
imperio fere crudeliſſime ſanctis dei man-
ſuete facte ſunt. ut leones danieli. ꝙ autem
noceant uel offendant. hoc eſt ꝓpter pecca-
tū hominis non ꝓpter nouā potentiā eis da
tam. ſꝫ propter dignitatis ꝓſidentiā ab ho
mine amiſſam. vñ ſicut oculus ſanus a ſole
non leditur. ſꝫ cū efficitur lipp⁹ ſtatim offen
ditur. nō propter mutationē factaꝫ in ſole
ſed in oculo. ſic in propoſito intelligi pōt.
¶ Ad illud qd̄ obr̄ ꝙ homine ſtante non
debuerunt fieri animalia mortalia. dicendū
ꝙ ſicut animalia ſua uita habitationem ho
minis decorant ⁊ ornant. ſic etiam morte
ſua ex ſucceſſione faciunt ad uniuerſi deco
rationem. ⁊ ſicut animalia ſe inuicē iuuātia
ſunt ratio ſapientie excogitande. ſic etiam
animalia ſeſe offendentia ⁊ de carnibus ali-
orum nutrimentum ſumentia. quia illa

corruptio aerẽ hominis non inficeret. q̇ eiꝰ odoratũ offenderet. ſed potiꝰ q̄dã ſucceſſione ⁊ ordine dum animalia ſibi ſuccederent uniuerſum decorarent. tanq̄ȝ pulcherrimum carmen in quo ſimili ſuccedit ſimile. ¶ Similiter dũ beſtia aliud animal comedendo occideret in hoĩs habitatõe diſcordiã nõ faceret. ſȝ potiꝰ occaſionẽ eruditiõis hoĩ p̄beret. ⁊ hoc eſt qđ dic̃ augꝰ. iij. ſup geñ. ad lraȝ. Nimiꝝ alie beſtie cibi ſunt aliorũ. nec recte poſſumus dicere nõ eẽnt alie quibus alie ueſcerent. hñt. n. oĩa q̄diu ſunt mẽſuras numeros ⁊ ordines ſuos. que cuncta merito ꝯſiderata laudantur. nec ſine occulta ꝓ ſuo gñe moderatione pulchritudinis tp̄alis ex alio in aliud trãſeũdo mutãtur. ⁊ certe oĩbꝰ talibus inferioris creature motibus p̄bent homini ſalubres ãmonitões. deinde planiꝰ exemplificat. ⁊ ex his pȝ rñſio ad obiecta.

Secundo queritur de ordine ꝓductionis ſenſibiliũ q̄ſtũ eſt ex parte tp̄ris. ⁊ dicit ſcriptura q̄ꝫ uolatilia ⁊ natatilia facta ſunt in uno die. ſ. v. greſſibilia ṽo cũ hoĩe facta ſunt die altero. ſ. vj. ¶ Contra iſtũ ordinẽȝ primo obĩ ex p̄te ipoꝝ aĩaliũ ſenſibiliũ in ſe. ſcđo ṽo in ꝯpatõe ad hoĩem. ¶ Contra primũ obĩ ſic. Uno die fuerũt omnia elemẽta diſtincta. nõ ſolũ aer ⁊ ignis. ſȝ etiã aq̃ ⁊ terra. ergo pari rõne a ſũmo opifice debent fuiſſe ornata. ergo in uno die debuit fieri ornatus aeris ⁊ aque ⁊ terre. ¶ Itẽ diſtinctio dierũ fit penes diuerſitatẽ opuȝ. ergo ſi tria ſunt elemẽta que ornãtur ex aĩalibus. ⁊ tria ſunt gñа aĩaliũ. ſ. uolatilia natatilia ⁊ greſſibilia. uidetur q̄ꝫ ꝓduci debuerunt ſaltẽ ĩ tribꝰ diebus. ¶ Itẽ terra prior oĩbus ꝓducta eſt. ergo prior omnibus debet eẽ ornata. ergo aĩalia que terrã ornãt prius ꝓduci debuerũt q̄ȝ illa que ornãt aquã uel aerẽ. ¶ Itẽ cum producantur aĩalia ornãtia elemẽta. aut ꝓducuntur ſm ordinẽ dignitatis. ut incipiatur a ſupmo. aut ſm ordinẽ aſcẽſionis. ut incipiat ab infimo. Si primo modo. ergo deberet fieri prius ornatus ignis q̄ȝ aeris. Si ſcđo modo. ergo prius deberet fieri ornatꝰ terre q̄ȝ aque. quoꝝ utruȝq̄ȝ repugnat ſacre ſcripture ⁊ ordinatõi ꝓductõis prius determinate. q̄ſtũ ad ꝓductões ipoꝝ aĩaliũ. ¶ Iteȝ obĩ ꝯ ordinẽ ꝓductõis aĩaliũ in ꝯpatione ad hoĩeȝ. homo enim plus ꝯuenit cum angelis q̄ȝ cuȝ beſtijs. ergo magis debuit ꝓduci eodeȝ die cum angelis q̄ȝ eodẽ die cũ beſtijs. ergo ꝓductio hominis ⁊ beſtiaꝝ non recte facta e ĩ eodem die. ¶ Item plus ꝯuenit irrõale cuȝ irrationali q̄ȝ cum hoĩe ſiue rationali. ergo magis ꝯpetens fuit in eodeȝ die producere omnia animalia irrõnalia q̄ȝ ſimul ꝓducere hominẽ ⁊ bruta. ¶ Item principalius opus debet primo fieri. ſed homo principaliꝰ opꝰ fuit. vj. diei. ergo debuit ante fieri q̄ȝ fierẽt ſenſibilia ſiue bruta. quod eſt ꝯtra ordineȝ ſacre ſcripture. ¶ Item poſterius magis indiget priori q̄ȝ econuerſo. ſed bruta animalia magis indigebant hoĩe q̄ȝ homo indigeret eis ſm illuȝ ſtatũ. ergo ante debebat homo produci q̄ȝ illa in eſſe ꝓdirent. ¶ Rñ. dõȝ q̄ꝫ in ꝓductione ſenſibiliũ duplex attenditur ordo. unus. ſ. ſm diſtinctionẽ diei a die. alius. ſ. ſm ordinem eoꝝ que eodem die ꝓducta ſunt. Primus aũt ordo attẽditur ſm exigẽtiam finis ⁊ materie. ⁊ q̄ꝛ uolatilia ⁊ natatilia ex aquis producta ſunt. ꝓut aqua ꝯmuniter accipitur ad humoreȝ ⁊ uaporẽ. ⁊ ſunt ad ornatũ nature perſpicue. ideo ſacra ſcriptura dicit ea facta eſſe uno die. Quia uero greſſibilia non ſoluȝ rõnabilia ſed etiaȝ irrõnabilia ad ornatũ terre ſpectant. ⁊ ex eadeȝ materia ſunt ꝓducta. ſ. terra. iõ non in eodẽ die ſȝ alio a p̄dictis facta ſunt. ita q̄ꝫ ſicut in uno die ornata eſt natura celeſtis. ſ. quarto. ſic uno die ornatur natura elemẽtaris pſpicua. ſ. quinto. ⁊ alio terra. ſ. ſexto. ⁊ ſicut natura celeſtis p̄cedit elementarẽ pſpicuã. ⁊ pſpicua opacã. ſic haꝝ naturaꝝ ornamẽta ſut ordine tp̄is corrñdẽte producta. Scđs autẽ ordo qui eſt inter ea que ꝓducta ſunt eodeȝ die attenditur ſm p̄cellentiã pfectionis nature. prius enim producitur quod impfectũ eſt ⁊ deinde quod perfectum. quia hic eſt ordo ut a minꝰ ꝯpleto perueniatur ad magis ꝯpletũ. ⁊ ideo ſcriptura prius dicit eſſe ꝓducta natatilia die quinto que ſunt minus pfecta q̄ȝ uolatilia. ⁊ ſimiliter ĩ ſexto die priꝰ dicit eſſe producta irrationabilia q̄ȝ hominẽ ¶ Q̄uis multiplex aſſignari poſſit ratio quare homo poſt creaturas ceteras eſt productus occurrit autem triplex ratio ad preſens.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ independens a creaturis omnibus. et hoc
repreſentat angelicus ſpūs dum eſt a corpe
ſm actum ⁊ aptitudinē ſeparatus. et ꝓ tãto
dicitur eē ſubtilior. et in eo a Greg. imago
diuinitatis eſſe expreſſior. Et ſic patet ꝙ
quãtū ad ↄuenientiã ꝓportionis que eſt de
eſſentia imaginis inter hominē et angelum
poteſt eſſe equalitas. quantū uero ad illam
que eſt de bene eſſe ſe habent ſicut excellē-
tia ⁊ exceſſa. ¶ Ex ꝑdictis ergo patet re
ſponſio ad queſtionē ꝓpoſitam. cum enim
queritur utrum principalius uel expreſſius
ſit imago dei in angelo q̄ʒ in anima. rñden
dum eſt ꝙ quantum ad aliquid eſt eque pri
cipaliter. quantum ad aliquid magis prin-
cipaliter. quantū ad aliquid minus. ſicut ex-
planatū eſt. Et in hoc patet rñſio ad rõnes
ad utrãq; partē que procedunt ſm diuerſas
uias ſm quas ueritatem poſſunt ↄcludere.
quia non habent oppoſitionē. ¶ Illud tamē
quod obr̄ de maiori capacitate dici poteſt
ꝙ non cogit. angelus enim capacitatē habꝫ
gratie in ↄparatione ad ſurſum in qua ↄpa
ratione non excedit naturam mentis huma
ne. ꝙ autem natura angelica dicatur exce-
dere humanam. hoc eſt in cõparatione ad
corpus ad quod non habet inclinationē ſm
ꝙ anima. et ideo maioritas dignitatis in na
tura angelica reſpectu anime non facit ad
excellentiã imaginis ſiue illius capacitatis
que eſt in natura humane mentis ſm ꝙ ani
ma eſt capax dei. ¶ Similiter nec illud qḋ
ſequitur cogit. quia maior uiuacitas memo
rie uel intelligentie potius facit ad intenſio-
nē ſimilitudinis q̄ʒ ad maiorez imaginis ex
preſſionē. ſimilitudo enim conſiſtit in pro
prietatibus naturalibus. imago uero in ori-
gine ⁊ habitudine. et quãuis potentie in an
gelis ſint uiuaciores q̄ʒ in animab⁹. et ideo
ſimiliores deo. eundem tamen habent ordi-
nem ⁊ habitudinē ſicut oſtenſum eſt ſupra.
Unde magis ꝓprie conceditur ꝙ angelus ſit
deo ſimilior q̄ʒ homo. q̄ʒ poſſit concedi ꝙ
angelus ſit magis imago. et hoc uult dicere
auctoritas Gregorij. ¶ Rationes uero ad
oppoſitum procedunt ⁊ concludunt maio-
rem expreſſionem quantum ad illud quod
ē accñtale imagini excepta illa q̄ fundat ſup
unionē ad quā oõꝫ. ꝙ ñ cogit ꝓ eo ꝙ ſubã

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̃ minus capax eſt gr̃e per naturã põt effici magis capax per aliquã grãm gratis datã ꝫ que diſponit ⁊ ampliat capacitatem nature ad ſuſceptionem gratie gratum facientis. vnde eſto ꝙ natura angelica magis eẽt capax gr̃e humana natura ſcḋm naturalẽ potẽtiã ſicut uidetur rõabilr̃ eẽ ponẽdũ ut natura angelica ſit excellẽtior. ⁊ excellẽtiori nature debeatur excellẽtior potẽtia ⁊ capacitas. nihilominꝰ tñ p aliqḋ donũ diuinitꝰ ſibi gratis datũ põt eleuari, capacitas aĩe uſqꝫ ad capacitatẽ angeli ⁊ quodãmõ ampliorẽ. nã donuꝫ gr̃e gratis date diſponit ad gr̃aꝫ gratũ facientẽ. et ſic poſſibile ẽ fuiſſe in xp̃o ⁊ beata uirgine. Et ſic patẽt obiecta ad utrãqꝫ ptẽ.

SEcũdo q̃ritꝰ utrũ pricipalꝰ ſit imago in maſculo q̃ꝫ in femina. Et ꝙ ſic uidetur. i. Cor. xj. Uir ẽ imago ⁊ gl̃ia dei. Hoc aũt ut dixit apl̃s ſepat uirũ a muliere. ergo aut mulier non ẽ imago. aut ſi eſt imago nõ ẽ ita exp̃ſſa ſicut uir. Itẽ glo. ibidẽ. Ad imaginẽ dei factꝰ eſt uir ñ mulier. ſꝫ hoc nõ ẽ dictũ ꝙ mulier nullo mõ ſit ad imaginẽ fcã. ergo dictũ ẽ qꝛ minꝰ eſt ad imaginẽ q̃ꝫ uir. Itẽ qꝛ homo eſt ad imaginẽ unibilis eſt nature diuine. ſꝫ magis fuit unibilis i ſexu maſculino q̃ꝫ feminino. ergo magis eſt imago uir q̃ꝫ mulier. Itẽ qꝛ hõ eſt imago dei oĩbus eſt p̃latus ſiue p̃poſitꝰ ſcḋm ꝙ inuitur i textu Gen. i. Faciamꝰ hoĩeꝫ ad imaginẽ ⁊c̃. et ſubditur. et p̃ſit piſcibꝰ ⁊c̃. ergo ſi p̃ſidere nõ ꝯuenit hoĩ in ſexu femineo ſꝫ in maſculino uidetur ꝙ imago excellentiori mõ ſit in maſculino ſexu q̃ꝫ in feminino. Contra. Gen. i. Creauit deꝰ hoĩeꝫ ad imã. ⁊ ſimili. ſ. maſculũ ⁊ feminã creauit illos. ſi ergo mulier creata eſt ad imaginẽ dĩ ⁊ ad equalitatẽ uiri ſicut inuit formatio eius de latere. et rõ etiã quare formata eẽ dr̃. faciamꝰ adiutoriũ ſimilẽ ſibi. uidetur ergo ꝙ i uiro ⁊ in muliere equalr̃ repiatur rõ imagis. Itẽ imago attẽditur in hoĩe q̃ꝫtũ ad ſup̃mũ aĩe. et in ſup̃mo aĩe nõ eſt diſtinctio aliq̃ ſcḋm ſexũ. ergo ſiue homo ſit mulier ſiue uir equalr̃ eſt imago. Itẽ ſexꝰ nõ uariat ſpẽꝫ. ergo uir ⁊ mulier ſunt eiuſdẽ ſpẽi. ſꝫ imago ꝯſeq̃tur hoĩeꝫ quãtũ ad formã ſpẽi. nõ q̃ꝫtũ ad formã indiuidui. ergo equalr̃ eſt in uiro ⁊ muliere. Itẽ imago creatõis ordinatur ad imaginẽ recreatõis ſiue gratificatõis. ſed imago recreatõis que ꝯſiſtit in gr̃a ⁊ v̓tutibus ita excellẽter põt eẽ i muliere ſicĩ uiro. ergo pari rõe ⁊ imago creatõis in qua ꝯditꝰ eſt homo. R/. Ad predcõꝝ intelligentiaꝫ eſt notandũ ꝙ ſicut ex p̃cedẽtibꝰ pꝫ. imago quãtũ ad ſuũ eſſe principalr̃ ꝯſiſtit in aĩa ⁊ eiꝰ potentijs. ⁊ his potiſſime ꝑut hñt ad deũ ꝯuerti. et quãtũ ad hoc nõ eſt diſtinctio maſculi ⁊ femine. ſerui ⁊ liberi. iõ imago quãtũ ad id quod eſt de ꝯplemẽto eius ⁊ de eiꝰ eſſe nõ magis repitur in uiro q̃ꝫ in muliere. q̃ꝫtũ aũt ad bñ eſſe ſiue ad clariorẽ expreſſioneꝫ ꝯſiſtit magis in aĩa ſcḋm ꝙ ad corpus hꝫ ordinẽ ⁊ habitudinẽ. Et qm̃ ex parte corporis ẽ ſexuũ diſtinctio. ⁊ ſcḋm ſexuũ diſtinctionẽ maior eſt repñtatio ſiue quãtũ ad rõeꝫ p̃ſidẽdi ſiue quantũ ad rõeꝫ principandi. qꝛ uir ẽ caput mulieris ⁊ uir pricipiũ mulieris. ⁊ nõ uir propter mulierẽ ſꝫ mulier ꝑpter uirũ. quãtuꝫ ad hũc utiqꝫ modũ excellẽtiori mõ reperitur imago in ſexu maſculino q̃ꝫ feminino ñ rõe eius qḋ eſt de eſſe ipiꝰ imaginis. ſꝫ rõe ipiꝰ quod adiacet. Et ſcḋm hoc ſatis plane põt ad obiecta rñderi. Rõẽs aũt oñdẽtes ꝙ nõ magis eſt imago uir q̃ꝫ mulier ꝓcedunt de imagine quãtũ ad ſuũ ꝓrimũ eẽ ſicut intuẽti pꝫ. Rõnes v̓o ad oppoſitũ ꝓcedunt de imagine quãtũ ad accñtalẽ ꝓprietatem. ſiue per relationẽ ad corpus. Ad illud autem quod dicit apoſtolus ⁊ glo. ꝙ uir eſt imago ⁊ gl̃ia dei. dicendũ ꝙ uir accipitur methaphorice pro ſuperiori parte rõnis ⁊ mulier pro inferiori. ſicut exponit Aug. xiij. de tri. Et ſi tu obijcias ꝙ apoſtolus loquitur ibi de uiro ⁊ muliere ad lr̃am. dicẽdũ ꝙ loquitur de eis nõ ſcḋm ſe. ſed ſcḋm ſignificatõeꝫ. uir enim quia fortis eſt. ⁊ preſidet mulieri ſuperioreꝫ portionẽ rõis ſignificat. mulier uero inferiorem. vnde etiam eſt in matrimonio ꝙ uir ſignificat deũ ⁊ mulier ſignificat eccleſiã ſiue animã. hoc autem eſt rõne uirilitatis ex pte una. ⁊ infirmitatis ⁊ fragilitatis ex altera. q̃ non reſpiciunt imaginem ſcḋm ſe. ſed rõne corporis ãnexi. et ita non eſſentialiter ſed accidentaliter.

TErtio queritur utrum imago principalius ſit in cognitiua q̃ꝫ in motiua ſiue affectiua. et ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

principalius ſit in cognitiua uidetur ꝑ illud
qḋ dicit Aug. imago eſt in potẽtia cogitãdi
et ſimilitudo in potẽtia diligẽdi. ſʒ hoc nõ ē
dcm̄ ꝙ oio ſit i potentia cogitãdi. ergo di-
ctũ ē ꝙ pricipaliꝰ ē ibi. ¶ Itẽ imago primo
⁊ pricipalr̄ ↄuenit ipo v̄bo etno. ergo ei pri
cipalr̄ magis ↄuenit qḋ illi uerbo etno rn̄dʒ
hoc aũt ē ipa itelligentia q̄ eſt i ipa potentia
cognitiua. ergo ⁊c̄. ¶ Item imago ↄſiſtit in
memoria itelligẽtia ⁊ uolũtate. ſʒ due iſtaꝝ
potẽtiaꝝ. ſ. memoria ⁊ itelligentia tenent ſe
ex pte cognitiue. ergo ⁊ imago plus ſe te-
net ex pte cognitiue q̄ȝ affciue. ſʒ afficiue eſt
unire. ⁊ cognitiẽ diſtiguere. ergo imago pri
cipaliꝰ reſidet penes cognitiuã q̄ȝ penes affe
ctiuã. ¶ Contra. Imago reformatõis rn̄dʒ
imagini creatõis. ſʒ imago reformatõis que
q̇dẽ eſt grã pricipaliꝰ ē i affciua q̄ȝ i cogniti-
ua. ergo ⁊ imago creatõis. ¶ Iteʒ i eo prici
palr̄ ↄſiſtit res i quo ↄſiſtit eius ↄplemẽtuʒ.
ſʒ imago ↄpletur i uolũtate. ⁊ uolũtas ſe te
net ex pte affciue. ergo ⁊c̄. ¶ Itẽ imago eſt
nobiliſſimũ i aia. ergo ↄſiſtit penes id qḋ ē
i aia nobiliſſimũ. ſʒ libeꝝ arbitriũ ſiue uolun
tas ē nobiliſſimũ, qḋ ſit i aia. ergo pricipalr̄
ↄſiſtit imago penes ar. libertatẽ ſiue uolun-
tatẽ. hoc aũt pricipalr̄ reſpicit affciuã. ergo
⁊c̄. ¶ Itẽ ſimilitudo i plus eſt q̄ȝ ſit imago.
nõ. n. quelʒ ſıl̄itudo eſt imago ſed ſıl̄itudo
exp̄ſſa i quadã ↄfiguratõe ⁊ imitatõe. ergo
ubicũqȝ eſt imago eſt ⁊ ſimilitudo. ergo ubi
pricipalr̄ eſt imago pricipalr̄ eſt ⁊ ſimilitudo
Sed ſimilitudo nõ ē pricipalr̄ penes cogniti
onẽ ſʒ penes affcõeʒ cũ ſimilitudo ſit in gra
tuitis que maxime reſpiciũt potẽtiã affecti
uã. ergo pari rõe imago. ¶ Iuxͣ hoc q̄ritur
que ſit dn̄a inter imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ. cũ
.n. in plus ſit ſimilitudo q̄ȝ imago ſicut oſtẽ
dit Aug. in li. lxxxiij. q. et ſupius nõ debeat
ↄnumerari ſuo iferiori. v̄r ꝙ male dr̄ homo
fcũs ad ima. ⁊ ſimili. ¶ Itẽ cũ due ſint potẽ
tie ex parte affcõis. ſ. iraſcibilis ⁊ ↄcupiſcibi
lis. ſicut due ex parte cognitõis. ſ. memo-
ria ⁊ intelligentia qḋ eſt quare in rõne ima-
ginis potius accipiuntur due potẽtie ex pte
cognitiue ⁊ una ex parte affectiue. uidetur
enim ꝙ potius deberet eſſe econuerſo cum
tres v̄tutes theologice que reformant ima-
ginem anime ſic in ea ponantur ut due ſint

ex parte affciue. ſ. ſpes ⁊ caritas quarũ una
eſt in iraſcibili ⁊ altera in ↄcupiſcibili. ⁊ una
ex parte cognitiue. ſ. fides que ↄmuniter po
nitur in rõnali. ¶ R. dd̄ ꝙ de prima nomis
impoſitõe differt imago ⁊ ſimilitudo. ima-
go enim nominat ↄformitatẽ i q̄ȝtitate. ſimi
litudo uero ↄueniẽtiã in qualitate. Imago
enim nominat quãdã ↄfiguratõeʒ. ⁊ ita im-
portat figurã que eſt quantitas in qualitate
uel qualitas in quãtitate. Similitudo enim
dicitur rerum differentiũ eadẽ qualitas. Ex
hac autem primaria differẽtia triplex ↄſue-
uit aſſignari modus diſtiguẽdi inter imagi-
nem ⁊ ſimilitudinẽ. cum dicitur. faciamꝰ ho
minẽ ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ. ¶ Primus
eſt quem dicit Hugo. ꝙ ſimilitudo reſpicit
naturã. ⁊ imago reſpicit figurã. q2 ſimilitu-
do dicit ↄuenientiã i qualitate naturali. Ima
go uero ↄuenientiã in diſtinctõe figurali ad
modũ cuiuſdã trianguli in quo ſunt tres ter
mini ⁊ tres linee. quia tres ſunt potẽtie q̄rũ
quelibet habitudinẽ habet ad quãlibet. et ſi
militer tres perſone. et potentia uel pſona
tenet rõneʒ termini. habitudo uero uel ema
natio tenet rõnem linee. ¶ Secũdus modꝰ
diſtinguendi eſt ꝙ imago eſt in naturalibus
et ſimilitudo in gratuitis. qui ſimiliter habʒ
ortũ ex illa prima differẽtia. Quia eni ima
go dicit ↄfiguratõeʒ et illa attenditur ex pte
naturaliũ potẽtiaꝝ anime. ſ. memorie intelli
gentie ⁊ uolũtatis. hinc eſt ꝙ imago eſt i na
turalibus. Quia uero ſimilitudo dicit ↄueni
entiã que ortũ hʒ a qualitate ⁊ qualitas in q̄
aia ſıl̄atur deo hec ē grã. iō ſimilitudo dr̄ in
gratuitis eẽ. ¶ Tertius modus diſtiguendi
ē ꝙ imago eſt in potentia cognoſcẽdi. ⁊ ſi-
militudo i potentia diligendi. et iſte modus
hʒ ſimilr̄ ortũ ex dn̄a prima. quia eniʒ ima
go ↄſiſtit in ↄuenientia ſm̄ ↄfiguratõem. et
ↄfiguratio attenditur in origine. habitudine.
⁊ potentiaꝝ diſtinctõe. et hec origo ⁊ habi-
tudo principalr̄ reſidet ex parte cognitiue.
ideo imago principaliꝰ ponitur in cognitiua
Similitudo v̄o dic̄ ↄueniẽtiã in qualitate. et
quia qualitas in qua principalr̄ aſſimilatur
anima deo ē i uolũtate ſiue in affcõe. hinc ē
ꝙ ſıl̄itudo poniť pricipalr̄ i potẽtia affciua.
et inde eſt ꝙ in imagine creationis due ſunt
potentie ex parte cognitiue. ſ. memoria et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

intelligentia. et una ex pte affcīue. ſ. uolūtas
Ecōtra vō in imagine recreatōis q̄ quidez
ↄſiſtit in grā due uirtutes ſunt ex pte affe-
ctiue. ſ. ſpes ⁊ caritas. ⁊ una ex pte cogniti
ue. ſ. fides. Imago. n. principalr̄ reſpicit ori
ginē ⁊ habitudinē. habitudo aūt ⁊ origo at-
tenditur int̄ memoriā ⁊ intelligētiā p modū
parētis ⁊ plis. et inter hec duo ⁊ uolūtatē ꝑ
modū deriuatōis ſiue pceſſionis. inter iraſci
bilē vō ⁊ ↄcupiſcibilē nec eſt talis ordo nec
origo. cū motus iraſcibilis poſſit eē ſine cō
cupiſcibili ⁊ ecōuerſo. mot⁹ aūt uolūtatis nō
pōt eſſe ſine motu intelligētie p̄uio. nec act⁹
ſitr intelligētie ſine actu memorie. in his di
co q̄ ſunt de rōe imaginis. iō in aſſignatiōe
imaginis duo ſumūtur mēbra ex pte cogni
tiue. ⁊ unū ex parte affectiue. hoc. n. exigit
ordo ⁊ origo ⁊ diſtictio. Et ppterea imago
principalius eſt in cognitiua q̄ȝ in affectiua.
Similitudo uero principali⁹ ↄſiſtit in uniōe
aīe ad deū que quidē eſt p grāz. et qm̄ unio
⁊ grā principalr̄ reſpiciūt affectiuā. hinc ē ꝙ
in imagine recreatiōis q̄ quidē ē i gratuitis
due ſunt v̄tutes q̄ reſpiciūt affectiuā. ſ. ſpes
⁊ caritas penes duas uires. ſ. iraſcibilē ⁊ cō
cupiſcibilē. una uero q̄ reſpicit cognitiuā. ſ.
fides q̄ reſpicit rōalē. q̄ȝuis ⁊ ſpes reformās
iraſcibilē p ↄñs reformet memoriā cū ↄue-
niāt in actu qui eſt tenere. ¶ Fm hoc ergo pla
nū eſt rn̄dere ad q̄ſtionē ⁊ ad obiecta. ↄcedē
dū. n. ē de plano ꝙ imago principalr̄ reſpic̄
cognitiuā. ↄcedēde ſunt etiā rōes q̄ hoc p-
bant. ¶ Ad illud vō qd̄ obr̄ de imagine re
formatōis dō ꝙ nō ualȝ. q̄ꝛ imago reforma
tiōis poti⁹ ē ſimilitudo q̄dā q̄ȝ ſit imago. ſi
. n. pprie eēt imago capax dei ⁊ eēt imorta
lis. nūc aūt nō ē ſic. ⁊ iō q̄ꝛ imago recreatōis
poti⁹ ē ſilitudo q̄ȝ imago. magis principalr̄
reſpicit potētiā affectiuā q̄ȝ cognitiuā. q̄ȝuis
informet tā cognitiuā q̄ȝ affectiuā. ¶ Ad il-
lud qd̄ obr̄ ꝙ ↄplemētū imaginis ē in uolū-
tate. dō ꝙ etſi uolūtas ultima ſit in imagie
nō tn̄ ſe hȝ p modū ↄplemēti in rōe imagis
Imago. n. dicit ordinē ⁊ originē in potētijs.
ſicut ē i pſonis. ⁊ queādmod̄ tertia pſona n̄
ponitur aliaꝝ ↄpletiua nec alias ↄplere. ſed
poti⁹ ab eis recipe. ſic uolūtas put ē ps ori-
ginis poti⁹ ↄſideratur in rōe egredietis q̄ȝ in
rōe ↄpletiē. et q̄ꝛ prima rō originis ē p mod̄ .

nature q̄ q̄dē ↄſiſtit in ortu itelligētie ex me
moria. hic ē ꝙ imago pricipali⁹ reſpic̄ cogni
tiuā q̄ȝ affciuā. ¶ Ad illō qd̄ obr̄ ꝙ imago
ↄſiſtit penes nobiliſſimū i aīa. dō ꝙ nobiliſ-
ſimū i aīa duplr̄ pōt accipi. uel ꝑ diſtictōs po
tētiaꝝ. ſ. affciue ⁊ cognitiue. uel ꝑ ↄditōez ſta
tuū. ſ. ſupioris portōis ⁊ iferioris. Cū ergo
dr̄ ꝙ imago ↄſiſtit penes nobiliſſimū. hoc
intelligit̄ q̄ȝtū ad ſtatū i ſupiori pte. nō q̄ȝtū
ad potētias. q̄ꝛ imago ↄplectit̄ tā affciuā q̄ȝ
cognitiuā. cū utraq̄ȝ nāte ſint imediate ferri
i deū. ¶ Ad illud qd̄ obr̄ ꝙ ſilitudo ē i plus
q̄ȝ imago. dō ꝙ ſilitudo ſi accipiat̄ i ſua ge
neralitate i plus ē. ſi vō accipiat̄ pprie ſicut
accipitur i pposito. n̄ ē i plus. imo diſtinguit̄
ab imagine. ita ꝙ ⁊ſi utraq̄ȝ tā affectiuā q̄ȝ
cognitiuā reſpiciat imago. tn̄ principali⁹ re-
ſpicit cognitiuā. ⁊ ſilitudo affciuā. ⁊ rō iam
dcā ē. et p hoc pȝ rn̄ſio ad illa duo q̄ q̄rebāt̄

In pte iſta ſt̄ dubitatōes circa lrāz
⁊ primo q̄rit̄ de rōe quā reddit ma
giſter cū ait. In eo ꝙ dic̄ faciam⁹
una opatio triū pſonaꝝ oñdit̄. Cū. n. īdiuiſa
ſint opa trinitatis. ⁊ tres pſone ita opate ſit
ſit̄ oia alia. ſic fecerūt hoiez queādmod̄ i p-
ductōe hois dr̄ faciam⁹. ita deberet dici i p-
ductōe alioꝝ. ¶ Itē q̄re i pductōe hois utit̄
legiſlator v̄bo prime pſone. ſ. faciam⁹. in p
ductōe alioꝝ v̄bo tertie pſone. ſ. dixit ⁊ fec.
¶ Iux̄ hoc ēt ē qd̄ q̄re diſtiguit int̄ pductōz
hois ⁊ beſtiaꝝ. cū in eodē die pducta ſint ad
ornatū eiuſdē elemēti. ¶ R. dō ꝙ i pducti
one hois nō tm̄ erat manifeſtatio trinitatis
i ueſtigio ſȝ ēt ꝑ imaginē. iō trib⁹ pſonis plr̄
attribuit̄ pductio hominis. ut oñdat̄ ꝙ i hoie
trinitas repn̄tat̄ expſſe. i alijs vō inſinuatur
trinitas quoquo mō. ſȝ nō ita explicite. ⁊ q̄ꝛ
rō imagis nō ↄuenit niſi pſone q̄ pōt loqui
p ſe. iō i pductōe ei⁹ utitur v̄bo prime pſone
Et iteꝝ q̄ꝛ hec creatura p̄cellit alias i gradu
⁊ dignitate. iō pductōez hois diſtinguit a p
ductōe beſtiaꝝ. lȝ ppter ↄueniētiā in ornādo
terrā in op⁹ uni⁹ diei ↄueniat. Et ſic pȝ rn̄ſio
ad q̄ſita. ¶ Itē q̄rit̄ de hoc qd̄ dicit. Dei et
angeloꝝ nō ē una ⁊ eadem imago. ¶ Cōtra
hoc eſt. q̄ꝛ cū angelus ſit imago dei. qd̄ ↄfor
matur angelo p ↄñs ↄformatur dō. ergo qd̄
ē imago angeli ē dei. ¶ Itē unū op⁹ pōt eſſe
dei ⁊ angeli. ergo pari rōe vr̄ ꝙ eadē imago

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ R℞. dõ ꝙ qñ imago dicit ordinẽ ad illud q̃ ẽ imago tãq̃ in finẽ ⁊ ordinẽ imediatũ. cũ impoſſibile ſit deũ ⁊ angelũ eiuſdẽ rei eſſe finẽ imediatũ ⁊ ultimũ. impoſſibile eſt eãdẽ imaginẽ eſſe angeli ⁊ dei. q꞉ ṽo deus cooperatur angelo. ⁊ omne quod ẽ ab angelo ẽ a deo. iõ poſſibile ẽ unum opus ſimul eſſe ⁊ angeli ⁊ dei. Nec ualet illud qḋ obijcit. ꝙ ſi aliquis repñtat angelũ ꝑ ↄñs repñtat deũ. q̃uis. n. iferri ualeat ꝙ creatura q̃ repñtat angelũ repñtat deũ mediate. nõ tñ põt inferri ꝙ repñtat imediate. ¶ Item q̃ritur de hoc qḋ dicit. Fuerũt nõnulli q̃ ita diſtinxerũt. ꝙ in hoc loco imaginẽ intelligerẽt filiũ. Quos etiã ↄueniẽter rep̃hendit. uidetur. n. ꝙ ↄueniẽter dixerint. per illud cum dr̃ Ro. viij. Quos p̃deſtinauit ↄformes fieri imaginis filij ſui. ¶ Itẽ ꝙ ita oporteat intelligi uidetur. Aut. n. imago ſtat ibi ꝓ re creata. aut ꝓ re increata. Si ꝓ creata. ergo idem eſt dicere. faciam⁹ hoĩez ad imaginẽ. qḋ faciam⁹ hoĩez ad ſeipꝫ. Si ꝓ increata. ſꝫ illa nõ ẽ niſi fili⁹. ergo uidetur ꝙ expoſitio illa ſit recta. Propter hoc q̃ritur q̃ iſtaꝝ expoſitiõuꝫ q̃ magr̃ aſſignat in lr̃a ſit tenenda. ¶ R℞. dõ ꝙ duplex ẽ modus exponẽdi iſtã auctoritatẽ. faciam⁹ hoiem ⁊c̃. Un⁹ intelligẽdo de imagine increata. alter uero intelligẽdo de imagine creata. Prim⁹ modus triplicatur. Un⁹ eſt ut imago ⁊ ſimilitudo referãtur ad ideꝫ. ſ. ad eẽntiã in trib⁹ ꝑſonis. Secũdus modus eſt ut imago ⁊ ſimilitudo referatur ad idem. ſ. ad ꝑſonã filij. Terti⁹ modus exponẽdi ẽ ut imago referatur ad filiũ. ⁊ ſimilitudo ad ſpũm ſcm̃. ita hos oẽs modos ponit magr̃. quos tñ nõ approbat. ſꝫ ſuſtineri poſſint. Primũ. n. arguit de improprietate. q꞉a diuina eẽntia nõ eſt ꝓprie imago. Scḋm de falſitate. q꞉ fili⁹ nõ eſt imago nr̃a. et de hoc etiã qḋ dicit ꝙ homo non eſt imago ſed ad imaginẽ. Tertiũ arguit de incertitudine. q꞉ auctoritatẽ ex ſcriptura non habet. ¶ Ali⁹ modus exponendi eſt de imagine creata. ⁊ iſte triplex. Unus qui ſic exponit. ut imago precedat ſimilitudinem. et dicit ꝙ imago ẽ in naturalibus. et ſimilitudo in gratuitis. Secundus qui ſic exponit. ut ſimilitudo cõcomitetur imaginẽ. et iſte eſt ꝙ imago ſit ĩ potentia cognoſcendi. ſimilitudo in potẽtia diligendi. ¶ Tertius modus qui ſic exponit. ut imago ſequatur ſimilitudinẽ ꝑ reꝫ. ⁊ iſte dicit ꝙ ſimilitudo eſt in natura ⁊ imago in forma. Omnes hos modos approbat magiſter ⁊ ſuſtinet. ⁊ ſatis uidetur ꝓbabile ꝙ ſcriptura de imagine creata intelligat. q̃uuis ⁊ poſſit intelligi de increata. Nõ uez eſt. n. ꝙ homo p̃deſtinatus eſt ut ↄformetur imagini filij dei. nec ideo magr̃ illã poſitõez redarguit ꝙ hoc non ſit uez. ſed quia illa imago non poteſt ꝓprie dici noſtra. uel etiã quia nõ ſolũmõ filius eſt imago ſed etiã homo. cui⁹ ↄ̃riũ dicebatur in illo modo exponendi. ¶ Ad illud uero quod obr̃ ꝙ imago non põt ſtare ꝓ creata imagine. dõ ꝙ imo. quia imago accipitur ꝓ inabſtractõe. et ſic poteſt dici homo fieri ad imaginẽ. ſicut tabula dr̃ fieri ad imaginẽ quãdo imprimitur imago herculis. Hinc ẽ ꝙ homo nõ tm̃ ẽ imago. ſed etiã ad imaginẽ. quia non ſm̃ omne qḋ ẽ ẽ imago. imo differt ab imagine. filius uo ſm̃ omne qḋ ẽ ẽ imago p̃ris. et iõ ſoluꝫ eſt imago non ad imaginẽ. ¶ Itẽ queritur de hoc qḋ dicit. Nõ omnino equalis fiebat illa imago tãq̃ non ab illo nata ſꝫ ab eo creata. Qḋ. n. creatur non eſt per naturam ſꝫ per artem. ſed quod eſt per artem non uniuocatur cum eo quod per naturã. imo equiuocatur. Ergo equiuoce dicitur imago de filio dei et de homine. ¶ R℞. dõ eſt ꝙ imago de filio dei ⁊ homine nec dicitur equiuoce. nec dicitur uniuoce ſꝫ analogice ſm̃ prius ⁊ poſterius. ¶ Quod ergo obr̃ ꝙ illud quod creatur ẽ ab arte. dõ ꝙ quedã eſt ars cuius operatio ↄſequitur naturã. et opus iſtius artis ſic eſt artificiale ꝙ non eſt naturale. et ideo opus iſtius artis cum opere nature in eodẽ noĩe faciunt equiuocatõez. ſicut homo pictus et homo uerus. quedam eſt ars que eſt fundamentũ nature. et op⁹ iſti⁹ artis bñ ẽ naturale quia fabricat ipaꝫ naturã. et talis ẽ ars cui⁹ op⁹ ẽ creare. et iõ nõ oportebit eẽ equocatõẽ. Uel dõ ꝙ ñ ẽ equocatio qñ dr̃ hõ pict⁹ ⁊ hõ uer⁹. q꞉ hoc nomẽ hõ primo ⁊ principalr̃ imponitur homini ṽo. et iõ cũ dicitur de hoie picto alia eſt acceptio ⁊ alia ſignificatio. nõ ſic imago primo ⁊ principalr̃ imponitur dei filio. ſꝫ oĩ ei qḋ exp̃ſſe repreſentat alterum.

¶ Diſtinctio. xvij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

HIc de originꝫ anime plura ſolent queri ꝛc. ¶ Supra egit magiſter de productione hominis in ↄparatione ad principiū extra. In hac v̄o parte agit de productione eiꝰ q̄ꝫtū ad principia ↄſtitutiua. ſ. q̄ꝫtum ad corpꝰ ⁊ aiaꝫ. ¶ Diuiditur aūt iſta psi duas ¶ In: prima determinat de productione viri. ¶ In ſcd̄a v̄o de ꝑductōe mulieris ex uiro. ibi In eodē quoqꝫ ꝑadiſo mulierē formauit ꝛc. xviij. di. in prin. ¶ Prima ps hꝫ duas. ¶ In prima determinat de formatōe hoīs. ¶ In ſcd̄a de formati locatōe. ibi. Hoīeꝫ aūt formatū ꝛc. ¶ Prima ps hꝫ duas. ¶ In prima determinat de ꝑductiōe aīe in ſe. ¶ In ſcd̄a v̄o in relatōe ad corpꝰ. ibi. Sꝫ utrū in corpe an ex̄ corpꝰ ꝛc. ¶ Pars aūt illa ĭ qua determinat de ꝑductōe aīe in ſe hꝫ duas. ¶ In prima determinat v̄itatē. ¶ In ſcd̄a remouet errorē. ibi. Putauerūt. n. q̄dā heretici ꝛc ¶ Siīr illa ps in q̄ determinat de ꝑductōe aīe ĭ ↄpatōe ad corpꝰ hꝫ duas. ¶ In prima determinat utrū d̄s creauerit aiaꝫ in corpe an ex̄ corpꝰ. ¶ In ſcd̄a q̄rit utrū d̄s fecerit hominē in etate pfc̄ā ibi. Solꝫ q̄ri utrū d̄s hominē repēte. ¶ Siīr ps illa in q̄ determinat de locatōe iā formati hꝫ duas. ¶ In prima determinat de loco eiꝰ in ſe. ¶ In ſcd̄a v̄o determinat in ↄpatōe ad ↄtēta. ibi. In hoc aūt paradiſo erant ligna ꝛc.

AD intelligētiā hꝰ ptis icidit hic q̄ō de ꝑductōe hoīs quātū ad duo ¶ Primo q̄rit de ꝑductōe ipīꝰ q̄ꝫtū ē ex pte aīe. ¶ Scd̄o q̄ꝫtū eſt ex pte corpis. ¶ Circa primū q̄rūt tria. ¶ Primo q̄ritur utrū aīa primi hoīs ꝑducta ſit de dei ſubā: ¶ Scd̄o q̄ritur utrū ꝑducta fuerit ex aliq̄ materia: ¶ Tertio queritur utrum ꝑducta fuerit an̄ corpꝰ uel poſt. ſiue in corpe uł ex̄:

CIrca primū ſic ꝓcedit. ⁊ oñditur q͛ aīa hūana ſit ex dei ſubā. ¶ Primo auctoritate Gen. ij. Inſpirauit in faciē eius ſpi. ui. ſꝫ inſpiratio ē p egreſſum alicuiꝰ ab extrinſeco. ergo ſicut ſp̄s ſcūs q̄ ē eiuſdē nature cū ſpirāte. ſic humanus ſp̄s q̄ fuit inſpiratꝰ a deo. ē d̄ natura diuina. Si tu dicas q͛ inſufflatio uel inſpiratio pōt eē rei diuerſe p naturā. obr̄. q2 glo. ſup illō Jo. Inſufflauit in eos et dixit eis acci. ꝛc. Aug. dīc ibi. q͛ in hoc oñdit ex ſe ꝓcedere ſpuꝫ ſcūꝫ. Si ergo d̄s inſufflauit in faciē hoīs ſpiraclꝫ uite. uidetur q͛ ſpuꝫ hoīs ꝑduxit ex ſe. ¶ Item Eccle. ultimo. Donec puluis reuertat̄ in terrā v̄n̄ erat. ſp̄s redeat ad deū q̄ dedit illū. ſi ergo ſpūs redit ad deū. ſicut puluis redit ad terrā. ſicut homo q̄ꝫtū ad carnē ē de terra. ita uidetur q̄ꝫtū ad ſpꝫ eē de dei ſubā ¶ Itē Act. xvij. Genꝰ. n. dei ſumꝰ. ſicut q̄dam poetaꝝ nr̄oꝝ dixerūt. ſꝫ q̄ ſunt eiuſdē generis ſunt eiuſdē nature. ergo nos ⁊ deꝰ ſumꝰ eiuſdē nature. ſꝫ nō q̄ꝫtū ad corpꝰ. ergo quātū ad aiaꝫ. ergo aīa eſt de dei ſubā. ¶ Itē rōne uidetur. Oīa corpalia ꝑducūtur ex aliq̄ materia que eſt in omnibus corporalibus una. ergo pari rōne ſpūalia ꝑducuntur ex aliqua ſpūali natura q̄ in omnibꝰ ſpiritibus ſit una. ſꝫ ſpūalis ſubā in omnibꝰ repta per idētitatē nō eſt niſi diuina. ergo aīa ſcā eſt ex dei ſubā. ¶ Itē ſolus d̄s ē imortalis per naturā. ergo nulli ↄuenit imortalitas p naturā niſi q̄d eſt uel d̄s uel ex deo. nulli aūt ↄuenit eē imaginē dei niſi cui ↄuenit eē immortalē p naturā. Nō. n. eēt imago. ſicut dicit Aug. ſi mortis termino clauderetur. Si ergo aīa rōalis naturalr̄ ē imago. ergo naturaliter imortalis. ergo de dei ſubā producta fuit. ¶ Itē d̄s ē lux ſpūalis q̄ ē finis omnis illuminatōis ſpūalis. ſicut ſol eſt finis illuminatōis corpalis. ſꝫ corpa luīoſa ſunt eiuſdē nature cū luce ⁊ cū ſole. ergo pari rōe ſpūs naturalr̄ luīoſi ſūt eiuſdē nature cū fonte lucis ſpūalis. ſꝫ q̄cq̄d ē eiuſdē nature cum deo uel ē d̄s uel de d̄o. ergo ꝛc. ¶ Cōtra. Gen. i. Faciamꝰ hoīeꝫ ad ima. ⁊ ſi. no. Hoc nō eſt dcm̄ ſm corpꝰ. ergo ſm aiaꝫ. ergo aīa hoīs ē facta. ⁊ circa diuinā naturā nō cadit factio uel mutatio. ergo n̄ ē ex d̄i natura ſiue ſubā ¶ Itē ſi aīa ē ex dei natura. cū aīa ſit pars hoīs. dei natura uenit ad ↄſtitutōeꝫ hoīs. ſꝫ ps ē minꝰ nobilis q̄ꝫ totū. ergo d̄s ē minꝰ nobilis q̄ꝫ hō. ſꝫ hoc ē falſū ⁊ impiū. ergo ꝛc. ¶ Itē ſi aīa ē ex diuina natura. aut ergo hꝫ aliq̄ꝫ formā ſupiductā illi nature ex q̄ ē. aut nullā. Si nullā. ergo n̄ vr̄ nec ſcā nec a deo diuerſa. Si aliq̄ꝫ. ergo diuia natura ē ipīꝰ aīe materia. ſꝫ q̄d eſt materiale principiū aliꝰ ē minꝰ ↄpletū ⁊ ipfcm̄. ergo d̄s ē incōpletus ⁊ impfcūs p naturā. q̄d ē blaſphemia. ¶ Iteꝫ ſi aīa eſt ex dei ſubā ⁊ aīa deprauatur. ergo ↄtingit diuinā ſubām deprauari. ⁊ ſi ↄtingit

dei ſubſtantiā depriuari deus non eſt ſūme
bonus. cū ergo rōnalis ſpūs peccare poſſit.
ſicut pȝ. rōnalis ſpūs nō ē ex deo. ¶ Iteȝ ſi
aīa ē ex deo. aut ergo per gn̄atōeȝ. aut per
ſpiratōeȝ. ſi primo mō. tūc aīa nihil aliud ē
q̄ȝ verbū. ſi ſecūdo tūc aīa nō ē aliud q̄ȝ ſpūs
ſcūs. ergo omnis homo eēt d̄s. ¶ Itē ſi aīa
hominis eēt ex deo. aut de toto deo. aut de
parte. ſi de pte. ergo d̄s ꝯpoſitus. ſi de toto
ſed deus eſt imenſus ⁊ infinit⁹. ergo cuiuſȝ
hominis eēt imenſa ⁊ infinita. et ſi hoc. qȝ
homo eēt oīpotēs. quod nullus dubitat eſſe
falſum. ¶ R̄. d̄ō eſt ꝙ aliquoꝝ poſitio fuit
ꝙ intellc̄us human⁹ nō erat aliud q̄ȝ intelle-
ctus diuin⁹. ſȝ diuinus intellc̄us dicebatur ꝑ
ut ꝯſiderabatur in ſe. human⁹ uero ꝑut ꝑfi
ciebat aliqđ corpus. Sed cum deus nullius ſit
pars ꝯſtitutiua ꝑpter ſuā ſūmā perfectōeȝ
⁊ abſolutionē poſitio fuit ſtulta ⁊ erronea.
¶ Eſt ⁊ alia poſitio nō minus ſtulta ⁊ im-
pia manicheoꝝ. videlȝ ꝙ ſpūs rōnalis ſit de
dei ſubā ⁊ natura. dicūt. n. ꝙ in homine eſt
duplex anima. ſicut recitat Aug⁹. in li. de
duab⁹ animab⁹ quaꝝ una inclinat ad bona.
⁊ alia inclinat ad mala. ⁊ illa que facit mala
nunq̄ȝ pōt facere bona. ⁊ illa que inclinat ad
faciendū bonū eſt de dei natura. Sed hec po
ſitio multipliciter a ueritate ē aliena. primū
quia ponit deū eiuſdē nature eſſe cum crea
tura ⁊ alicuius creature eſſe materiā. cum
ponit creaturā fieri ex dei ſubſtantia. et hāc
poſitionē ſequūtur inumerabilia incōuenien
tia. et hoc precipuū eſt. quia implicat in ſe
duo oppoſita. dum ponit animā a deo eſſe
factā ⁊ eaȝ eſſe de ſubā diuina. Deuiat etiā
a ueritate in hoc ꝙ ponit in nobis duas ani
mas. ſed h⁹mōi improbatio melius tanget̄
infra. ¶ Et ideo tertia poſitio eſt uera ⁊ ca
tholica. ꝙ anima non ꝑducta eſt de dei ſub
ſtantia. Deus eniȝ ad creaturas ſe habet in
ratione efficientis ⁊ formalis ⁊ finis. ſȝ nul-
lo modo poteſt ſe habere in ratione mate-
rialis. quantūcūq; creatura ſit nobilis. et iō
rōnes hoc ꝑbantes ꝯcedende ſunt. ¶ Ad
illud uero quod obr̄ in ꝯ̄rium ꝙ inſpirauit
in faciem eius ⁊c̄. d̄ō ꝙ inſpirare idem eſt
ibi qđ ſpūȝ facere ⁊ factum corpori infunde
re. ſimiliter ⁊ inſufflare flatum hominis fa-
cere ⁊ factū corpori infundere. unde ſicut qn̄

deus res produxit dicēdo. non fuit ibi uox
materialis. ſic quando inſufflauit nō fuit me
diantib⁹ faucibus ⁊ inſtrumētis corporalib⁹.
Et ideo nō ualet illud ſimile de Jo. xx. ubi
ad lr̄am ſufflauit. ⁊ illa inſufflatio erat ꝓceſſi
onis ſpūs. ſ. ſignatio ⁊ oſtēſio. ¶ Ad illud
quod obr̄ de eccle. Et ſpūs redeat ad deū ⁊c̄.
d̄ō ꝙ ſicut corporis reſolutio ſtat cū puen-
tum eſt ad terrā. ſic mutabilitas anime tūc
demū ſtat quando ꝯiungitur ei ſcḋm quem fa
cta eſt. ¶ In ſolo enim deo inuenit perfcāȝ
quietē. et ideo nō uult ſapiens dicere ꝙ ſpūs
redeat ad deū per corruptionē ſicut corpus
in terram. ſed ſimilitudo eſt quantū ad quie
tationē. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ genus dei
ſumus d̄ō ꝙ genus dupliciter accipi poteſt.
Vno modo ꝑprie. ⁊ ſic dicitur aliqua ꝯuenire
in genere que ꝯueniūt in aliqua forma ⁊ na
tura ꝯmuni. alio modo accipitur large. ⁊ ſic
dicūtur aliqua ꝯuenire in genere in quibus
eſt aliqua ꝯuenientia ſpālis ſcḋm habitudinem
analogie. et ſic dicit Aug. xij. de trini. ꝙ aīa
cognoſcit in quodā luce ſui generis. ⁊ uocat
illa lucē luce increatā qua dicit eſſe ſui ge-
neris ꝑpter hoc ꝙ eſt ſpūalis ſicut aīa. ⁊ ſic
intelligitur v̄bū apl̄i. ¶ Ad illud qđ obr̄ ꝙ
corporalia ſunt ex aliquo uno m̄ādū ē ꝙ
hoc nō ꝯcludit ꝙ ſpūs rōales ſiāt ex deo. Illđ
enī unū ex quo fiunt corpora ē ens in potē-
tia reſpcū illoꝝ. d̄s aūt reſpcū nullius pōt eē
in potētia. ⁊ iō ex hoc nō ſeqtur ꝙ ſpūales
ſubſtātie ꝑducātur de diuina natura. ¶ Ad
illđ qđ obr̄ ꝙ ſolus d̄s ē imortalis ꝑ naturā
d̄ō q̄tuȝ ſufficit ad pn̄s. qȝ infra debitur de
imortalitate ꝙ imortalitas ꝑ naturā dcā de
deo intelligitur ꝑ priuatione om̄is gr̄e. ſiue
gr̄a dicat aliqđ ſupadditū nature. ſiue dicat
gratuitā influētiā ꝑ quā ꝯſuatur natura. qȝ
d̄us ſeipo ꝑmanȝ. aīa aūt etſi de ſui natura
ſit ad ꝑmanēdū idonea. tn̄ nūq̄ȝ ꝑmaneret.
niſi ꝯſeruaretur per gratuitā dei influentiā.
¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ deus ē lux ſpūalis
⁊c̄. d̄ō ꝙ nō ē ſimile de luce ſpūali ⁊ corpali
omnino. Lux. n. ſpūalis q̄ deus eſt cū ſit ſim
pliciſſima. nō pōt eē perfectio reꝝ diuerſarū
naturaꝝ. cū aūt ſit oīpotētiſſima pōt ꝑduce
re ⁊ facere lucē creatā aliquo mō ſibi ꝯfor-
mē. que tn̄ ſibi n̄ ſufficit etiā poſtq̄ȝ ꝑducta
eſt niſi aſſit ei ſūme lucis influentia. Et ſic

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

intelligendū eſt in anima humana ꝙ ipa hꝫ
lucē ꝓpriā. ſ. creatā ꝑ quaꝫ ꝯpletur. q̄ a luce
eterna ⁊ ꝓducitur ⁊ ꝯſeruatur. lux autē cor
poralis in diuerſis corporibꝰ poteſt reperiri
ut ꝑfectio. cū nō ſit forma omnino ſimplex
ſed ſit nata ꝯiungi materie.

¶ Secundo q̄ritur utrū anima ade ꝓ
ducta fuerit ex materia. ¶ et ꝙ non
uidetur. primo ꝑ phm̄ qui dicit ꝙ
forma ē ꝯpoſitoī ꝯtingēs in ſimplici eēntia
ꝯſiſtēs. ſi ergo aīa rōalis uere forma ē. ergo
ſimplex ē. ergo nō ꝯponitur ex materia et
forma. ¶ Itē phūs in principio tertij de aīa
dicit ꝙ intellcūs ē impmixtꝰ ⁊ impaſſibilis.
ſed oē qd hꝫ materiā hꝫ potētiā paſſiuā. er
go ſubā intellectiua nō hꝫ materiā. ¶ Iteꝫ
magr̄ in lrā. Subām anime in qua uiueret
creauit ds non de materia aliqua corporali
uel ſpūali ſꝫ de nihilo. ¶ Itē hoc ipꝫ uidtur
rōne. Subā intellectiua nihil cognoſcit niſi
abſtrahatur a materia. ſed in actu cognoſcen
di fit aſſimilatio cognoſcentis ad cognoſci-
bile ⁊ econuerſo. ergo ſi ad hoc ꝙ intelliga
tur neceſſe ē ꝙ abſtrahat a materia. ad hoc
ꝙ aliqua ſubā intelligat. neceſſe eſt ꝙ ſit ꝑ
naturā a materia ſepata. ſed anima ade fuit
huiuſmodi. ergo ⁊c. ¶ Itē quāto forma no
bilior tāto ſimplicior. ſꝫ anima inter omnes
formas ē nobiliſſima. ergo ſimpliciſſima. ſꝫ
alie forme non ꝯponuntur ex materia ⁊ for
ma. ergo multo fortius nec rōnalis anima.
¶ Itē omne qd hꝫ materiā ⁊ formā ut ptes
ꝯſtitutiuas eſt hoc aliquid ⁊ eſt ꝯpletū. nihil
aūt qd eſt hoc aliquid ⁊ ꝯpletū in ſe uenit ad
ꝯſtitutionē tertij. ſed anima rōalis uenit ad
ꝯſtitutiōeꝫ tertij. ita ꝙ ex anima ⁊ corpore
fit unū per eēntiā. hec ergo anima non ē hoc
aliquid. ergo eſt uel materia uel forma pu-
ra. nō materia. ergo forma. ¶ Sꝫ ꝯ. In. iij.
de aīa dicit phūs. ꝙ ſicut in omni natura eſt
materia ⁊ efficiēs. ſic ī anima ē intellcūs quo
ē oīa fieri. ⁊ intellcūs quo ē omnia facere. Si
ergo potētia paſſiua ē a materia. et hec ē in
anima. patet ⁊c. ¶ Itē in. ix. prime phie di
cit phūs. ꝙ ſicut materia ē ſubiectū formaꝝ
ſubāliū. ſic ꝯpoſitū ē ſubiectū accn̄tis. ſꝫ aīa
rōalis ē ſubiectū ſciaꝝ ⁊ uirtutū. ⁊ ſm̄ ſe ꝯſi
derata. ergo ꝯpoſita ē ex materia ⁊ forma.
¶ Itē phūs in. viij. metaphyſice. Operans ⁊

gn̄ans nihil facit aliud niſi ꝓpter materiaꝫ.
ergo ſi ds facit animā q̄ ē aliud q̄ꝫ ipe. nece
ē ꝙ materia uel ſit in deo. uel ſit in anima.
ſꝫ nō ē in deo. ergo eſt in anima. ¶ Itē hoc
ipm̄ uidetur rōne. Omne creatū cui debetur
ꝓpria opatio hꝫ hec duo diuerſa. ſ. qd agit
⁊ quo agit. ſꝫ anime ſm̄ ſe ꝯſiderate debet
ꝓpria opatio. ergo uidetur ꝙ nō ſolū ſit for
ma. qꝛ ſi pure forma eēt. tūc ageꝫ ſe ipa. er
go hꝫ aliquid de materia. ¶ Itē oē illud qd
eſt ſm̄ ſui mutationē ſuſceptibile ꝯrioꝝ. eſt
hoc aliquid ⁊ ſubā per ſe exn̄s in genere. et
omne tale ꝯpoſitū ē ex materia ⁊ forma. ſꝫ
anima ſm̄ ſui mutatōeꝫ ē ſuſceptiua gaudij
⁊ triſtitie. ergo anima rōalis ꝯpoſita eſt ex
materia ⁊ forma. ¶ Itē anima rōnalis non
ſolūmō uitā ꝓbet corpori. ſꝫ etiā ipa uiuit.
aut ergo ē ſua uita aut nō. ſi ſic. ergo nō dif
fert in ea uiuēs ⁊ quo uiuit. ⁊ iteꝝ ſi ē ſua ui
ta nō uiuit ꝑ ꝑticipatōeꝫ ſꝫ ꝑ eēntiā. q̄ duo
ſunt ꝯ Boeciū ⁊ Aug. ergo ponere ē in aīa
ſm̄ ſe ꝯſiderata aliqd qd det uitā. ⁊ aliquid
qd recipiat. ⁊ ſi hoc. ergo ē cōpoſita ex for-
ma ⁊ materia. ¶ Ad hoc pn̄t adduci rōnes
q̄ adducte ſunt ſ ad oñdendū angelū eē ꝯpo
ſitū ex materia ⁊ forma. ¶ Rꝫ. Ad ꝑdcōꝝ
intelligētiā eſt nōndū. ꝙ circa hoc diuerſi di
uerſa opinati ſunt. Quidā. n. dixerūt nullā
animā nec rōalē nec brutalē habere materiā
qꝛ ipa ſunt ſimplices. animā tm̄ rōalē dixe-
runt habere ꝯpoſitōeꝫ ex quo ē ⁊ qd eſt. qꝛ
ipa eſt hoc aliqd. ⁊ nata ē ꝑ ſe ⁊ in ſe ſubſi-
ſtere. ¶ Sꝫ cū planū ſit aīaꝫ rōalē poſſe pa
ti ⁊ agere ⁊ mutari ab una ꝓprietate in aliā
⁊ in ſe ipa ſubſiſtere. nō uidetur ꝙ illō ſuffi
ciat dicere ꝙ in ea ſit tm̄ ꝯpoſitio ex quo ē
⁊ qd ē. niſi addatur eē in ea ꝯpoſitio matie
⁊ forme. Ideo fuerūt ⁊ alij q̄ dixerūt nō ſolū
animā rōnalē ſed etiā brutalē ex materia ⁊
forma ꝯpoſitā eē. cū utraqꝫ ſit motor cor-
poris ſufficiēs. ſꝫ qꝛ aīa brutalis ꝓpriā opa
tōeꝫ nō hꝫ nec ē nata ꝑ ſe ſubſiſtere. nō vꝫ
ꝙ hēat materiā intra ſe. ¶ Et iō ē tertius
modus dicēdi tenēs mediū inter utrūqꝫ. ſ. ꝙ
aīa rōalis cū ſit hoc aliqd ⁊ ꝑ ſe nata ſubſi-
ſtere. ⁊ agere ⁊ pati. mouere ⁊ moueri. ꝙ
habet intra ſe fundamentum ſue exiſtētie
⁊ ꝑcipiū materiale a quo hꝫ exiſtere. ⁊ for
male a quo hꝫ hꝫ eē. de brutali āt n̄ oꝫ illud

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicere cū ipa fundatur in corpore. ¶ Cū er
go principiū a quo eſt fixa exiſtentia creatu
re in ſe ſit principiū materiale ꝯcedendū eſt
animā humanā materiā habere. illa autem
materia ſubleuata eſt ſupra eē extenſionis.
et ſupra eſſe priuationis ⁊ corruptōis. ⁊ idō
dicitur materia ſpiritualis. ⁊ ꝓpterea illi qui
locuti ſunt de materiali pricipio q̄ntū ad eē
extenſionis. ⁊ put habet eſſe ſub priuatōe.
dixerūt aiaꝫ rōalē ñ hr̄e materiā. nō intēdē
tes de materia in ſua gn̄alitate. ſꝫ put ad eā
ſtat reſolutio phyſica. ſicut dcm̄ ē de ſimpli
citate angeli. vn̄ ꝯcedēde ſūt rōes hoc oſte-
dentes. ¶ Ad illud qđ obr̄ ꝙ ois forma eſt
ſimplex. dō ꝙ auctor ille diffiniēs formalit̄
loq̄tur de forma illa q̄ ē forma tm̄. nō de ea
q̄ ē forma hoc aliqđ. vnde uel diffinit ibi for
mā accidētalē. ul' diffinit formā uleꝫ ¶ Ad
illud qđ obr̄ ꝙ intellcūs ē ipaſſibilis ⁊ imp-
mixtꝰ. dō ꝙ phūs remouet ab intellcū ma-
teriā ſm ꝙ ꝯſideratᷣ ſub priuatōe ⁊ ſub po
tētia ad trāſmutatōeꝫ ſ' eē. nō remouet ma
teriā ulr̄. imo ponit. cū dr̄ ꝙ in intellcū ē na
tura q̄ ē facere ⁊ q̄ ē fieri. ¶ Ad illud qđ dīc
magr̄ i lr̄a dō ꝙ magr̄ nō uult dicere ꝙ aia
nō hēat materiā. ſꝫ ꝙ nō hēat materiā pi-
cētē. Huius aūt rō hebitur infra. ſ. q̄re aia
nō ē ꝑducta nec ꝑducit ex piacēti materia.
¶ Ad illud qđ obr̄ ꝙ ſubā intellectiua nihil
cognoſcit niſi qđ abſtrahitur a materia. dō
ꝙ hoc nō facit ꝓpt' hoc ꝙ ipa ſit oio imate-
rialis. ſꝫ ꝓpter hoc ꝙ res nō pōt ei vniri ſꝫ
v'itatē. oꝫ ꝙ uniatur ſm ſilitudinē quaꝫ aia
abſtrahit a re. Alia ē ēt rō. q2 intellcūs p ſili
tudinē quā intelligit oꝫ fieri in actu itelligē
di. illud aūt qđ facit rē eē i actu ſpēs ē ⁊ for-
ma. iō aia nō cognoſcit rē niſi ſpēs eiꝰ ⁊ for
mā ſibi iprimat. ⁊ hoc nō pōt eē niſi illa ab
ſtrahatᷣ a materia. nec ex hoc ſeq̄tur ꝙ aia
careat materia. res. n. abſtracta a maťia ꝓ-
pria bene pōt fieri in re alia q̄ ſuā hꝫ ꝓpriā
materiā ⁊ formā. ſicut ſilitudo coloris i ſpe
culo. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ quāto forma
nobilior tāto ſimplicior ē dō ꝙ iſtō hꝫ locū
in his q̄ ſunt pure forme. aia aūt nō tm̄ ē pu
ra forma. imo ēt ē hoc aliqđ. ⁊ iō ſi ꝯpet for
ma aie ad alias formas abſq3 dubio ſimpli
cior erit q̄3 alie forme. ipa aūt aia cū ſit rōa
lis cū ſit p ſe exn̄s aliq̄3 ꝯpoſitōeꝫ hꝫ quaꝫ

alie forme nō ſūt nate p ſe hr̄e. dum nō ſūt
nate p ſe exiſtere. nihilominꝰ tn̄ ipa aia ſim
plicior alijs formis dici pōt. Eſt. n. multiplex
genꝰ ſimplicitatis ſm ꝙ ⁊ multiplex ē genꝰ
ꝯpoſitōis ⁊ ptiū. Sūt. n. ptes ſubales. ⁊ ſunt
ptes quātitatiue. ⁊ ꝯpoſitio ex ptibꝰ ſubāli
bꝰ. ⁊ ꝯpoſitio ex ptibꝰ q̄ntitatiuis. et ſic ſim
plex dr̄ duplr̄. aut qđ caret ptibꝰ ꝯſtitutiuis
aut quod caret ptibꝰ q̄ntitatiuis. quāuis er
go nō ſit aia alijs formis ſimplicior q̄ntum
ad ptes ꝯſtitutiuas. q2 tales partes hr̄e ſpe
ctat ad ꝯplemētū ⁊ pfcōeꝫ. hoc. n. facit rē eē
per ſe. ſimplicior ē tamē q̄ntū ad priuatōeꝫ
ptiū q̄ntitatiuaꝝ. ipa. n. nec hꝫ extēſionē p
ſe nec hꝫ extēſionē p accidēs. nec quantū ad
ſubāꝫ nec q̄ntū ad ꝓpriū actū. alie vō forme
p accidēs poſſūt hr̄e extēſiōeꝫ ⁊ ptibilitatē
uel ſm id qđ ſunt. uel ſꝫ id quod opantur.
et iō adhuc aia ⁊ maxime rōalis ē forma no
bilior. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ ꝯpoſitū ex
materia ē ens ꝯpletū. et ita nō ꝯuenit ad cō
ſtitutōeꝫ tertij. dō ꝙ hoc nō ē ueꝝ generalr̄
ſꝫ tūc q̄n̄do materia terminat oēꝫ appetitū
forme ⁊ forma oēꝫ appetitū materie. tc aūt
nō ē appetitꝰ ad aliq̄d ex̄. ⁊ ita nec poſſibili
tas ad ꝯpoſitōeꝫ q̄ pexigit in ꝯpoſitōibꝰ ap
petitū ⁊ inclinatōeꝫ. ſꝫ aūt aia rōalis ꝯpoſiti
onē hēat ex materia ⁊ forma. appetitū tam
hꝫ ad pfcōem pficiēdū corpalē naturā. ſicut
corpus organicū ex materia ⁊ forma ꝯpoſi
tū ē. ⁊ tn̄ hꝫ appetitū ad ſuſtinendā animā.

Ertio q̄ritur utrū aia Ade ꝑducta
fuerit ante corpus. uel poſtea. ¶ ⁊ ꝙ
ante uidetur per textū Gen. i. Fa
ciamus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinem
⁊c̄. hoc dictū eſt ſexto die. ſed poſt. vij. ſub
ditur. Formauit deus hominē de limo terre
ergo ſi prima formatio refertur ad animā.
ſecūda ad corpus. prius fuit facta anima q̄3
corpus. ¶ Item hoc uidetur ratione. Sicut
homo exparte corporis ꝯmunicat cum ani
malibus brutis. ita ex parte anime ꝯmuni-
cat cum angelis. ergo ſicut corpus hominis
productuꝫ eſt eodem die cum animalibus
brutis. ſic ſpiritus eius rationalis debuit pro
duci eo die cum angelis. ergo ⁊c̄. ¶ Item
anima ade ſe habet ad corpus ſicut euiter-
num ad tp̄ale. ⁊ ſicut euum ad tp̄s. ſꝫ ſicut
euū ē prius tp̄e. ⁊ euiternū prius temporali.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ergo prius uidetur debuiſſe ꝓduci aīa Ade
q̄ȝ corpus cui debebat uniri. ¶ Itē ſubā ſpi
ritualis a corpore nō depēdēs q̄ſtū ad eē. nō
depēdet q̄ſtuȝ ad productōeȝ. ſed ſpūs rōalis
ade ab eius corpore nō dependebat q̄ſtum
ad eſſe. ergo nec q̄ſtū ad productōeȝ. corpꝰ
aūt a ſpū dependebat. qꝛ ſine illo ꝑmanere
nō poterat. ergo ſi abſolutū ē añ depēdens
prius debuit produci anima q̄ȝ corpꝰ. ¶ Itē
maior ē diſtātia inter ſpūale ⁊ corpale q̄ȝ ſit
inter corpora miſcibilia. ſȝ miſcibilia corpa
prius producta ſunt ſepatim q̄ȝ ſint ad in-
uicē mixta ad ↄſtitutionē tertij. ergo anima
prius debuit produci q̄ȝ corpori uniri. ergo
nō ē creata in corpore ſȝ ex̄. ¶ Iteȝ aliquid
tanto prius dȝ produci q̄ſto magis appro-
piquat primarie reꝝ origini. ſȝ anima plus
appropinquat ad deū q̄ eſt principiū omniū
q̄ȝ corpus humanū cū ſit ei ſimilior in ſim-
plicitate ⁊ ſpūalitate. ergo ⁊c. ¶ Contra.
Gen. ij. Formauit deus hominē de limo t̄re
⁊ inſpirauit in faciem eius ſpiraculū uite. qđ
exponitur .i. ſpm fecit. ſed ſpiraculū uite ſpi
rare nihil aliud ē q̄ȝ animā hominis creare.
ergo ſi prius creauit corpꝰ q̄ȝ ſpiraculū in-
ſpiraret. prius ergo produxit corpus q̄ȝ ani
mā. ¶ Itē anima naturalr̄ ē forma corpis.
ſed naturalis forma aut ſimł producitur cū
materia. aut ſeq̄tur materiā. ergo aut anīa
non eſt forma naturalis. aut ſi eſt forma na
turalis producta eſt poſt corpus. uel ſimul
cum corpore. non ergo añ. ¶ Itē q̄ſto for-
ma nobilior eſt tāto ultimior. ſed anima rō
nalis nobiliſſima eſt inter oēs formas natu
rales. ergo ultima. ergo produci debuit pꝰ
uegetabilē ⁊ ſenſibilē. ¶ Iteȝ ordinata pro
ductio procedit ab impfecto ad perfectū. Si
ergo perfectio omniū operum facta ē i hoie
⁊ maxime q̄ſtū ad animā. uidetur ꝙ homo
quantū ad animā produci debuit ultimo pꝰ
omnia. ¶ Itē ſi anima producta eēt añ cor
pus cum hr̄et uſuȝ liberi arbitrij. ⁊ nihil eēt
impediēs nec retardans. ergo uidetur ꝙ añ
unionē ad corpus meruiſſȝ uel demeruiſſet.
ergo corpus non eſſet particeps omnis me
riti ipſius anime. nec anima deberet remu-
nerari in corpore. ꝙ ſi hoc falſuȝ eſt. planū
eſt animā ade añ corpus ſuū nō fuiſſe pro-
ductā. ¶ Itē ſi anima ade ante corpus eēt

producta aut appetiuiſſet uniri corpori. aut
non. Si nō. ergo unio eius ad corpus nō eēt
naturalis. nec unio eius ad corpus fieret ꝑ
naturā. Si ſic. appetebat ergo corpus qđ n̄
habebat. ſi ergo ei corpus deferebatur ipſa
in appetendo affligebatur. ergo pena erat
ei añ q̄ȝ culpa. ¶ R℞. dōm eſt ꝙ q̄uis circa
iſtā q̄ſtionē uideat̄ dubitaſſe egregiꝰ doctor
Aug. qꝛ utraq̄ȝ pars poſſe uidetur ſuſtineri
ꝓbabilr̄ ⁊ ordo ↄgruus ſuari utrobiq̄ȝ. te-
nendū eſt tñ tāq̄ȝ ueꝛ ⁊ magis ↄgruū ꝙ aīa
ade producta fuerit in corpore. nec deus eā
produxit añ corporis formatōeȝ. lȝ. n. uidea
tur ſatis rōabilr̄ poſſe dici ꝙ dūs añ corpus
animā eius produxerit ut oſtēderetur eaȝ a
corpore nō dependere ſȝ per ſe poſſe ſubſi
ſtere. ut etiā cū hoc pariter oñderet ↄformi-
tatē eius ⁊ angelice nature tam in rōnis ca-
pacitate ꝑ quā eſt anima imago. q̄ȝ in btitu
dine ad quā aīa ⁊ angelus hñt ordinari. lon
ge tamē rōnabiliꝰ uidetur ponere. ꝙ anima
producta ſit ſtatim cū corpore. tum qꝛ aīa
unitur corpori ut perfectio naturalis cui na
turalr̄ appetit copulari. et adeo ut ſine illo
pena ſit ei eſſe ⁊ ab illo ſequeſtrari. cuȝ etiā
qꝛ unitur ſicut motor mobili ita ꝙ ſine ipo
non pōt mereri nec demereri. ⁊ ideo nō de
buit añ corpus produci. ne añ culpā punire
tur. ⁊ ne abſq̄ȝ corpore mereretur uel deme
reretur. Huic aūt poſitōi nō tm̄ ↄcordat rō
īmo etiā ſcripture ſuffragatur auctoritas q̄
dicit pꝰ ꝓductōeȝ ⁊ formatōeȝ hominis deū
ſibi uite ſpiraculū inſpiraſſe. Huic ergo pti
tāq̄ȝ ꝓbabiliori ⁊ ſecuriori adherēdo ↄcorre
poſſumꝰ rōes hāc ptē aſtruētes. ¶ Ad illō
vō qđ primo obī in ↄ̄rium de textu dōs ꝙ
alteꝝ eoꝝ ē dcm̄ ꝑ recapitulatōeȝ. ut primū
ē dictū per anticipationē. meliꝰ tñ eſt dicere
ꝙ ſcriptura illō recapitulat ut addat. ¶ Ad
illud qđ obr̄ ꝙ corpus ſimł ꝓductū eſt cum
brutis. ergo ⁊c. dō ꝙ nō eſt ſiīe. ꝓductio. n.
corporis ſic ↄcordat ꝓductioni brutoꝝ aīaliū
ut ꝓductio rōalis ſpūs nō diſcordȝ. imo potiꝰ
illoꝝ impfcōeȝ ſua dignitate ↄſumat. ꝓdu-
ctio vō ſpūs ſic ↄcordat ꝓductōi angeloꝝ ut
minime ↄcordet ꝓductōi corpoꝝ humanoꝝ
q̄ quidē ſpectāt ad terre ornatū. cuius orna
tus ꝓductio ſpectat ad diē ſextū. ¶ Ad illō
qđ obr̄ de ↄpatione euiterni ad tpale dōm.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝛ ꝙ ſi ſubã euiterna ex parte poſt ſe plus
extendat q̃ʒ palis. utpote quia caret fine. ñ
tñ opʒ ꝙ a parte ante maxime ſi ſit talis q̃
ſui ꝓductõe appetitũ rei tp̃alis habeat ter-
minare. et ſic fuit in aĩa Ade. ¶ Et p̃terea
ſi illud poſſit eſſe uerʒ de euiterno qd̃ pure
hʒ rõem euiterni. nõ tamẽ etiã hʒ ueritateʒ
de eo quod ſic habet rõem euiterni ꝙ etiaʒ
tp̃alis. anima enĩ rõnalis et ſi inquãtũ ſpũs
ꝛ ens per ſe habeat rõem euiterni inquantũ
tale. tñ inquãtũ animat corpꝰ trãſmutabile
habet tp̃e menſurari. ¶ Ad illud quod obĩ
ꝙ anima nõ dependet a corpore quantũ ad
eſſe. dĩ ꝙ et ſi nõ depẽdeat a corpore tãq̃ʒ
indigens eo ad ſui ꝯſeruationẽ. dependʒ tñ
per appetitus ſui inclinationẽ quã habet ad
ipʒ ſicut forma ad materiã ꝓpriaʒ. ꝛ idõ ſicut
forma producitur in materia. ſic anima ade
produci debuit in proprio corpore. ¶ Ad
illud quod obĩ in corporibus miſcibilibꝰ dĩ
ꝙ non eſt ſimile. qꝛ elemẽta que miſcentur
non depẽdent ad inuiceʒ. et unũ põt habere
eſſe ꝯpletũ ſine altero. nõ ſic aũt eſt de aĩa
ꝛ eius corpore quoꝝ utrũq̃ʒ ab altero depen
det. ¶ Ad illud qd̃ obĩ ꝙ aĩa origini prime
magis approximat. dĩ ꝙ cũ deus ſit alpha
ꝛ o. principiũ ꝛ finis. ꝛ rõalis creatura i utra
q̃ʒ habitudine ſit ei propinqua. ꝓprie tñ lo-
quendo angelica natura plus ei appropinq̃t
in rõne principij. ꝛ humana plus in rõe finis
Ideo inter oẽs creaturas prior omniũ crea-
ta ẽ ſapia ſiue creatura angelica ꝛ dignitate
ꝛ origine. ꝛ poſt omnia producta eſt anima
humana tãq̃ʒ finis omniũ ꝛ ꝯſumatio. et idõ
quãuis multũ approximet deo iquãtũ teneʒ
rõem originis. nõ minus tñ approximat deo
inquantũ habet rõem finis. et ideo ꝯpetẽtiꝰ
fuit eã ꝓduci poſterius q̃ʒ prius. Hec dicta
ſunt de anima ade. nam de alijs animabus
infra ſuo loco queretur.

Conſequenter queritur de ꝓductõe
primi hominis ex parte corporis
Et circa hoc querũtur tria. ¶ Pri
mo queritur utrũ corpus primi hominis ꝓ-
duci debuit pure de natura celeſti. ¶ Scđo
queritur utrũ ꝓductũ fuerit de natura elemẽ
tari. ¶ Tertio queritur utrũ ꝓductũ fuerit
in ꝯplexione equali uel inequali.

Circa primũ ſic ꝓceditur. et oñditur
ꝙ corpus ade ꝓduci debuerit pure de natu-
ra celeſti ſic. ¶ Nobiliſſime forme debet dari
nobiliſſima materia. ſʒ nobiliſſima inter for
mas eſt anima rõnalis inocens ꝛ abſq̃ʒ pccõ
qualis fuit anima ade. nobiliſſima inter oẽs
naturas corporales ẽ natura celeſtis. ¶ Itẽ
motoris ad mobile dʒ eẽ ꝓportio. ſʒ anima
rõalis eſt motor incorruptibilis. ergo debuit
ei dari corpꝰ impaſſibile. ¶ Itẽ finis iponit
neceſſitatẽ his q̃ ſunt ad finẽ. ſʒ totus adam
fcũs eſt ad perceptionẽ btitudinis. locus aũt
beatitudinis ſpũalis eſt ip̃e deus. corꝑalis ce
lũ. ergo ſicut ſp̃s ade nõ quieſcit niſi i deo.
ſic debuit ei dari corpus qd̃ nõ quieſcit niſi
in celo. hoc aũt eſt corpus de natura celeſti.
ergo ꝛc. ¶ Iteʒ ſpũs rõalis put abſq̃ʒ culpa
ꝯdiꝰ fuit maxĩe erat potẽs ꝛ idoneꝰ ad agen
dũ. pfcũs erat cognitõis lumĩe ꝛ idoneus ad
cognoſcẽdũ. liber erat uolũtate ꝛ rectitudĩe.
et idõ facilis ad tendẽdũ in ſui optimũ. ergo
debuit ei dari corpꝰ cui maxime ꝯpetit age
re. ꝛ ad cognitõeʒ diſponere. ꝛ qd̃ mĩme hʒ
retardatõeʒ. hoc aũt ẽ lux ꝛ natura celeſtis.
ergo corpꝰ ade pure ꝓduci debuit de celeſti
corpore. ¶ Sʒ ꝯ. Aĩa rõnalis quodãmõ eſt
oĩa. ſi ergo corpꝰ dʒ ꝓportionari aĩe. corpus
eiꝰ dʒ hr̃e cũ oĩbus ꝯueniẽtiã. ſʒ hoc nõ hr̃et
ſi eẽt pure de natura celeſti ꝛ nõ coĩcaret ele
mẽtis. ergo ꝛc. ¶ Itẽ aĩa rõnalis quãuis ſit
ſimplex in eẽntia. tñ ẽ multiplx in effectu.
ergo ſi corpꝰ ei dʒ corrñdere neceſſe ẽ ꝙ cor
pus eiꝰ hẽat uarietatẽ ꝛ ptiũ ꝯpoſitõeʒ ꝛ or-
ganizatõeʒ. ſʒ hec nõ hr̃et ſi eẽt corpꝰ pure
celeſte. ergo ꝛc. ¶ Itẽ uegetabilis ꝛ ſenſibil'
diſponũt ad rõalẽ ꝛ magis ad ipaʒ appropi
quãt q̃ʒ natura alicꝰ corporis. nec alicui corpi
unitur rõalis potẽtia abſq̃ʒ uegetabili ꝛ ſen-
ſibili. nullũ ergo corpꝰ ẽ habile ad actuʒ uite
rõalis niſi priꝰ fuerit habile ad actũ uite ue-
getabilis. tale aũt ẽ corpus cibabile. et huiꝰ-
modi nõ põt eẽ pure celeſte. ergo ꝛc. ¶ Itẽ
corpori ſimplici debetur unꝰ motus tm̃. ſiue
illud corpꝰ ſit celeſte ſiue elemẽtare. corpori
aũt qd̃ mouetur ab aĩa debetur motꝰ in oẽm
drĩaʒ cũ aĩa ſit motor ſufficiẽs. ergo corpus
ade nõ potuit eẽ oĩo de natura corpis ſimpli
cis. ergo nec pure de natura celeſti. ¶ Rx.
dĩ ꝙ corpꝰ ade nõ fuit pure formatũ de na-
tura celeſti ſicut inuit textꝰ Gen. qui dicit

Ex hac auctoritate expſſe colligitur ꝙ alia ſit imortalitas uie ⁊ alia patrie. ℞. Ad p̄dictoꝝ intelligentiā notandū eſt ꝙ cum ideꝫ ſit ſignatum in principali ⁊ ſūpto. ſiue in abſtracto ⁊ ꝯcreto ideꝫ eſt ſignatum huius qḋ eſt imortale ⁊ eius qḋ eſt imortalitas. imortale autē dicitur qḋ eſt aptū natū ſiue potēs non mori. imortalitas ergo idem eſt qḋ potentia ſiue aptitudo ad non moriendū. ⁊ hec potentia ad nō moriendū nō eſt aliud q̄ꝫ potentia anime in regendo ⁊ ꝯtinuando corpꝰ ut nunq̄ꝫ deficiat. nec ab ea ſeparetur. hec autem potētia ꝯſequitur ip̄m liberꝫ arbitriū ⁊ ei ꝯformatur. vnde ſicut in ſtatu inocentie homo poterat peccare ⁊ non peccare. ſic aīa poterat corpus ꝯtinuare ⁊ non ꝯtinuare. et homo poterat mori ⁊ non mori. quia uero in ſtatu glorie impoſſibile eſt liberꝫ arbitriū peccare. impoſſibile eſt etiam aīam corpus deſerere. et quia in ſtatu miſerie neceſſe hꝫ peccare ⁊ aliquando in peccato eſſe ſaltem in ſua origine. ideo impoſſibile eſt animam corpori uitam ꝯtinuare. Queādmodū ergo ipſius liberi arbitrij potentia in ſtatu inocentie ⁊ glorie eſt eadē per eēntiam differēs ſolum ſ̄m ſtatū ⁊ diſpoſitionē ſuperadditā. ſic illa potentia continuādi ⁊ regēdi corpus que dicitur imortalitas per eēntiam eſt eadē differens ſola ſuperaddita diſpoſitōe. Et ideo cum queritur utrū imortalitas inocentie et glorie. ſiue uie ⁊ patrie eſſet eadem: rn̄deri poteſt ꝙ eadem eſt quantū ad potentiā ſꝫ alia quantū ad diſpoſitionē ſuperadditā. uel ut pprius dicamus una ⁊ eadem eſt ſed altera ſine altera ſicut coriſcus albus ⁊ niger idem eſt ſed alteratus. Et ideo ꝯcedēde ſūt rōnes oſtēdētes ꝙ hec imortalitas ⁊ illa per eēntiam eſſet una. ¶ Ad rōnes ad oppoſitū facile eſt rn̄dere. Nam ad illud quod primo obijcit ꝙ principiū proximū huius immortalitatis et illius eſt aliud ⁊ aliud. plana eſt rn̄ſio. quia principiū precipuū. ſ. potētia ꝯtentiua eſt una ⁊ eadem. lꝫ principia aliter ⁊ aliter diſpoſita. hinc gratia inde u̾o gloria ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ non eſt trāſitus ab eodem in idem. ꝺō ꝙ tranſitus ab hac imortalitate ad illā eſt per diuerſificatōeꝫ ſtatuū. quia eſt tranſitus a ſtatu in ſtatū. et ideo ſicut quod mouetur a ſtatu imperfectionis ad ſtatum perfectionis nō dicitur aliud ⁊ aliud ſed ſtatus dicitur alius ⁊ alius. ſic in propoſito intelligendū. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ habent diuerſa oppoſita. ꝺō ꝙ illa diuerſitas oppoſitionis uenit ex rōne ſuperaddite diſpoſitōis ſicut intelligitur ī libertate arbitrij que eſt libertas a coactione ⁊ a culpa ⁊ a miſeria. libertas. ut a culpa ſuperaddit aliquā diſpoſitōeꝫ. ſ. grām. libertas auteꝫ a miſia ſuperaddit aliā diſpoſitionē. ſ. uel inocentiā ue gloriā rōe quaꝝ diſpoſitionū hꝫ opponi diuerſis. ſic ⁊ imortalitas glorie ſuperaddit iſtā imortalitatē inocentie ſicut diſpoſitio q̄ eſt neceſſitas ſupra diſpoſitionē que eſt congruitas. ¶ Ad illud qḋ obr̄ imortalitas dicit ꝯditionē uite ſiue ſtatum. ꝺō ꝙ uerum ē ſed non principaliter. imo principalius dicit potentiā ꝯtentiuā ſicut predictum eſt. ⁊ idō rō illa non cogit. ¶ Ad ultimū. ſ. ad auctoritatem magiſtri iam patet reſponſio. ꝙ. n. dicitur ꝙ ſit alia ⁊ alia ut intelligitur hoc eē dem̄ quia eſt altera ⁊ altera. aut intelligitur eē alia ⁊ alia non quantū ad ipſam potentiaꝫ quam principaliter importat ipſa imortalitas. ſed quantum ad diſpoſitionē ſuperadditam. Et ſic patet rn̄ſio ad queſita.

In parte iſta ſunt dubitatōes circa litteraꝫ. Et primo queritur ꝺ hoc quod dicit. In primo ſtatu fuit corpus hominis animale. Animale enim denominatur ab anima. ergo omne corpus hn̄s animā poteſt et debet dici animale. ſꝫ corpꝰ glorioſum eſt huiuſmodi. ergo animale dici poteſt. qualiter ergo diuiditur animale ꝯtra ſpūale. Si tu dicas ꝙ anima nominat ibi uitam carnalē ſicut Jo. xij. Qui amat animaꝫ ſuaꝫ perdet eam. ſed tali modo uiuere ē reprehenſibile. ergo uidetur ꝙ tale corpꝰ non ꝯpeteret ſtatui inocentie. ℞. ꝺō ꝙ nom̄ generis aliquando appropriatur ei quod ſui incōpletione uel imperfectione non addit nomen ſpeciale. vnde ſicut animal appropriat̄ beſtijs et dicuntur beſtie eſſe animalia. ſic animale dictū ab anima appropriatur quodāmō his que habent animā cibatiuā. ⁊ idō uoluit aug. appellare corpus animale. i. corpus alimonijs egens. et iſte modus dicendi attenditur ſ̄m ꝙ animale uenit ab anima. et patet rn̄ſio ad obiecta. ¶ Alio modo poſſet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dici minus ꝓprie ꝙ animale ueniret ad hoc
qḋ eſt animal. ⁊ cũ aial appropriet̄ur beſtijs
diceretur corpꝰ eiꝰ aiale. i. beſtijs ſimile. erat
aũt adam in ſua ꝯditione quantũ ad corpus
ꝯſimilis beſtijs in hoc ꝙ indigebat refici ci-
bis. quantũ ad mentē uero erat in honore ⁊
beſtijs diſſimilis. ſed qꝛ cũ in honore eēt nõ
intellexit imo peccauit ⁊ ꝯparatus ē iumētis
inſipientibꝰ. ⁊. f. f. eſt aial. ut ⁊ nõ ſolũ ipſe ⁊
eiꝰ poſteri beſtijs eēnt ſimiles īdigētia cibi.
ſed etiã in beſtialitate ⁊ appetitu mentis. et
ſic patet pro quanto dicitur adam habuiſſe
corpus aiale ⁊ quõ diuiditur ꝯtra ſpũale.

¶ Itē queritur de hoc qḋ dicit. ꝙ habebat
corpus mortale ⁊ ⁊ imortale. Cũ enim mor
tale ⁊ imortale ſint oppoſita uidetur ꝙ duo
oppoſita ſimul ⁊ ſemel ineſſent eidē. ¶ Itē
aial eſſentiali diuiſionē diuiditur per morta
le ⁊ imortale ſicut per rõale ⁊ irrõnale im-
poſſibile eſt eē mortale ⁊ imortale. ¶ R℞. di
cendũ ꝙ imortale duplr̄ dicitur. vno modo
prout priuat actũ ⁊ aptitudinē moriendi. et
ſic dicitur imortale quod non eſt potēs mori
et hoc modo directe opponitur ei quod eſt
mortale. ⁊ impoſſibile eſt eſſe circa idē. Alio
modo ꝓut priuat actũ ſolũ. ⁊ tunc dr̄ imorta
le. i. potens non mori. ⁊ hoc modo mortale
⁊ imortale nõ hñt oppoſitionē. qm̄ potētie
rõales ⁊ ille que rõnalibus ſubijciũtur ſunt
ad oppoſita. ⁊ ideo lʒ actus ſint oppoſiti. po
tentie tñ nõ ſunt oppoſite. Et ſic patʒ rñſio
ad illa obiecta. procedunt enim ſm ꝙ imor
tale priuat potentiã. ¶ Et ſi tu obijcias ꝙ
potētie diſtinguuntur per actus. et ita ſi acꝰ
ſunt oppoſiti. ⁊ potētie ſimiliter. Dḋ ꝙ illḋ
habet locũ in potentijs naturalibus puris. ul'
ſi in alijs potentijs locũ habet intelligitur d̄
actu qui circũplectitur totã potentiã. cũ aũt
potentia eſt ad oppoſita unus illoꝝ actuuʒ
potentiã totã non circũplectitur. ¶ Itē q̄rit
de hoc quod dicit. ꝙ poſt peccatum corpus
factũ eſt mortuũ. mortuũ enim ⁊ uiuũ oppo
nũtur priuatiue. ergo ſi corpus ade poſt pec
catũ uiuebat falſũ eſt dicere ꝙ mortuũ erat
Si tu dicas hoc eē dictũ neceſſitati moriēdi
erat aſtrictũ. pari rõne cũ haberet neceſſita-
tē ad putrefactionē deberet dici corpus ade
eē putrefactũ. ¶ R℞. Dḋ ꝙ ſicut dicit aug. in
xiij. li. de ci. dei. mortuũ poteſt eē nomen et
participiũ. ſm ꝙ eſt participiũ ſic ſignificat
mortē infuiſſe qḋ eſt participans partē tpīs
et tunc dicitur eſſe aliquis mortuus in quo
mors prius fuit. ſm aũt ꝙ eſt nomen. ſic de
nominat aliquē non ſolũ a morte que infuit
ſed etiam a morte que ineſt. ſicut dicitur ali
quis albus ab albedine que ineſt. ⁊ qm̄ mors
nihil aliud eſt q̄ʒ tendētia ad non eſſe. et hõ
ꝯtinue ad non eſſe tendit poſt lapſũ. hinc eſt
ꝙ ꝯtinue eſt in morte. ⁊ ideo ꝯtinue poteſt
dici mortuus. et ideo dicit apo. ꝙ corpꝰ mor
tuũ eſt propter pccm̄. ¶ Dḋ ergo obr̄ ꝙ
mortuũ ⁊ uiuuʒ opponũtur. Dḋ ꝙ uerum ē
ſm ꝙ mortuũ ſimplr̄ priuat uiuũ. hoc ē ſm
ꝙ dicit actualem ſeparationē ſiue terminuʒ
corruptionis. quando aũt dicit ordinē ad illũ
terminũ nõ opponitur de ſe ſed rõe eius ad
quod ordinat. quia ordinat ad oppoſitũ uite
et ſic ſimul poſſunt ſtare. imo neceſſe eſt ſil'
eſſe cũ uita preſenti. et ideo ſignanter parti
cipiũ huius uerbi morior eſt anomalum nec
tenet formationē alioꝝ participioꝝ preteriti
temporis ſicut dicit aug. ¶ Itē queritur de
hoc qḋ dicit. Sumeret homo de ligno uite
quo perfcē imortalis factus cibi alimenta ul
terius non requireret. ¶ Contra hoc eſt. Dḋ
eſt corruptibile nõ poteſt dare icorruptõeʒ.
ſed fructus illius ligni uite erat corruptibilis
aliter nõ poſſet manducari ⁊ digeri. ergo nõ
poterat homini ꝓbere perfectã imortalitatē
¶ Itē aut ille fructus ꝯuertebatur in corpus
humanũ. aut nõ. ſi non. ergo non reficiebat
nec ſuſtētabat. ſi ſic. ergo erat eiuſdē nature
cũ carne reliqua. ergo uidetur ꝙ imortalita-
tē preſtare non poterat. ¶ R℞. Dḋ ꝙ illud li
gnũ uite dicitur ab aug. potuiſſe preſtare ꝑ
fectã imortalitateʒ. non quia propria v̓tute
poſſet corpus hominis facere incorruptibile
cum hoc ſit ſolius potentie diuine. ſed quia
uirtute ſibi data habebat ad hoc diſponere
et diuina uirtus illi ligno tanq̄ʒ ſacramento
aſſiſteret que imortalitatē perficeret. Et ꝙ
lignum uite hanc poſſet habere v̓tutē ut ad
imortalitatē diſponeret ſatis patet i multis
ſimilibus. multa enim ſunt aromata ut myr
rha ⁊ balſamus que corpus hominis diu a
putrefactõe ꝯſeruãt. ꝙ v̓o rõe diuine v̓tutis
aſſiſtētis diceretur corporibus illis imortali
tatē prebere ſimile habetur in ſacramentis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que dicuntur ↄferre gratiã quãuis non ipſã
grãm creent ſed diuina uirtus ipis aſſiſtens
ſicut melius in quarto li. explicari habet. ſic
⁊ in propoſito intelligendũ eſt cum lignum
uite eēt primis hominibus in ſacramentis.
vt ſicut dicit Auguſtinus.

Diſtinctio. xx.

POſt hoc uidendum eſt qualiter
primi parentes ⁊c. Supra egit
magiſter de duratione imorta-
litatis In hac parte agit de pro
creatione poſteritatis. vel aliter ⁊ in idem
redit. Supra egit de ↄſeruatione indiuidui.
hic agit de ↄſeruatione ſpẽi que quidem eſt
per filioꝝ procreationẽ. Diuiditur pars iſta
in partes tres. In prima determinat qualr̃
primi parentes filios procreaſſent. In ſcđa
determinat quales filij naſcerẽtur ibi Si vo
queritur quales ſi non peccaſſent ⁊c. In tͤtia
breuiter epilogat que predeterminata ſunt
ibi Talis erat hominis inſtitutio ante pccm̃.
Prima pars habet duas. In prima determi
nat de modo generationis. In ſecũda de tp̃e
tranſlatõis. ibi De termino tp̃is quo tranſ-
fertur. Similiter ſecũda pars principalis hꝫ
duas. In prima determinat quales naſceren
tur filij quantũ ad corpus. In ſecũda quales
naſcerẽtur quantũ ad animã. ibi Et cum de
corpore humano non ſit abſurdũ ⁊c. Aliaꝝ
partium ſubditiões ⁊ ↄtinentia manifeſtata
ſunt in littera.

AD intelligentiã huius partis que
eſt de procreatiõe liberoꝝ in ſtatu
innocẽtie quedã incidunt dubitabi
lia. Et primo queritur utruꝫ in ſtatu ino
cẽtie fuiſſet ſexuũ ↄmixtio. Secũdo utꝝ
in illa ↄmixtione erat ſeminum deciſio.
Tertio utrũ in illa ſeminis deciſione eſſet
delectatonis intentio. Quarto queritur
utrũ in illa ↄmixtione eēt integritatis corru
ptio. Quinto queritur utrum in omni co
itu eēt plis gñatio. Sexto queritur utrũ
equalis eēt per generatões maſculoꝝ ⁊ femi
narum multiplicatio.

CIrca primũ ſic ꝓceditur ⁊ oſtẽditur
ꝙ ſi homo ſtetiſſꝫ facta eēt ſexuũ
ↄmixtio. primo per textum gñ. ij.
Faciamus dicitur adiutoriũ ſimile ſibi. ſꝫ uir
non indigebat adiutorio mulieris niſi q̃tu,
ad actum generatõis. nẽc poterant ſimul ali
quẽ generare niſi ſimul ↄmiſcerent. ergo ⁊c.
Itẽ aug. xiiij. de ci. dei. Quiſquis dicit ñ
coituros nõ generaturos hoies niſi peccaſ-
ſent. quid aliud dicit niſi ꝓpter numeroſitatẽ
ſanctoꝝ neceſſariũ fuiſſe pccm̃. ergo ſi hoc
eſt incõueniẽs ponere etiã ſi homo no pec-
caſſet uir ⁊ mulier p ↄmixtionẽ ſexuũ gene
rarent Itẽ diſtinctio ſexuũ nõ eſt niſi ꝓpͥ
generationẽ. ſed in primaria ſui ↄditione di
ſtinctio fuit in humana ſpẽ ſicut i aliis. ergo
ſi ſexus diſtincti ad unũ effectũ nõ ↄcurrunt
niſi ↄmiſceantur. uidetur ꝙ ſi homo ſtetiſſꝫ
uir ⁊ mulier cõmixti eēnt. Itẽ uir habuit
uim gñatiuã. ſꝫ planũ eſt ꝙ prolem intra ſe
ↄcipe ñ poterat cũ nec haberet locũ i quo fe
tus uegetaretur nec uiã per quam egredere
tur. ergo uidetur ꝙ ad hoc ꝙ generaret ne-
ceſſarium erat ſibi cum muliere ↄmiſceri ⁊
ↄuenire. Sed ↄ. Aug. de bono ↄiugali.
Nuptie non niſi mortaliũ eſſe poterũt. ↄſtat
hoc dictũ eſſe quantũ ad ↄmixtionẽ ſexuũ.
ſi ergo manente ſtatu inocentie homo ñ po
terat mori. ergo nec mulieri poterat ↄmi-
ſceri Itẽ Dam. Poterat deus genus hoc
abſq; generatõe multiplicare ſi homo man
datũ ſuũ ſeruaſſet uſq; in finẽ. ergo uidetur
ꝙ ſi homo ſtetiſſet ꝙ uir mulieri ↄmiſceri
non haberet nec filiũ procreare. Iteꝫ ad
hoc data eſt uis generatiua ut que non pñt
ↄtinuari in ſe ↄſeruentur in ſuo ſimili. ſꝫ ho
mine ſtante in perpetuum ↄtinuari poſſet.
ergo nõ uidetur ꝙ homo generaret. Itẽ
ↄmixtio ſexuũ eſt opus carnale. ſed primi
parentes cum eẽnt ſpũales non erant dediti
operibus carnis. nec impediebantur a q̃ete
ↄtemplatõis. ergo non uidetur ꝙ natura ſtã
te haberent inſimul ↄmiſceri. Rñ. dõ ꝙ i
ſtatu innocentie abſq; dubio homo haberet
generari ex homine. ⁊ hoc atteſtatur aucto
ritati ſcripture ⁊ iudicio rõnis recte. dicitur
enim hoibus in ſtatu inocentie ſicut ſcribit
Gen. i. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete
terram. Et alius textus dicit mulierẽ in ad
iutoriũ uiri eẽ factã. Rõni etiã recte hoc cõ-
ſonat que dicit potẽtiã generandi ſpectare
ad ↄpletionẽ nature. uſum vo gñationis ad
ↄplemẽtũ ⁊ pfectionẽ ſuperne ciuitatis. ⁊ q;
in ſtatu inocentie natura perfectior erat q̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in ſtatu uie. ⁊ ſi homo ſtetiſſʒ ſupna ciuitas ſuoꝝ ciuiū numeroſitate nequaꝗ̄ fraudata eſſet. ponendū eſt ꝙ homo in ſtatu inocētie generare poterat ⁊ genuiſſet. et quia nec uir ꝑ ſe nec mulier per ſe ſuffeciſſet ad gn̄andū ideo per ꝯmixtionē fieret ꝯiunctio unius ad alteꝝ ⁊ mutuū ſibi preberet auxiliū in ꝓcreatōe prolis ad multiplicādū genus humanū. Et ideo ꝯcedēde ſunt rōnes oñdentes ꝙ ſi homo ſtetiſſet ⁊ eſſet gn̄atio ⁊ ſexuū ꝯmixtio. ¶ Ad illud quod primo obr̄ in ꝯ̄riū de uerbo aug. in li. de bono ꝯiu. dō ꝙ mortale non uocatur ibi quod hʒ neceſſitatē in moriendo. ſʒ mortale dicitur generalr̄ ꝓ uitā aīali in qua ſola pōt fieri gn̄atio. quia in̄ ea ſola pōt fieri gn̄atio. qꝛ i ea ſolū pōt fieri deciſio ⁊ reſtauratio. ⁊ quia hec mortalitas poterat eſſe in ſtatu inocentie quāuis non in ſtatu glorie. ideo patet illud. ¶ Ad illud qđ obr̄ de uerbo Dam. dō ꝙ damaſcenus non uult dicere ꝙ non eēt gn̄atio ſi hō ſtetiſſʒ ſed ꝙ n̄ eſſet per eū modū ꝑ quē eſt modo. ſ. cum libidine ⁊ feditate. Preterea ipſe non dicit quid deus faceret ſed quid facere poſſet. ¶ Ad illud quod obr̄. data eſt uis gn̄atiua ꝙ ꝑpetuaretur corruptibilia. dō ꝙ illa non eſt ratio tota. imo rō ꝑcipua ⁊ ꝭ fidē quā ignorauit phūs eſt propter mulplicatōeʒ numeri electoꝝ quā de⁹ ſic diſpoſuit facere ſucceſſiue ꝓpter multiplicē ꝯgruētiā ſicut ſupra tactū eſt. videlʒ propter diuine glorie manifeſtationē. tū ꝓpter hominū maiorē ꝯiunctōeʒ ut magis adinuicē ſe diligerēt. tū etiā ꝓpter uniuerſi decorē ⁊ perfectōeʒ que nō ſolumō attēditur ꝭm eſſe permanens imo etiaʒ ꝭm eſſe decurrēs. decurſus aūt in rebus irrōnalibus debet eſſe ꝭm ordinē ⁊ exigētiā ad res rōnales propter quas facte ſunt. ¶ Ad illđ quod obr̄ ꝙ ꝯmixtio ſexuū eſt op⁹ carnale. dō ꝙ caro uno mō ſonat in vitiū ſicut illud Gal. v. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpūʒ. Alio modo caro dicit naturā ſicut illud Ephe. v. Nemo carnē ſuā odio hūit. Et ſic carnale pōt dici duplr̄. vel a carne ꝭ ꝙ dicit naturā. vel a carne ꝭ ꝙ dicit uitiū. ⁊ hoc ultimo mō in primo ſtatu ſexuū ꝯmixtio non eſſet carnale op⁹ ꝙ non eēt ibi uitioſitas. eēt tn̄ op⁹ carnalē ꝭ ꝙ caro ſonat in naturā. ⁊ nihilominus eſſet ſpūale opus. quia natura ⁊ op⁹ nature ꝯcordat ſpūi gratie.

SEcundo q̄ritur utrū in illa ꝯmixtione eſſet ſeminū deciſio. Et ꝙ ſic uidetur. Generare eſt de ſubā ſua aliquē producere. ſed nemo producit aliquē de ſubā ſua niſi det ei partē ſubē ſue cū totā dare non poſſit niſi ſolus deus. partē autem ſubē non dat niſi decidēdo a ſe. ergo ⁊c. ¶ Item filius a patre ⁊ matre generatur non tm̄ effectiue ſed etiā materialr̄. ſed q̄ñcūq; aliqua duo ſunt materia uni⁹ neceſſe ē adinuiceʒ uniri ⁊ ꝯmiſceri ꝭ ſe totā uel ꝭ aliquid ſui. illud autem in quo uniūtur non ſolū hēt rōem materialis ſed etiā efficn̄. et tale uocamus ſemen. ergo ſi homo ſtetiſſet nihilominus generatio eſſet per ꝯmixtionē ſeminū. ¶ Iteʒ uir ex ſuo coitu mulierē fecūdaret. ſed hoc nō eſſet niſi aliquid impartiretur neceſſariū. quia natura illud ſibi ſeruaret. ergo impartiretur alimēti ſuperfluū. et hoc eſt ſemen. ergo fieret ſeminū ꝯmixtio. ¶ Item a primaria ꝯditione habuerūt uir ⁊ mulier uaſa ſuſceptibilia ⁊ idonea ad humoris ſeiarij generatōeʒ ⁊ deciſionē ⁊ ꝯmixtionē. ⁊ illa ſunt que ſunt organa v̄tutis generatiue. ergo in gn̄atione prolis naturale eſt ſemē deſcindere. ergo ſi homo gn̄aret tunc ꝭ ꝙ ꝯpetebat nature in ſtatu innocētie. fuiſſʒ ꝯmixtio ſeminū. ¶ Sed ꝯ̄. Semen eſt ſuperfluū nutrimēti. vbicūq; aūt eſt ſupfluitas ibi eſt uitioſitas. ſed in natura inſtituta non erat uitioſitas. ergo nec ſuperfluitas. ergo nec humor ſeiarius. ¶ Itē humor eſt ſuperfluitas tertie digeſtiōis. ſed ſi homo ſtetiſſet nō eēt in eo ſuperfluitas ſecūde digeſtiōis. utpote ſtercus ⁊ urina. ergo nec ſuperfluitas tertie. Prima patet per phūm. Scđa manifeſta eſt quia ille ſupfluitates nunꝗ̄ ſunt ſine feditate ⁊ ignominia. ergo ſi feditas ⁊ ignominia non ſunt in hoīe niſi per culpā. nullo mō eēt in eis ſupfluitas. ¶ Itē ſi eſſet in eis ſemen aut eſſet ꝯueniēs proprie ꝯplexioni. aut nō. Si non. ergo non uidetur ꝙ de eo deberet uel poſſʒ proles generari. Si ſic. ſed natura gn̄aliter tenet qđ ē ſibi ꝯueniēs ⁊ ſi expellit hoc nō eſt per naturā ſed ꝑ uiolētiā. ſi ergo in ſtatu inocētie homo hoīem generaret nō uiolēter ſed naturalr̄. uidetur ꝙ i generatōe ſemen nō amitteret. ¶ Itē actualis deciſio

R 4

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑtis a parte ē uia ad corruptionē. n̄ tēdebat ergo generando ſemen non decindebat.

Rꝫ. dicendū ꝙ cuꝫ generatio prolis q̄tū eſt de ordine ⁊ poteſtate nature habeat fieri ꝑ ꝯmixtionē ⁊ ꝯiunctionē duorum ſexuū in hominibus qui reſpectu prolis ſe habēt per modum materialis ⁊ efficientis. ita ꝙ ratio materialis plus reſidet penes mulierem. et efficiētis ſiue actiui plus reſidet penes uirū. neceſſe ē ad generationē aliquas particulas tam a muliere q̄ꝫ a uiro deſcindi in quibus eſſet uirtus ⁊ ratio ſeminalis reſpectu corporis propagādi. quia ergo hic eſt erdo nature non ſolūmodo lapſe ſed etiam inſtitute. ideo dicendū eſt ꝙ in ſtatu inocētie ⁊ uir ⁊ mulier per deciſionē ſeminū generaſſent.

¶ Ad illud ergo quod obī̄ in ꝯtrarium de ſeminis ſuperfluitate. dicendū ꝙ eſt ſuperfluitas reſiduitatis ⁊ eſt ſuperfluitas impuritatis. ſed ſuperfluitas reſiduitatis eſt in ſeie ⁊ hec ſuperfluitas neceſſitatē non excludit. imo ideꝫ ip̄m quod eſt neceſſariū eſt ſuperfluum ſed neceſſariū ſpēi. ſuperfluū indiuiduo. neceſſariū uirtuti generatiue ſed ſuperfluuꝫ nutritiue. et hec ſuperfluitas nō repugnat bonitati ⁊ ꝯpletioni nature. quia non ſonat in uitiuꝫ ſed in ꝯplementū. Eſt ⁊ alia ſuperfluitas impuritatis ſicut ſtercus ⁊ urina defluxus reumatis ⁊ emiſſio ſudoris ⁊ ꝯſimilia. ⁊ hec eſt in duplici differentia. quedaꝫ uenit ex debilitate uirtutis ꝯtētiue ⁊ ꝯuerſiue. ſicut reuma ⁊ ſudor. ⁊ talis non fuiſſet i adā propterea qꝛ uirtutes naturales in ipſo erāt in ſuis operationibꝰ efficaces. Alia uero eſt que uenit ex nutrimenti qualitate et nutrimenti puritate. ⁊ hec fuiſſet in adaꝫ. qualis eſt ſuperfluitas egeſtionis ⁊ urine que ſunt ꝓpter ſeparationē puri ab impuro ut id qđ purum ⁊ idoneum eſt aſſumatur in alimētū illud uero quod eſt minus idoneū abijciatur exterius. lꝫ non cum tanto fetore ⁊ feditate ſicut nunc. ⁊ hoc ſatis indicant uaſa ⁊ inteſtina ⁊ foramina que ſunt homini a ſua prima ꝯditione naturaliter deputata. ¶ Et per hoc patet reſponſio quaſi ad omnia obiecta. Nā primum quod obiicit ꝙ ubi eſt ſuperfluitas ibi eſt uitioſitas. non ualet. quia non habet ueritatem de ſuperfluitate reſiduitatis q̄lis eſt ſuperfluitas ſeminis. ¶ Secūdū aūt qđ obijcit ꝙ ſuperfluitas ſecunde digeſtionis ē cum feditate ⁊ ita cum penalitate. ſimiliter nō ualet. quia quāuis illa ſeparatio puri ab impuro ſit in nobis cum feditate. in iſtis eēt ſine aliqua fetoris corruptione in atteſtatōe uirtutis potentie ꝯuerſiue ⁊ puritatis nutritẽ.

¶ Similiter tertium non multum cogit. qꝛ ſemen cum ſit ſuperfluum nutritiue neceſſarium eſt generatiue. non ꝯuenit cum natura ut ſaluans ipſam in ſe ut ſaluans eam in altero tranſfundere. ⁊ quāuis non ꝯueniat nature generantis in ſe ut ſic eſt. ꝯuenit tamen nature generati. ¶ Similiter ultimū non cogit quod dicit ꝙ deciſio eſt quaſi uia ad corruptioneꝫ. hoc enim locū habet ubi ē deciſio partis neceſſarie cum quadaꝫ uiolentia ⁊ ubi eſt deciſio ſine reſtauratione. hoc autem nō eſt in ſeminis deciſione ſicut oſtenſum eſt. ⁊ ita omnia obiecta poſſūt ſolui ꝑ diſtinctōeꝫ prius factam ⁊ alia etiam plura media que ad hoc poſſunt adduci.

Tertio queritur utrum in illa ſeminis emiſſione eſſet delectatōis intenſio. ¶ Et ꝙ ſic uidetur. Natura bene diſpoſita deſiderat ſupfluuꝫ emittere. ergo melius diſpoſita magis deſiderat emittere. ſed natura inſtituta multo melius erat diſpoſita q̄ꝫ natura lapſa. ergo uis generatiua multo magis deſiderabat ſemē emittere quod eſt ſuperfluū. ſed ubi maius eſt deſiderium. ibi in ꝯplectiōe multo maior eſſet delectationis intenſio q̄ꝫ ſit modo. ¶ Iteꝫ delectatio eſt ex ꝯiunctione ꝯuenientis cuꝫ ꝯuenienti ⁊ ſenſu eiuſdem. et ideo dicunt naturales delectationē eſſe in coitu propter tranſitū humoris per locum neruoſuꝫ in quo maxime uiget ſenſus. ſi ergo tanta erat tunc cō ueniētia uel maioꝛ q̄ꝫ ſit modo. ⁊ ſenſus tūc magis uigebat q̄ꝫ modo. uidetur ꝙ in ſeminis deciſione maioꝛ tunc q̄ꝫ modo ieſſet delectationis intenſio. ¶ Itē unaqueqꝫ uirtꝰ cognoſcitiua delectatur in facilitate ⁊ ꝯplemento ſue operationis. hoc per ſe uerum ē. ergo quanto maioꝛ eſſet ꝯpletio ⁊ facilitas tanto maioꝛ eſſet delectatio. ſed uis generatiua in qua uiget ſenſus tactus facilius et ꝯpletius exiſſet tūc in actum ſuum q̄ꝫ nūc. ergo maioꝛ eſſet ibi delectationis intenſio.

¶ Item oculus ade amplius delectatur in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aſpectu lucis ⁊ auditus in auditu cantus ſo
nori qꝫ aſpectus vel auditus hominis lapſi.
ergo pari ratione in guſtu ⁊ tactu appoſito
ſibi ↄuenienti multo plus haberet delectari.
ergo cum cognouiſſet uxorem vel cum co-
mediſſet maiorem delectationeꝫ habuiſſet.
¶ Sed contra. Aug⁹. dicit de ciui. dei. ꝙ ſi
homo non peccaſſet ſic mēbra genitalia ap
plicarentur adinuicē ſicut modo applicatur
manus ori. ſed in applicatione manus ad
os aut nulla aut modica habetur delectatio.
Ergo pari ratione videtur ꝙ nec in conta-
ctu illorum membrorꝫ. ¶ Item ſi tanta eēt
delectationis intenſio tunc quanta eſt nunc
cum modo ſit deordinatio in actu generādi
propter intenſionē delectationis. tunc fuiſſꝫ
generatiua deordinata. ergo non eſſet gene
ratiua inſtituta ſed deſtituta. ¶ Item ſi in
actu illo natura ſtante eſſet delectationis in
tenſio cum fortificata minoratur vis alteri⁹
videtur ꝙ ſicut in illo opere abſorbet vſus
rationis ita ⁊ tunc. ſed hoc non poteſt eſſe
ſine hominis ſubuerſione. ergo non eſſꝫ na
tura ordinata ſed inordinata ⁊ ſubuerſa. ¶
Item ſi tanta eſſet tunc delectatio in preſen
tia ⁊ coniunctione ſexuum quanta eſt nunc.
ergo ſimiliter tantus eſſet appetitus in ab-
ſentia quantus eſt nunc. ſed uehementia de
ſiderij ⁊ appetit⁹ excitat pruritus ⁊ pruritus
vehementia facit membra illa inobedientia
rōni ⁊ repugnātia. ergo in ſtatu ante lapſū
eſſet pugna ⁊ ↄtrouerſia. quod ē contra oēs
ſanctos ⁊ contra fidem ſinceram. Reſtat er
go ꝙ tempore nature inſtitute in ſexuum
ↄmixtione nō erat delectatio intenſa. ¶ R
Intelligendū eſt hic duplicem modū eſſe di-
cendi. Quidam enim dicere uoluerunt ꝙ
tanta uel maior erat delectatio tunc qꝫ nūc.
⁊ tñ non erat imoderata. tanta erat ꝓpter
naturalis virtutis perfectionem. imoderata
non erat propter inferiorꝫ virtutū ſubiectio
nem. ratio enim dominabatur illi delectatōi
⁊ eam deferebat in ſuum finem. et ideo non
abſorbebatur nec erat ibi repugnātia. Et p
hoc uolunt ſoluere obiecta. ¶ Eſt et alius
modus dicendi qui magis concordat verbis
Aug. ⁊ ꝓbabilitati rationis. ſ. ꝙ in deciſiōe
ſeminū ⁊ ↄmixtione ſexuū tempore nature
inſtitute aliqua fuiſſet delectatio moderata

⁊ menſurata tamen ſm ꝙ exigebat homi-
nis rectitudo. et ſm ꝙ eam uolebat tempe-
rare hominis ratio. et ideo non erat tanta
quanta eſt modo. Nunc enim qꝛ virtus illa
maxime exit rationis imperium dum ratio
amiſit originalis iuſticie uinculum ⁊ retina-
culū per quod imperabat uiribus inferiori-
bus. ideo laxatis ſibi habenis toto impetu
⁊ conatu ſe precipitat in delectabile ſibi obla
tum. non propter intenſionem uirtutis mo-
uentis ſed propter defectum virtutis retar-
dantis. vnde ſicut equus laſciuus rupto fre
no uelocius currit ⁊ impetuoſius qꝫ cum in-
frenatur ⁊ detinetur a ſuo ſeſſore. lꝫ non ha
beat maiorem uirtutem. ſic et in propoſito
intelligendū eſt ſe habere. et hoc eſt quod
dicit Aug. de ciui. dei. Nuptie ille digne fe-
licitate paradiſi ſi peccatum nō fuiſſet ⁊ dili
gendam prolem gigneret ⁊ pudendā libidi-
nem non haberet. Et ideo concedende ſunt
rationes oſtendentes ꝙ non eſſet tunc tāta
delectationis intenſio quanta ⁊ nunc. cū mō
tanta ſit ut modum ⁊ ordineꝫ non obſeruet
debitum. ¶ Ad illud quod obr̄ in contrariū
ꝙ natura deſiderat emittere ſuperfluitateꝫ.
dicendū ꝙ uerum eſt. ſed illud deſideriū hꝫ
terminū ⁊ limitem ⁊ in natura inſtituta illuꝫ
terminū non exiret. nunc auteꝫ exit. ⁊ ratio
prius tacta eſt. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ de-
lectatio nō uenit ex ↄiunctione. ſꝫ etiā ex vir
tutis ↄuerſiōe ſuper delectabile. in ſtatu aūt
nature inſtitute ⁊ ſi eſſet ↄiunctio ↄuenīētis
cum ↄuenienti ⁊ ſenſus. non tamen tanta
eſſet uirtutis incuruatio ⁊ inclinatio quanta
eſt modo. et ideo non eſſet tam improba ⁊
tam intenſa delectatio. ¶ Ad illud qđ obr̄
ꝙ uirtus delectatur in ↄpletione ⁊ facilitate
ſui actus. dicendū ꝙ uerū eſt. ſed tamen ad-
huc iſta delectatio terminū prefixum debet
habere ⁊ haberet vtiqꝫ ſi homo ſtetiſſet. et
quoniam illū merito peccati egreditur. hinc
eſt ꝙ amplius delectatur. quāuis delectatio
nis materia non ſit maior. ¶ Ad illud quod
obr̄ ꝙ amplius delectaretur homo in ſenſu
uiſus ⁊ auditus. dicendū ꝙ uerum eſt de de
lectatione naturali que eſt in uiſu ⁊ que eſt ī
tactu. qm̄ uiſus delectatur in obiecto quod ē
nobile ⁊ magis accedat ad naturā ſpūalem.
ſimiliter ⁊ auditus. et ideo ī beatis delectatio

uiſus potiſſime intenditur. tact⁹ uero delectatur in re magis groſſa ⁊ materiali. ⁊ ideo intenſio ſue delectationis magis repugnat ſtatui ſpūali ⁊ magis reddit hominē carnalē ⁊ animalē qualis eſt homo in ſtatu miſerie. Et ſic patet ꝙ illud non eſt ſimile.

Quarto queritur vtruʒ in illo coitu eſſet integritatis corruptio. ¶ Et ꝙ nō videtur. primo per Aug. xiiij. de ciui. Sine vlla corruptōe integritatis infunderetur maritus gremio mulieris. ergo uidetur ꝙ ſi homo ſtetiſſet nulla eēt integritatis corruptio. ¶ Item ubi corruptio eſt integritatis in re habente ſenſum ē paſſio uel dolor qꝛ dolor eſt ſenſus diuiſionis partium ſicut dicit phūs. Si ergo in actu illo fuiſſet integritatis corruptio cum eſſet in re habente ſenſum. eſſet nihilominus per ꝯſequēs doloris paſſio. ſed hec paſſio non poterat eſſe in natura ſtante. ergo nec integritatis corruptio. ¶ Item ubi eſt corruptio integritatis ē amiſſio uirginalis dignitatis. ſed ſi homo ſtetiſſet in actu illo nō fuiſſet alicuius dignitatis amiſſio. ergo nec integritatis uiolatio. ¶ Item corruptio integritatis eſt principiū deſtructionis ⁊ diſponens ad mortem. īmortalitas enim integritateʒ dicit ⁊ priuat corruptionē. ſi ergo ſtatu illo manente tam vir q̄ʒ mulier erant īmortales, ergo integritateʒ per corruptionē aliquā non poterāt perdere ¶ Sed contra. Impoſſibile eſt ſemen ſuſcipi ⁊ emitti niſi per apertionē uiarum. ſed in actu generationis fuiſſet ſeminū ꝯmixtio. ergo fuiſſʒ uiarum apertio. ſi ergo in aptione uiarum eſt integritatis uirginalis uiolatio. ergo ⁊c. ¶ Item quāuis naturalia ſint deteriorata non tamē ſunt ablata. ergo ſicut mō ꝯmiſcetur maritus uxori. ita ⁊ tunc. ſed nūc nō poteſt ꝯmiſceri ſine corruptione integritatis. ergo nec tunc ¶ Item ꝙ aliqua uirgo conceperit hoc eſt miraculū ⁊ propriū ſolius matris xpī. ſi ergo miraculum eſt ſupra naturam ⁊ contra naturam. uidetur ꝙ natura ſtante nulla mulier poſſet concipere manēte uirginitate ⁊ corruptionis integritate. quia fetus non poſſet niſi per aptam portam exire. exire enim per ianuā clauſam hoc eſt ſolius xpī proprium ⁊ nature impoſſibile. Si ergo eſſet integritatis corruptio in ptū pari ratione ⁊ in conceptu. ¶ R. dicendū ꝙ propoſita queſtio habet plus curioſitatis q̄ʒ utilitatis. quia tamen habet ortum ex uerbis Aug⁹. ideo introducta eſt maxime propter explanationē illius uerbi quod dicit ꝙ maritus ꝯmiſceretur uxori ſine ulla corruptione integritatis. quod quidem non uidetur eſſe intelligibile. ſi enim mulier permaneret integra nunq̄ʒ eſſet uiri ad mulier eʒ carnis commixtio. Propter hoc intelligendū eſt ꝙ integritatis corruptio tria dicit ſcilʒ clauſtrorum apertionē. penalē paſſioneʒ. ⁊ fedam delectationem. primum eſt nature. ſecundū eſt pene. tertiū uero eſt corruptiōis uitioſe que tenet medium inter culpam ⁊ penaʒ. ſi ergo uir uxorem cognouiſſet in tempore nature inſtitute fuiſſet ibi clauſtrorum apertio ſicut oſtendunt rationes ſecundo inducte. non tamē fuiſſet ibi penalis paſſio ac feda delectatio. quia uis generatiua nec eſſet corrupta nec eſſet infecta. imo obedirent rationi illa membra ſicut dicit Aug. ſicut obediunt os manus ⁊ lingua. vnde ſicut manus aperitur ⁊ clauditur nec eſt ibi paſſio uel pena nec delectatio feda. ſic fuiſſʒ in natura inſtituta. nec turpius fuiſſet tunc loqui de iſtis membris q̄ʒ ſit loqui de alijs. nunc enim turpe eſt loq̄ ꝓpter hoc ꝙ natura horret ⁊ erubeſcit actū illum ratione feditatis que in ipſo conſiſtit. Et ſic patet reſponſio ad rationes ad ptem oppoſitam. omnes enim procedunt de corruptione ſm ꝙ corruptio ſonat in uiolētiā ⁊ penalitateʒ ⁊ in delectationē ⁊ feditatem. ⁊ ſic minuit dignitatē uirginalē. Et hoc patet pertractāti ſingulas.

Quinto queritur utrum in qualibet ꝯiunctione uiri ⁊ mulieris eſſet ꝓlis generatio. ¶ Et ꝙ ſic uidetur. Matrimoniū pro tempore innocentie erat ſolum in officiū non in remedium. ſed officium cōſiſtit in procreando prolem. ergo ſolū ex hoc erat. Si ergo uir ⁊ mulier non coniūgebātur matrimonialr̄ niſi propter qđ erat matrimoniū. uidetur ꝙ nunq̄ʒ ꝯiuncti eſſent quin prolem generarent. ¶ Item qui debitū reddit in ſtatu nature lapſe ꝑter neceſſitatem prolis generāde peccat ſaltē uenialr̄. ergo ibi uir nunq̄ʒ debitum peteret preter

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

neceſſitatē prolis pcreāde. aut ſi pcēferet pec
caret ⁊ caderet a ſtatu inoc̄tie. ergo illo ſta
tu manēte nūq̄ꝫ cognoſceret uxorē quin ex
ea ſuſciperet prolem cum ibi actus nō eſſet
priuatus debita intentione nec intentio debi
to fine. priuatio enim intentōis recte non ē
ſine pena quoꝝ neutrū erat in natura inſtitu
ta. ¶ Item nūq̄ꝫ homo comediſſet quin ex
illa comeſtione ſūpſiſſet refectionē. nec unq̄ꝫ
nutritiua in ſuo actu priuata fuiſſet proprio
effectu. ergo pari ratione generatiua in ſuo
actu nunq̄ꝫ caruiſſet debito fructu. ſed fruct⁹
eius eſt proles. ergo ⁊c. ¶ Item homo nūq̄ꝫ
ſeminaſſet terraꝫ quin ex ea collegiſſet fru-
ctum tēporaneū. ſterilitas enim non fuit niſi
propter hominis culpaꝫ. ergo ſi uenter mu
lieris ita erat alienus a ſterilitate ſicut terra
tēpore nature inſtitute. ergo nunq̄ꝫ mulierē
cognouiſſet quin ex ea debitū fructū ſūpſiſſꝫ
¶ Sed contra. Uis nutritiua ſemen āmini-
ſtrat generatiue. ergo cum homo ↄtinue nu
triret humor ſeminarius generatiue ↄtinue
āminiſtrabatur. ergo uel oportebat hominē
extraordinarie pollui. uel naturā grauari ex
tenſione ſeminis. uel aliquando mulierē co-
gnoſcere quando non eſſet apta generare.
utpote quando prolem haberet in uentre. ſi
ergo prima membra duo ſunt inconueniētia
reſtat ergo tertiū. ſ. ꝙ uxorem aliquādo co
gnouiſſet qn̄ plēꝫ non generaſſet. ¶ Item
ſicut comedere eſt actus naturalis ita etiaꝫ ⁊
coire. ſed homo naturaliter appetit comede
re non ſolum in ſtatu nature lapſe ſed etiam
inſtitute. ergo pari rōne naturaliter appete-
bat coire. ſed homo tempore nature inſtitu
te debebat appetitui nature ſatiſfacere cum
natura eſſet ordinata ⁊ ordinate appeteret.
alioquin penaꝫ ſentiret. ergo uidetur ꝙ ſiue
mulier poſſet concipere ſiue non. uir preter
neceſſitatē prolis generande aliquādo mu-
lierem cognoſceret. ¶ Item ponatur ꝙ adā
cognoſceret uxorē ſuā pregnantem. quero
aut peccaret. aut non. Si non. ergo non erat
neceſſe ꝙ in omni coitu generaret. Si ſic.
¶ Contra. Sanctius erat tunc matrimoniū q̄ꝫ
tempore nature lapſe ⁊ eque magne uel ma
ioris efficacie. ſed non propter bonum ma-
trimonij excuſatur coitus a culpa. ſ. quādo
nulla eſt prolis generande neceſſitas. ergo ui-
detur ꝙ multo fortius tunc. ¶ Itē non erat
maior inordinatio in ↄtactu illoꝝ membroꝝ
q̄ꝫ in admouendo manū ad os. ſed manus
admoueri poteſt ad os ſine aliquo peccato
etiā preter neceſſitatem. ergo uidetur ꝙ adaꝫ
potuit cognoſcere uxorē ſuā abſq̄ꝫ peccato
preter neceſſitatem prolis generande. ¶ R℞.
dicendū ꝙ uir in quolibet actu quo cogno-
uiſſet uxorem ſuſcepiſſet ex ea prolem. Et
ratio huius eſt quia ↄgruentia ordinis exige
bat ⁊ perfectio uirtutis ad hoc ſufficiebat.
Exigebat nāq̄ꝫ hoc ↄgruentia duplicis ordi
nis. ſ. uirtutis generatiue ad rōnē ⁊ utriuſq̄ꝫ
ad finē ſuum. vis enim generatiua ordinem
habebat ad rōnem. ordinē inquam perfecte
ſubiectionis. et ideo in actu non exigebat ni
ſi ſcḋm ꝙ ratio dictabat. ratio autem recta et
ordinata dictat nulla re eē utendū niſi ad il-
lud propter quod ē. et quia vis generatiua
data fuit homini ad prolis multiplicationē.
ideo recta ratio nunq̄ꝫ dictaret. ⁊ vis gene-
ratiua nunq̄ꝫ exiret in actum niſi propter ꝓ
lis generationē. Hoc enim ↄgruentia ordi
nis exigebat. perfectio etiā uirtutis aderat
que ad hoc ſufficiebat. quia enim uis gene-
ratiua in uiro ad generandū erat potens et
ſufficiens. nec habebat impedimētū. ſimilr̄
et in muliere pro ſuo loco ⁊ tēpore. ideo cū
ordinate cognoſceret uir uxorē ſemper ex
ea prolē ſuſciperet propter exigentiā dupli
cis ordinis ⁊ ſufficientiā duplicis uirtutis. ſ.
generātis ⁊ ↄcipiētis ſicut predictū eſt. vnde
rōnes hoc oſtendentes cōcedēde ſunt. ¶ Ad
illud ergo quod primo obr̄ in ↄtrarium ꝙ
nutritiua ſemper deſeruiret generatiue. dō
ꝙ ita eēt natura ade ordinata ꝙ nunq̄ꝫ de ci
bo ſumeret niſi adeo tēperate ꝙ ſupfluitas
tertie digeſtionis que quidem dicitur ſemen
nō eēt ſufficienter coadunata quouſq̄ꝫ ueni-
ret hora debita generandi. adam enim i ſta
tu inocentie poſſe nature ſue cognouiſſet ⁊
ſufficientiā alimenti ⁊ tempus ⁊ horam qn̄
generare debuiſſet. et ita uiueret modeſte ⁊
ſobrie ꝙ nec ad ſuperabūdātiā nec ad indi-
gentiā declinaret. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ
naturalr̄ appeteret coire ſicut comedere. dō
ꝙ nō eſt ſimile. quia actus comeſtionis ordi
nat ad ſalutē indiuidui i quo ↄtiue fit ↄpditio
actus uero generationis ad conſeruationeꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpeciei ⁊ multiplicationē ſimilis quod non
oportet continue fieri temporibus determi-
natis. et ideo non ſic eſſet appetitus natura-
lis ad coitum ſicut eſt ad cibum nec ita con
tinuus nec ita frequens. ſi enim in neruis ca
ſtis etiam tempore nature lapſe non ſic eſt
inclinatio ad coitum ſicut ad cibum multo
minus nec in adam erat. ꝙ autem ita incen
datur appetitus uis generatiue hoc potius ē
corruptionis nature q̃ꝫ inſtitutionis prima-
rie. ¶ Ad illud quod obꝛ ꝙ ſi cognoſceret
pregnanteꝫ non peccaret. dicendū pregnās
non poteſt cognoſci ſine deoꝛdinatione vel
que ſit vel que videtur. et quia in ſtatu in-
nocētie deoꝛdinationē timere poterat. quia
non erat ibi titillatio nec pruritus. ideo ſi tūc
cognouiſſet ſi ſciret ſe inutiliter cognoſcere
inoꝛdinatus fuiſſet. et ideo peccaſſet. nec eſt
ſimile quod inducit de matrimonio in ſtatu
nature lapſe. quia nunc non ſoluꝫ eſt in offi
cium procreande prolis ſed ⁊ in remediū vi
tande fornicationis. ſicut melius in quarto li
bro patebit. ¶ Ad illud quod obꝛ ꝙ nō eēt
ibi maior deoꝛdinatio q̃ꝫ in amouendo ma-
num ad os. dicendū ꝙ ſimilitudo illa atten-
ditur quantum ad hoc ꝙ utrunqꝫ membruꝫ
rationi ſubiacebat ⁊ utrūqꝫ ꝯcupiſcentie pꝛu
ritu ⁊ ardoꝛe carebat. in hoc tamen diſſimili
tudo eſt. quia magis opoꝛtebat actum illum
ad finem debituꝫ ordinare q̃ꝫ qualēcūqꝫ mo
tum manus uel pedis propter determinati-
onem uſus illorum membrorū ad procreati
onem prolis. vſus autem manus uel pedis
non ē ita determinatus. et ideo non oportet
tanta deliberatione exerceri.

SExto queritur ⁊ ultimo vtrum
equalis fieret multiplicatio uirorū
⁊ mulieruꝫ. ¶ Et ꝙ ſic videtur. Na
tura ſic procederet in generando ſicut deus
eam inſtituit. ſed deus cum produxit natu-
ram humanam produxit maſculum ⁊ femi-
nam in pari numero. ergo ſimiliter ⁊ natu-
ram in pari numero multiplicaſſet. ¶ Item
generatio hominis nō poterat ꝯtinuari niſi
per maſculū ⁊ feminā. ⁊ ita neceſſaria eſt ad
generationē mulier ſicut ⁊ maſculus. ergo
videtur ꝙ natura intēderet equaliter utrūqꝫ
ſexum. ſed ſicut intendebat ita ⁊ multiplica
bat. ergo ꝛc. ¶ Item ſicut uir intēdit ſe ſal-
uari in ſimili. ſ. in uiro quem generat. ſic et
mulier in conſimili. ſ. in muliere. ſed natura
eque bene eſſet ordinata in muliere ſicut in
viro. ergo ſi uir non fruſtraretur ſua intenti
one. ſimiliter nec mulier. ergo quot concipe
ret maſculos ad conſeruationē ſexus uirilis
tot conciperet feminas ad ꝯſeruationē ſexꝰ
muliebris. ¶ Item in ſtatu inocentie ſicut
quilibet comederet ita quilibet prolem mul
tiplicaret cum omnibus eſſet dictum. Creſci
te ⁊ multiplicamini ꝛc. ergo quilibet uxorē.
ſi ergo matrimoniū requirit ꝙ ſint duo in
carne una. tot eſſent viri quot mulieres nec
plures nec pauciores. ¶ Sed contra. Sicut
dicit phūs in libro de animalibus. Femina ē
vir occaſionatus. ergo uidetur eſſe preter
nature intentionē. ſed tempore nature inſti
tute cum natura eſſet recta nihil ꝑduceretur
preter intentionē ipſius. ergo uidetur ꝙ nul
la mulier generaretur. uel ſalteꝫ pauce. ergo
plures eſſent uiri q̃ꝫ mulieres. ¶ Item ſicut
uult phūs natura ſemper deſiderat qđ meli
us eſt. ſed ſexus virilis perfectior eſt ⁊ meli
or q̃ꝫ ſexus muliebris. ergo natura magis
deſideraret generare uirū q̃ꝫ mulierem. ſi er
go produceret ſꝫm ꝙ deſideraret plures pro
duceret uiros q̃ꝫ mulieres. ¶ Item genera-
tio maris eſt propter uigorē uirtutis gene-
rantis et ſeminis deciſi ſicut dicunt natura-
les ⁊ medici. ſed in ſtatu nature inſtitute uir-
tus generatiua ⁊ ſemen deciſum ꝯpletam ⁊
ſufficientē haberet uirtutem. ergo ſemꝑ vel
pluries maſculos generari ꝯtingeret. ¶ Itē
cum ſemē uiri predn̄atur ſemini mulieris tūc
ad propriā naturam trahit ⁊ ꝯuertit. ſꝫ ſꝫm
ordinem nature maſculus potentior eſt feīa.
ergo natura ſtante ſemꝑ uel pluries uinceret
ſemen uirile. ergo pluries generaret natura
maſculos q̃ꝫ feminas. ¶ Rꝫ. dō ꝙ ſi homo
ſtetiſſet equaliter natura multiplicaret uiros
⁊ mulieres. Rationem autem huius facile ē
accipere a parte finis ad quem. ſed difficile
eſt accipere a parte principij a quo. A parte
nāqꝫ finis ad quem ratio eſt in promptu. cū
enim diſtinctio ſexuum eſſet propter multi
plicationē generis humani ⁊ ꝯpletionē nu-
meri electoꝝ. ⁊ illa multiplicatio ad oēs ſpe-
ctareꝫ hoc ſolū ꝑ legē mřimonij in q̃ tm̄ una
erat unius. neceſſe eſt ſi natura ſtetiſſet tot

fuiſſe mulieres quot uiros cum nulla mulier
careret uiro. ⁊ nullus uir careret uxore. nec
una eſſe plurium nec plures unius. rõẽs aũt
a pte principij effectiui aſſignare eſt difficile
poteſt tamen ſic inueſtigari deſcẽdendo ad
principia alteri⁹ ſcientie. ſ. naturalis ⁊ medi
cine quaꝝ utraqꝫ famulari hꝫ theologie. ma
gna eſt enim queſtio apud naturales ⁊ me-
dicos de diſtãtia generatõis maris ⁊ femie.
¶ et cum queritur quare modo mas. modo fe
mina generatur: triplex rõ reddit̃ a diuerſis
Una a parte uaſis ſuſcipiẽtis. ſi. n. ſuſcipitur
in pte dextra dicũt ꝙ ibi generatur uir ꝓpt̃
fortẽ calorẽ qui ibi viget. Si i parte ſiniſtra
ſic generari hꝫ mulier. ¶ Secũda rõ reddit̃
ex pte ꝯmixtionis vtriuſqꝫ ſeminis. ſ. viri
⁊ mulieris. ſi enim predñatur ſemen uiri tra
hitur ad naturã viri ⁊ gñat̃ maſculus. Si v̾o
ſemen mulieris tunc trahit̃ ad ſuã naturam
⁊ gñat̃ ſexus femineus. ¶ Tertia rõ reddit̃
ex pte v̾tutis ſeminis uirilis. ſi ſemen uirile
fuerit v̾tutis fortis ex ꝯcurſu triplicis caloris
⁊ ſpũs in ipſo exiſtẽtis. tunc fit fortior coa-
gulatio ⁊ ꝯplexio ⁊ gñat̃ ſexus uigoroſus
.i. maſculinus. Si autez fuerit v̾tutis debilis
tunc fit coagulatio mollior ⁊ fragilior. ⁊ ge-
neratur ex eo ſexus infirmus. ſ. femineus.
Hec autem rõ tertio dicta principalior eſt
inter iſtas tres. nec alie habent efficaciã niſi
ab iſta. Nam ſicut uult phũs principalr̃ mo-
uens in gñatõe ſiue maris ſiue femine ẽ ſe-
men uirile. et ideo nec ſemẽ mulieris ꝓprie
habꝫ ſemini uiri predominari niſi hoc dicat̃
propter debilitatẽ ſeminis uirilis qua acce-
dit ad ꝯformitatẽ ſeminis mulieris. Nec lo
cus matricis facit diuerſitatẽ principalr̃ ſicut
principalr̃ mouens ſed ſicut cooperans prin
cipaliter mouenti que quidem eſt fortitudo
uel debilitas in uirtute ſeminis uirilis. ¶ Si
aũt queratur que ſit rõ diuerſitatis in debili
tate ⁊ v̾tute uirilis ſeminis. triplex etiã rõ
poteſt reddi. Una ẽ ꝓpter caliditatẽ ⁊ bonã
diſpoſitionẽ membri a quo fit ſeminis gene
ratio ⁊ per quod fit ſeminis trãſfuſio. ita ꝙ
nec excedit in caliditate nec declinat ad frigi
ditatẽ. tunc enim ſemen quod ab illo mẽbro
tranſfunditur eſt fortis v̾tutis ⁊ vigoris. Si
aũt membrũ ſe habet in oppoſita diſpoſiti
one. tunc ſemen eſt uirtutis debilis. ¶ Alia

rõ põt ſumi ex parte exterioris adiutorij ut
pote alimenti ⁊ uenti ⁊ temporis que multũ
faciunt ad vigorationẽ uel debilitationẽ uir-
tutis. Boreas enim ſuo flatu uirtutez uigo-
rat dum eam recludit interius. ſed auſter de
bilitat dum eam exalare facit. ſicut etiã cib⁹
⁊ tempus. et quando exteriores diſpoſitio-
nes ꝯcurrunt que uirtutez habent uigorare
tunc ſemen eſt fortis uirtutis. quando uero
ſunt in ꝯtraria diſpoſitione. tunc ſemen eſt
uirtutis debilis. ¶ Tertia rõ ſumitur ex par-
te anime. vis enim generatiua multum ꝯfor
matur accidẽtibus anime ⁊ imaginatõibus.
ſm ꝙ per experimentũ patet. nam ex me-
moria delectationis frequenter fit excitatio
pruritus carnis. et ex imaginatione forti in
ſomnis fit effuſio ſeminis ſicut fit ad pñtiã
mulieris. ⁊ uis formatiua que eſt precipua
virtus in ſemine multum adiuuatur ab ima
ginatiua ſm ꝙ extra ponuntur ⁊ ſunt in ſa
cra ſcriptura ⁊ etiaz in medicina ut patet in
ouibus iacob Gen. xxx. ⁊ narratur pro exẽ
plo ꝙ mulier que uanum aſpiciebat cum a
uiro cognoſcebatur omnes filios uanos con
cipiebat ¶ Itẽ has aũt rõẽs cum omnes ſint
bone ⁊ faciant ad ſeminis uigorationẽ ꝑ ſta
tum nature lapſe. precipua ſumitur ratio ex
parte ꝯplexionis membri. alie due ſunt ãmi
niculares ſolum uel impediẽtes. ſꝫ tempore
nature inſtitute in qua corpus ſubiectuz erat
anime principalis ſumitur ratio generatiõis
maris ⁊ femine a parte v̾tutis animalis mo
uentis ⁊ imaginãtis. cum enim uir intende-
ret ⁊ uellet generare uirum. tunc uigoraret̃
uirtus naturalis eius in agendo et eſſet ſe-
men maioris v̾tutis ⁊ generaretur ſexus ui
goroſus ſiue maſculus. quando v̾o uellet et
imaginaretur generare ſexum femineum.
tunc minus forti impreſſione ageret in na-
turam inferiorem corporalem. et tunc ſemẽ
eſſet minus forte ⁊ generaretur ſexus femi
neus. et ideo in tempore nature inſtitute ge
neratio maris ⁊ femine ſubeſſet uoluntati
rationali. et quoniam ratio dictaret omnia
facienda eſſe ordinate ⁊ tot producere muli
eres quot uiros ut quilibet uir haberet adiu
torium ſimile ſibi ſm exigentiam legis ma
trimonij. ideo tũc uiros ⁊ mulieres ꝑduceret
i nũero eq̃li. nũc aũt qꝛ gñatiua ñ oĩo ſubeſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uirtuti animali.i.imaginarie nec etiã rõali.
ʒ ei aliquo modo ↄformetur. ſed magis va
riatur penes diſpoſitões mẽbri ⁊ exterioris
adiutorij. hinc ẽ ꝙ nõ ẽ certa determinatio
numeri nec in uiris nec in feminis gñandis.
vnde modo qñ credit generare feminã ge-
nerat maſculũ ⁊ ẽconuerſo. et aliqui plures
habẽt feminas. aliqui plures maſculos. Sic
ergo pʒ ꝙ ſi homo ſtetiſſet in equali nũero
fieret multiplicatio uirorum ⁊ mulierum. vñ rões
hoc oñdentes ↄcedẽde ſunt. ¶ Ad illud aũt
quod primo obĩ ꝙ femina dicitur uir occaſi
onatus. dõ ꝙ phũs nõ uult dicere ꝙ femina
ſit preter nature intentõeʒ ſm ꝙ uirt⁹ natu
re aliquẽ defectũ habet in productõe mulie-
ris reſpectu ꝓductõis uiri. ille aũt defectus nõ
re pugnat ordini nature ſed potius ſaluat.
ſm.n. ordinẽ nature ſicut ꝓducũtur in eodẽ
corpore quedã mẽbra magis fortia. quedaʒ
minus. ſic ꝓducũtur in eadẽ ſpecie quedam
indiuidua unius ſexus quedã alterius. ⁊ idõ
ʒ ille defectus qui ordinẽ nature corrumpit
utpote eſt ille qui eſt cauſa defectus membri
uel bone diſpoſitõis ſit preter nature inten
tionẽ. gñatio tñ mlĩeris nec ẽ preter naturã
nec ↄ̃ naturã ſʒ ſm naturã. ¶ Ad illõ quod
obĩ natura ſemper deſiderat illud qđ meli⁹
eſt. dõ ꝙ nõ intelligitur ꝙ ſemp deſideret
melius ſimplr̃ ſed melius in ordine. ʒ auteʒ
ſexus maſculin⁹ melior ſit in ſe q̃ʒ femine⁹
nõ tñ ita eſſet ſufficiẽter ſalus nature in ſolo
uirili ſexu ſicut eſt in uirili ⁊ muliebri. ⁊ idõ
natura magis deſiderat utrũqʒ q̃ʒ alterum ſolũ
¶ Ad illud quod obĩ ꝙ ſemen uiri ꝓdomi
nabatur ſemini mulieris. dõ illa rõ dʒ ſane
intelligi ad hoc ꝙ ualeat. ꝓprie.n. loquẽdo
nũq̃ʒ ſemen mulieris predñatur ſemini uiri
ſed non dicitur predñari ſemen mulieris. qʒ
ſemen mulieris adeo eſt debilis virtutis ꝙ
magis ẽ idoneũ ad ꝓductõeʒ ſex⁹ muliebris
q̃ʒ uirilis. Hoc aũt modo potuit eẽ in ſtatu
primo ſicut pretactũ ẽ. Et per hoc pʒ rñſio
ad aliud quod obĩ de fortitudine caloris et
uirtutis. gradus.n. ibi fuiſſent ſm ordinẽ et ſm
exigentiam finis. ita ꝙ uir aliqñ operaretur
actione magis fortificata in ꝓductione uiri.
aliqñ minus fortificata in ꝓductiõe mulieris.
Si quis aũt uellet dicere ſicut aliqui exiſti-
mant ꝙ mulier ſemp gemellos ↄciperet ita
ꝙ pars dextra attraheret quod eſt maioris
uirtutis de ſemine ad gñatõeʒ ſexus uirilis.
⁊ pars ſiniſtra quod eſt uirtutis magis debi
lis ad gñatõem ſexus feminei. tunc facile eẽt
ad ea que obiecta ſunt rñdere. hoc aũt nec
de facili probatur certitudine rõnis. ⁊ ideo
modus ſoluendi prehabitus uidetur eẽ ma-
gis rõnabilis.

In parte iſta ſunt dubitatões circa
lit. Et primo de hoc quod dicit. ꝙ
infirmitas prona ad ruinã turpitu-
dinis excipitur honeſtate nuptiarum. ¶ Ex hoc
.n. uidetur dicere ꝙ non poſſit act⁹ ille ſine
peccato ⁊ turpitudine exerceri. Sed contra
hoc eſt. quia omnis actus qui eſt in precepto
poteſt fieri ſine peccato. ergo ⁊ coitus.
¶ R. dicendũ ꝙ hoc non dicitur de turpitu
dine que ſonat in culpã ſed q̃ magis ſonet
in penã. vel ſi de illa intelligatur tũc nuptie
ita excipiunt pronitatem carnis ꝙ actus ille
abſqʒ omni peccato poteſt fieri. vnde qđ di-
cit magiſter ꝙ nuptie ordinãt actuʒ illũ nõ
eſt intelligendũ rõne inordinatõis que ſit in
actu illo ſed que ineſſet niſi eſſet matrimo-
niũ. de hoc autem diffuſius agetur in q̃rto
in tractatu de matrimonio. ¶ Item queritur
de hoc quod dicit ꝙ in paradiſo eẽnt nuptie
honorabiles. videt.n. ꝙ ſimilr̃ ſint honora
biles in ſtatu eccleſie cum ſint ſacramentuʒ
magnũ ſicut dicit apo. Ephe. v. cum etiam
approbet a iure naturali. Si tu dicas ꝙ ho-
norabilitas nuptiarũ attenditur quantuʒ ad
actũ illum. tunc queritur quare magis actus
ille cum eſt honeſtus et caſtus ſit cũ pudore
q̃ʒ alius actus in quo eſt culpe deordinatio.
Magis enim uerecũdatur quis de actu illo
honeſte ⁊ caſte facto q̃ʒ de alio actu inordi-
nato. utpote cognoſcere uxorem q̃ʒ ꝑcutere
ſeruũ. ¶ R. dõ ꝙ eſt loqui de nuptijs q̃tũ
ad ſignificatũ. ⁊ quantũ ad fructuʒ. ⁊ quantũ
ad actum. Et quantũ ad hec tria honorabi-
les erant in paradiſo. in ſtatu uero miſerie
quãuis ſint honorabiles quantũ ad ſignifica
tũ ⁊ fructũ. habent tamen pudoreʒ ãnexum
quantũ ad actum. quia omnis homo utens
rõne actum illum erubeſcit exercere coram
alijs etiam cum propria uxore. Rationẽ aũt
hui⁹ aſſignat aug. in. xiiij. de ci. dei. quia cum
rõ deberet dominari corpi magis erubeſcit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aut facti. dō eſt ꝙ nō fuit ibi proprie loquendo
ignorantia iuris q̄ntū ad pricipale: ſed q̄ntū ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliq̃d ãnexũ: utpote quãtũ ad ſeueritatẽ iudicis
Similiter nõ fuit ibi ignorantia facti: quãtũ ad
principale: q̃a bene ſciebant ſe guſtare lignum
uetitũ. fuit tñ i muliere q̃dã ignorãtia: quãtũ
ad illud qȯ credebat aſſequi per illud: uidelicet
aſſimilatiõe ad deũ. ⁊ ita nõ fuit ibi ignorãtia
ꝓprie dicta ſʒ coiter. ¶ Ad illud qȯ obiciť ꝙ
ignorantia aut eſt uolũtaria aut iuolũtaria. dõ
ꝙ iſta non eſt diſio per immediata: ſi large ac
cipiatur ignorantia. aliq̃s eni eſt q̃ nihil cogitat
de eo qȯ ignorat: ⁊ tunc nec circa illud afficitur
uoluntarie nec iuolũtarie: ⁊ ſic erat de illa igno
rantia eue. ¶ Ad illud qȯ obicitur ꝙ aut erat
innata aut ꝯtracta ⁊c̃. dõ ꝙ illa ignorantia di-
cebat quãdã ſcie incõpletiõnẽ ⁊ impfectionez
que inerat aĩabus primoꝝ parentũ ex defectu
ꝓprie nature: per hoc ꝙ aĩe eoꝝ non erant in
omnoda lucis plenitudine. In tali autẽ ſtatu de
cuit ſic hoĩeʒ fieri. q̃a ſicut infra patebit prius
debuit eſſe uiator q̃ʒ cõphẽſor. nec tñ ex illa ig
norãtia dicit̃ hõ fuiſſe i tenebris: uel i cecitate
q̃a ſufficiẽs lumẽ hẽbat ad icedẽdũ puiã iuſticie
⁊ iõ non eſt ſimile de ꝓuitate. ꝓuitas eniʒ nõ
ſolũmodo dicit ĩpfectionez: ſʒ etiã quãdã naẽe
curuationem. ac p hoc deordinationem. ¶ Ad
illud quod ultimo obicitur: ꝙ uir non peccauit
ex ignorantia. q̃a non fuit ſeductus. dõ ꝙ non
ſolũmõ mulier ignoraſſe dicit̃ ꝓpť ſeductiõem
ſʒ etiã q̃a ignorauit pene ſubſequentis acerbi
tatem. ⁊ licet in adam nõ fuerit ignorãtia illi⁹
ſeductionis: fuit tñ ignorantia p inexꝑientiam
diuine ultiõis: ⁊ iõ aliq̃ ignorãtia ſiue neſciẽtia
fuit in adam: ſʒ minor q̃ʒ i eua. Nec ualet illud
qȯ obicitur de radice: q̃a ignorantia non ponit̃
ibi eſſe tãq̃ ex una radice: ſʒ q̃a quodãmodo
talis neſcientia occaſionez ꝑbuit ad peccandũ.

Secũdo querit̃ gr̃a huius Utrũ ignorã
tia i aliquo poſſit eſſe culpa. ¶ Et ꝙ ſic
uidet̃. i. cor. xiiij. ignorãs ignorabitur
ſʒ null⁹ ignorat̃ a deo niſi ꝓpť culpã. ergo ⁊c̃.
¶ Itẽ ſup illud pȝ. noluit itelligere ⁊c̃. glo. aug⁹.
ignorantia in his q̃ itelligere noluit ẽ peccatũ.
¶ Item rõe uidet̃: cognoſcere credenda ⁊ opanda
eſt actus uirtutis. ſ. fidei ⁊ prudentie. ergo hec
ignorare eſt uirtutibus priuari. ſʒ priuationes
uirtutum ſũt uitia ⁊ peccata. ego aliqua ignorã
tia eſt culpa. ¶ Item nõ facere ea que hõ tenetur
facere ẽ peccatũ. ſimiliter nõ dicere: ſimilit̃ non
amare ea q̃ hõ tenetur amare eſt peccatũ. ergo

ſimiliter neſcire qȯ tenet̃ ſcire eſt peccatũ. ſʒ
multi ſunt q̃ ignorãt ea q̃ tenent̃ ſcire: utpote
ea ſine q̃bus ſaluari nõ poſſunt. ergo in talib⁹
ignorãtia ẽ culpa. ¶ Itẽ error ẽ peccatũ. aut ergo
rõe eius qȯ ponit: aut rõe eius qȯ priuat. Nõ
rõe eius qȯ ponit quia peccatũ priuatio ẽ. igit̃
rõe eius qȯ priuat. ſʒ error priuat ſciãz ⁊ pri-
uatio ſcientie ẽ ignorãtia. ergo ignorãtia ẽ cul
pa. ¶ Contra auguſ. i euch. dicit: ꝙ inflicta ẽ no
bis ignorãtia reꝝ agẽdaꝝ. ⁊ ꝯcupiſcẽtia noxia-
rum. ſʒ nullũ peccatũ ẽ in nobis inflictum. ergo
ignorantia nõ ẽ peccatũ. ¶ Itẽ rõe uidet̃. i oĩ eniʒ
peccato ẽ auerſio a bono cõmutabili. ⁊ ꝯuerſio
ad cõmutabile. ſed i ignorãtia nulla ẽ ad bonũ
cõmutabile ꝯuerſio. ergo ignorãtia nõ ẽ culpa.
¶ Iteʒ nullũ peccatũ remanet poſt pñiãʒ. ſʒ igno
rantia remanet i hoĩe poſt pñiãʒ ⁊ ꝯtritionez.
ergo ignorãtia nõ ẽ culpa. Si tu dicas ꝙ re-
manet actu. ſʒ trãſit reatu. ergo tunc uidet̃ ꝙ
ignorãtia nõ eſſet culpa actualis. ſʒ originalis.
ſʒ nõ ẽ originalis: q̃a manet poſt baptiſmũ. et
hoc melius patebit infra. nec actualis: ergo nõ
eſt culpa. ¶ Itẽ oẽ peccatũ ẽ i affectu: cum omne
peccm̃ ſit uolũtariũ. ſʒ ignorãtia ñ ẽ i intellectu
ergo ignorãtia nõ ẽ peccatũ. ¶ Iteʒ ſi ignorãtia ẽ
peccatũ. ergo ignorare ẽ peccare. ſʒ de uiro ig
norãte ueꝝ ẽ dicere: ꝙ i oĩ iſtãti ignorat: ergo
i oĩ iſtãti peccat. ergo tot ſũt i eo peccata: quot
ſũt iſtantia. ꝙ ſi hoc ẽ falſũ ⁊ i poſſibile. reſtat
ignorãtiãʒ peccatũ nõ eẽ. Rñõ ad ꝑdictoꝝ itel
ligẽtiã ẽ nõndũ. ꝙ cũ priuatiões cognoſcant̃ p
habitus. cognitio ignorãtie pẽdet ex cognitiõe
ſcie. Attẽdẽdũ ẽ ꝙ q̃dã ẽ ꝯgnitio aliquoꝝ q̃ nec
ẽ neceſſaria ad uirtutẽ. nec ẽ neceſſaria ad ſalu-
teʒ. ſicut ẽ artiũ mechanicaꝝ ⁊ liberaliũ. ⁊ talis
cognitio nõ ẽ uirtus nec de eẽ uirtutis. ⁊ illa ig
norãtia q̃ ẽ huius cognitiõis priuatio: culpa nõ
ẽ. ſiue ſit ignorãtia negatiõis ſiue diſpoſitiõis
ſiue etiã ſit uolũtaria ſiue nõ. Alia eſt cognitio
credibiliũ: ⁊ opabiliũ q̃ ad ſalutẽ neceſſaria eſt i
adulto. ⁊ hec ẽ cognitio fidei ⁊ prudentie. ⁊ ad
hãc cognitionez hñdã tenemur: quia ſine hac
null⁹ recte poteſt uidere. Cui⁹ aũt cognitionis
priuatio poteſt dupliciť in nobis eſſe. aut ma-
nente tẽtatiõe. aut non manente. Si manente
tẽtatiõe: tũc ẽ ibi culpa: q̃a cũ q̃s tenet̃ ad aliq̃d
⁊ illud nõ iplet. ex hoc ipe culpat̃: ⁊ dign⁹ ẽ pẽa
Si aũt ſit i nobis priuatio nõ manẽte temtatõe
utpote cum non põt ſcire ipotentia excuſat ab

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

d

obligatiōe. ⁊ ſic priuatio huius cognitiōis culpa
nō ē ſicut in furioſis. ⁊ ſm̄ hoc ignorātia q̄ dicit
priuationē cognitionis ad ſalutē neceſſarie: uno
mō peccatū ē. alio uero mō minime ¶ Aliter pōt
dici ⁊ q̄ſi in idē redit. ꝙ priuatio cognitiōis ad
ſalutē neceſſarie. dupliciter pōt eē. Aut ita ꝙ ē
in nobis ſ3 nō a nobis. ⁊ hoc mō culpa nō ē. ſ3
magis pena: ⁊ cū nō ſimus eius pricipiū: i ipſa
nec meremur: nec demeremur. Aut ita ꝙ ē i no
bis ⁊ a nobis ⁊ ſic culpa ē. Hoc aūt pōt eē tri-
pliciter. Ut cū i uia ueritatis exiſtētes uolūtarie
ab ea recedimꝰ: ⁊ i erroris foueā nos p̄cipitamꝰ
⁊ hec priuatio pōt dici ignorātia erronea q̄ eſt
in hereticis. Uel cū ad uiā ueritatis ualētes per
tingere: cupimus i tenebris ābulare. ⁊ hec pōt
dici ignorātia affectata. Aut q̄a ex quadam pi
gritia ⁊ negligentia non curamus ueritatem ad
diſcere. ⁊ hec dicit̃ ignorātia craſſa ⁊ ſupina. ⁊
q̄libet iſtaꝝ ē culpa. l3 prima maior q̄3 ſcđa. ⁊
ſcđa q̄3 tertia. Et ſic ꝯcedēde ſūt rōes oñdētes
ꝙ ignorātia aliquo modo pōt eē culpa. ¶ Ad
illud ergo qđ obicitur in ꝯ̄triū3: ꝙ ignorātia no
bis inflicta ē. ꝺđ ꝙ ꝓut nobis inflicta ē: pena ē
⁊ nō culpa. ꝓut tamen uoluntas nr̃a aliquo mō
deordinat̃ circa illā: ſicut prius dictū ē: incipit eē
culpa. ſicut paſſiones ſanctis martiribus illate
pene erāt ꝯſiderate ſm̄ ſe. cōpate tamē ad uo-
luntatē ſanctoꝝ libenter eas ꝑferētes ꝓ amore
chriſti: erāt eis meritorie. utꝝ aūt aliquo mō
ſit culpa: ꝓut. ſ. ꝯtracta ē: uidebit̃ infra cū aget̃
de originali peccato. ¶ Ad illud qđ obicit̃ ꝙ
ignorantia nō eſt ꝯuerſio. ꝺđ ꝙ uerꝝ eſt: ꝓut ē
pura priuatio. ꝓut tamē ip̄a3 ꝯcomitat̃ aliquo
mō nr̃a affectio: non habet ueritate3. ⁊ hoc mō
dicit̃ eē culpa nō primo ¶ Ad illud qđ obicit̃
ꝙ ignorantia remanet poſt penitētiā. ꝺđ ꝙ nō
remanet ꝓut habet rōne3 culpe. ſ. rōne uolun
tatis ꝯcomitantis. uel quodāmodo eā cāntis.
ſ3 ſi remanet: hoc eſt inquātū h3 rationē pene
ex originali ꝯtracte. iō quātu3 ad primū i quo
habet rationē actualis: tranſit non ſolu3 actu.
ſ3 etia3 reatu: cū q̄s penitet. quantum uero ad
ſcđm quodāmodo remanet: ⁊ ita uidet̃ ignorā
tia remanere actu: ⁊ in hoc habet quandam ap
ꝓximatione3 ad peccatum originale: ſm̄ id tm̄
qđ culpa eſt actuale peccatū ¶ Ad illud quod
obicitur ꝙ ignorātia eſt in intellectu. ꝺđ ꝙ illa
ignorantia que opponitur cognitioni uirtutis
ad quā tenemur: ñ tm̄ reſpicit itellectū. ſ3 etiā
affectu3: ſicut ⁊ uirtus ſibi oppoſita. vñ nō tm̄
dicit ſcientie carentiā ſ3 etiā uoluntatis icuria3
⁊ negligentiā ad ſcientia3 ꝑcipiendam. ¶ Ad
illud qđ obicitur ꝙ in quolibet inſtāti ignorat.
ꝺđ ꝙ ignorare non dicit̃ eē culpa niſi i eatenus:
qua q̄s tenet̃ ſcire qđ ignorat. ⁊ iō ⁊ ſi i quol3
inſtanti ignorat. ⁊ in quolib3 teneatur. q̄a tamē
p̄ceptu3 affirmatiuu3 non obligat ꝓ ſemp. ſed
ꝓ loco ⁊ tp̄re. ignorans ignorando nō peccat.
niſi in illo inſtanti ⁊ tp̄re in quo tenet̃ noſſe: uł
adiſcere quod ignorat. iō quāuis dicatur igno-
rare non tamen ſemper dicitur peccare.

TErtio querit̃ Utꝝ ignorātia ſit culpe
excuſatio ¶ Et ꝙ ſic uidet̃. i. Thy. mi
ſericordia3 ꝯſecutus ſum: q̄a ignorās
hoc feci. ſi ergo ignorantia fuit ratio quare ꝑ
uenit ad miſericordia3. uidet̃ ꝙ ignorantia ex
cuſabilē fecerit eiꝰ culpā ¶ Item ſciētia aggrauat
culpā ſicut dicit̃ Luc. x. ſuꝰ ſciēs uolūtate3 dñi
ſui ⁊c̃. ergo ꝑ oppoſitū ignorātia alleuiat. ergo
excuſat ¶ Ite3 oē peccatū ē uolūtariū. ergo qđ
diminuit de rōe uolūtarij: diminuit de rōne pec
cati. ſ3 ignorātia diminuit de rōe uolūtarij: q̄a
uolūtariū ē ut dicit philoſophus: cuiꝰ pricipiū ē
i ip̄o cognoſcēte ſingularia. ergo ⁊c̃ ¶ Itē ſicut
ad reſiſtēdū peccato req̄rit̃ fortitudo: ſic etiam
req̄rit̃ ⁊ cognitio. ſ3 defectꝰ fortitudinis uł pote
īfirmitas excuſat culpā. ergo ſimiłr uidetur ꝙ ⁊
defectus cognitionis. ſ. ignorātia ¶ Itē ꝙ in ſua
plenitudine oīo tollit culpā: citra plenitudinem
aliquo mō diminuit. ſ3 cū aliq̄s ſimpliciť ē igna
rus ſicut paruulꝰ ⁊ furioſus: nihil qđ faciat im
putat̃ ei in peccatū ſicut dicit Ber. ⁊ alij doc. er
go uidetur ꝙ ois ignorantia peccato ꝑpetrato
aliquo mō p̄beat excuſationis p̄rocinium. ¶ Cō
tra yſi. in li. de eccleſiaſtica inſtitutione: nullus
i culpa maior ē q̄3 q̄ deū neſcit. ergo uidetur ꝙ
ignorātia nō excuſ3 ſ3 aggrauet ¶ Itē ſup illud
Ro. ij. an ignoras ⁊c̃. Ambroſij gloſa: grauiſſi
me peccas: q̄a ignoras. ergo uidet̃ ignorātia ag
grauare culpā ¶ Itē ignorātia de ſe malu3 ē. ſed
malū additū malo facit maiꝰ malū. ergo uidet̃
ꝙ ignorātia peccatū augeat: nō excuſet ¶ Item
ſcia nec aug3 nec minuit meritū. ſed ſola gr̃a ⁊
caritas. ergo pari rōe nec ignorantia aug3 nec
diminuit demeritū. ergo nō excuſat peccatū.
¶ Itē eſto ꝙ unꝰ ſciēs peccet ex aliq̄nta libidine.
⁊ alter ignorans ex tanta libidine. ſi equalis
eſt ibi libido. ergo equalis debet eſſe punitio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ergo uidetur ꝙ eq̄lis ſit utrobiqꝫ excuſatio uł
accuſatio. ergo non magis excuſat uel accuſat
ignorātia qꝫ ſciētia. Eſt igitur qȯ propter q̄d
magis excuſat ignorātia qꝫ ſcientia: ⁊ cum taꝫ
ignorātia qꝫ infirmitas excuſet. Similiter ē qȯ
q̄ iſtaꝝ magis excuſet. Rurſus cum ſint multe
differētie ignorātie. cū hoc queritur que earuꝫ
excuſet: ⁊ que nō: ⁊ que magis: ⁊ que minus.
Rn̄o ad pdictoꝝ itelligētiā. Nōnaū eſt: ꝙ oīs
ignorātia aliquo mō excuſat peccatum. ⁊ ratio
huius eſt. q̄a minuit de rōne uoluntarij minuit
etiā de rōe ꝯtētus. Ceteris. n. paribus magis
ꝯtemnit qui peccat ex induſtria. qꝫ q̄ ignorāt
peccat. Et iteꝝ cū uolūtarium includat in ſe co
gnitionem. quod priuat cognitionem priuat de
ratione uoluntarij. q̄a ergo peccatū mēſuratur
ſm quātitatē libidinis et ꝯtemtꝰ. et ignorātia
diminuit de ratione hoꝝ. generaliter ueruꝫ eſt
ꝙ omnis ignorātia īq̄ntū huiuſmodi: excuſat
peccatuꝫ. ⁊ ſi tanta ſit ꝙ priuet oīo rationem
uoluntarij ⁊ rōem ꝯtemtus: excuſat a toto. ſi
uero nō oīo priuet: excuſat a tanto. Cōcedēde
ſunt igitur rōes oſ̄ndentes ꝙ ignorātia excuſat
peccatū. ¶ Ad illud ergo qȯ obicitur in ꝯ̄trium
de ysi. ꝙ grauiſſime peccat q̄ deum neſcit. dȯ
ꝙ ysi. ibi ꝯperat peccatuꝫ infidelitatis ad alia
peccatoꝝ genera. et ip̄m in ſe ualde graue eſt.
q̄a non ē ſine magna anime deordinatione. Ni
hilominus cū q̄s ignorās aliquid facit. et in in
credulitate: ſicut dicit apoſtolus de ſe: minus
grauiter peccat. qꝫ ille q̄ facit ex certa ſciā. ¶
Ad illud Ambroſij ꝙ grauiſſime peccat qui
ignorat. dȯ ꝙ hoc dicitur nō rōne maioris cul
pe. ſed rōne infirmitatis magis p̄iculoſe. q̄a cū
non habeat ſcientiā de morbo ſiue culpa. non
q̄rit medicinam. ⁊ ita ſemp remanet corruptio
Et hoc eſt qȯ dicit auguſ. i li. ꝯfeſſi. eo inſana
bilius peccabā: quo me arbitrabar nō peccare.
¶ Ad illud qȯ obicitur ꝙ malū additū malo facit
maius malū. dȯ ꝙ illud habet ueritatē: cū malū
malo ꝯfirmatur. malū aūt pene cū ſit inuolūta-
rium: nō ꝯformatur malo culpe qȯ ē uolūtariū.
⁊ iō nō auget. ſed potius diminuit. Et quoniā
ignorantia in nobis non eſt ſic culpa: q̄n etiam
aliquo modo ſit pena. ideo culpam ꝑpetrataꝫ
excuſat. ¶ Ad illud quod obicitur: ꝙ ſcientia nō
auget meritum. dȯ ꝙ illud non ſequitur. q̄nti-
tas enim meriti non eſt a nobis. ſed a gratia
chriſti. Demerituꝫ uero ⁊ eius quātitas. ortum

habēt a uoluntate li. ar. ⁊ ideo qȯ facit ad rōnē
uoluntarij: facit aliquo modo ad augmentum
peccati. ⁊ ſimiliter ꝙ diminuit facit ad alleuia
tionem peccati. talis aūt eſt ignorantia ut dictū
fuit ſupra. ¶ Ad illud qȯ obicitur. ꝙ peccantes
ex pari libidine equaliter puniuntur. dȯ ꝙ hoc
non cogit quin ignorantia excuſet. quia ſi ille
qui ignorat peccat ex tanta libidine ex quanta
ille qui cognoſcit i ſtatu ignorantie exiſtens. ſi
haberet ſcientiaꝫ peccaret multo maiori. ⁊ ita
grauius peccaret ⁊ grauius puniretur. ⁊ ideo
ignorantia q̄ in ipſo ē: excuſat peccatū. excu-
ſat inq̄ꝫ ⁊ minuit quātitatē peccati: nō quā hꝫ
ſed quā hēt ſi ignorantia nō eēt. ¶ Ad illud
qȯ queritur: que magis excuſet: utꝝ ignorātia
uel infirmitas. Rn̄deri pōt. ꝙ duo ſunt de rōne
uolūtarij: uidelꝫ cognitio ſingulariū ſiue circū-
ſtantiaꝝ. ⁊ ꝙ oꝑationis p̄cipiū ſit intrinſecū.
Ignorantia igiť excuſat. q̄a priuat de ratione
cognoſcendi. Infirmitas excuſat. q̄a priuat de
rōe ꝑfecte p̄cipiādi. ⁊ quoniaꝫ priuato priori
priuať poſterius. ⁊ nō ꝯuertitur. ⁊ cognoſcere
p̄ambulū ē ad facere. Plus tollit de rōne uolū-
tarij ignorantia qꝫ infirmitas uel potentia. ⁊
iō magis excuſat ceteris paribus qꝫ infirmitas
adeo tamen poteſt infirmitas precellere. et
ignorantia parua eſſe. ſiue ex culpa noſtra ꝓ
cedere: ꝙ erit ecōuerſo. vn̄ ⁊ ſi in generalitate
loquēdo: ueꝝ eſt dicere ꝙ magis excuſet igno
rātia qꝫ infirmitas. deſcendēdo tn̄ ad ſpecialia
peccata: poſſunt ſe habere ſicut excedentia et
exceſſa. ¶ Ad illud qȯ queriť que ignorantia
excuſat ⁊ quātū. dȯ ꝙ ē ignorantia facti ⁊ igno
rantia iuris. Ignorantia facti pōt eē dupliciter
aut adhibita debita diligētia aut nō. ſi adhibi-
ta diligentia: excuſat a toto. ſi nō adhibita: nō
excuſat a toto. ſꝫ a tāto. Si aūt ſit ignorantia
iuris. hoc pōt eē dupliciter. aut ē uincibilis aut
inuincibilis. ſi uincibilis: tūc eſt ignorantia que ē
culpa. Et hoc aut ex ꝯſenſu uero. ut ignorātia
affectata. ⁊ iſta ſic ex una parte excuſat: ꝙ ex
alia parte magis aggrauat. Aut eſt ex negligē
tia ⁊ ignauia: ſicut ignorantia craſſa ⁊ ſupina
⁊ iſta ⁊ ſi aliquo modo excuſat: non tamen ita
excuſat ut ſempiterno igne n̄ ardeat. ſicut dicit
Auguſ. ⁊ Magiſter in littera. ¶ Si autem ſit
ignorantia inuincibilis. hoc poteſt eē dupliciter
Aut iſta ignorātia eſt in nobis introducta per
culpā p̄ambulam. aut preter omnem culpam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si preter oēm culpam. aut ſimpliciter priuat
cognitionē iuris. ſicut in infantibus ⁊ furioſis
q̄ oio caret uſu rōnis. ⁊ hec excuſat a toto. vn̄
dicit Ber. ꝙ puris infantib⁹ ⁊ dormiētib⁹ nihil
qḋ faciūt ipatatur. Aut nō tollit oio uſuꝫ rōis
ſꝫm plenū. ⁊ tanc nō excuſat a toto. ſꝫ a tanto.
ſicut ē in his q̄ nō ſunt plene furioſi: ſꝫ hn̄t ali-
quo mō lucida interualla. ⁊ in pueris q̄ aliquo
mō ſunt capaces precepti. licet non plene. Si
aūt ignorantia ē introducta ꝑ culpaꝫ ꝓpriam.
ſicut eſt in ebrio ⁊ furioſo: quoꝝ uterqꝫ ſe pci-
pitauit in hoc ꝑ culpā ſuā. ſic nō excuſat a to-
to. ſꝫ a tāto. q̄a ſicut dicit philoſoph⁹. ebrius
habebit duplices maledictiones. maledictioneꝫ
ſcꝫ pro culpa precedēti ⁊ maledictionē ꝓ culpa
ſubſequenti. ¶ Quātuꝫ autē ⁊ qualiter excuſet
ſequentē culpā. diuerſimode q̄dā determināt.
Quidaꝫ. n. dicunt ꝙ nec ebrius nec furioſus q̄
uſu rōnis caret: cōmittit nouaꝫ culpā. ſed ex in
ordinatione ſequēti aggrauatur culpa prima.
pōt. n. culpa aggrauari ex euētu ſequēti. Alijs
aūt uidet̄ ꝙ nec ſic excuſet q̄n nouam culpam
cōmittat. nō tn̄ ē adeo grauis: ſicut ſi illa facerꝫ
ex certa ſcia. prim⁹ tn̄ mōus dicendi ꝓbabilior
eē uidetur. Ex his patꝫ ꝙ loth nō oio excuſat̄
a culpa inceſtus: cū cognouit filias ſuas. Primū
q̄deꝫ. quia nō fuit in eo plena ignorātia. licꝫ. n.
dicat̄ in textu ꝙ nō ſenſerit q̄n filie accubuerūt
hoc dicit̄ q̄a nō diſcreuit. Scḋo vō q̄a ī illā ig
norātiā ꝑuenit ꝑ ebrietatē quā debuiſſꝫ uitare
⁊ iō ſancti dicūt eū fuiſſe culpabilem. ſꝫ ex alia
parte dicāt eū fuiſſe aliquaten⁹ excuſabilē.

In parte iſta ſunt dubitationes circa lr̄aꝫ
Et primo q̄rit̄ de hoc ꝙ dicit ſi uir non
peccaſſꝫ: hūanū gen⁹ mīme peccatis cor
ruptuꝫ periret. ſꝫ ɔtra. ita contrahit hō maſſaꝫ
carnis a muliere ſicut a uiro ⁊ magis. ſi ergo
originale peccatum ɔtrahim⁹ ex corruptione
maſſe dānate. ergo ita traheret̄ originale pec-
catuꝫ ex corruptiōe mulieris ſicut ex corrupti-
one uiri. ¶ Rn̄o dō. ꝙ q̄a pricipale principiuꝫ
ꝓpagationis reſidet penes uiꝝ. ptās ſeruandi
iuſticiā maxime penes uiꝝ reſidebat. ⁊ de⁹ hāc
uiro ſuandā cōmiſerat. ⁊ iō ſi uir nō peccaſſet
poſteri originali iuſticia nō carerēt. ¶ Ad illud
ergo qḋ obicit̄ ꝙ de muliere. Rn̄det̄ duplicit̄
uel ꝙ hō tūc ex parte mulieris ɔtraheret cor-
ruptōnē penalitatis nō corruptionē feditatis q̄
pricipaliter hꝫ ortū ex pte uiri. Uel certe ꝙ

ꝓbabili⁹ uidet̄ uir mulieri cōmixt⁹ amplius nō
eſſet. ſi ei deus aliā nouā formaſſet. hoc ſaluo
ꝙ ſim̄a dānationis ⁊ mortis ⁊ coruptionis per
māſiſſet in ea. ¶ Itē queriī de hoc ꝙ dicit trib⁹
modis ut ait yſidorus peccatū gerit̄ ⁊c. quoniā
Beda dicit ꝙ quattuor ſunt nobis inficia ꝓpt̄
peccatuꝫ. uideꝫ infirmitas. ignorātia. malicia
⁊ ɔcupiſcentia. ergo cū oia iſta ſint peccatorū
principia: uidet̄ diuiſio yſidori inſufficiens eſſe
q̄ ponit tm̄ tria mēbra. ¶ Itē ſicut ignorantie op
ponit̄ induſtria. ita īfirmitati opponit̄ potētia.
ergo ſicut ponit̄ aliud gen⁹ peccati eē ex igno-
rantia. ⁊ aliud eſſe ex induſtria. ſīliter deberet
poni aliud ex infirmitate. aliud ex potētia. ¶
Rn̄o dō. ꝙ iſta diuiſio peccati accipitur penes
corruptionē uiriū aīe. ita ꝙ ignorantia reſpicit
rōnalē. īfirmitas iraſcibilē. ⁊ malicia reſpicit cō
cupiſcibilē. ⁊ uocat̄ hic ideꝫ peccatū ex īduſtria
⁊ ex malicia. iō cū oēs uires motiue ſub his tri
bus cōprehēdi poſſint. oē peccatuꝫ quod fit in
ſtatu nature lapſe: ad iſta tria genera hꝫ redu
ci. ¶ Ad illud uero qḋ obicitur de ɔcupiſcentia
dō. ꝙ illud mēbꝝ nō diſtinguit̄ ɔ̄ alia. q̄a ſicut
idē Beda dicit ɔcupiſcētia ex oib⁹ his ē ɔflata
⁊ iō penes ɔcupiſcētiā nō ſumit̄ aliqua dr̄a: cuꝫ
oia peccata ꝓcedāt ab ipa. ſic eni dicit Aug. di
lex ꝓhibꝫ ɔcupiſcētiā ꝓhibet oē malū. ¶ Ad
illud qḋ obicit̄ ꝙ potentia opponit̄ infirmitati
ſicut induſtria ignorantie. dō ꝙ induſtria non
ſtat ibi pricipaliter ꝓ ſciētia. q̄ ē ignorantie op
poſita. ſed ſtat ibi ꝓ malicia quā ɔcoitat̄ ſcia.
Quare āt peccatū ex malicia dicat̄ ex īduſtria.
īfra patebit cū aget̄ de peccato ī ſpiritū ſanctū.
¶ Iteꝫ Querit̄ de hoc ꝙ dicit ignorantia eorum
q̄ ſcire nolūt dū poſſint nō excuſat. q̄a ſicut di
cit philoſoph⁹ Oēs hoīes naturalit̄ ſcire deſi
derāt. ſed qḋ naturale eſt nullo mō aſſueſcit ī
ɔ̄triuꝫ. ergo uidetur ꝙ null⁹ hō reſpuat ſcientiā
¶ Item ſicut ſe habet ſcientia ad intellectū ſic ſe
habet pax ad affectuꝫ. ſed q̄a pax ē perfectio
affectus: null⁹ ē q̄ non appetat pacē. ſicut dicit
Aug. ꝓpter pacē eni bellāt oēs q̄cūqꝫ bellant.
ergo uidet̄ ꝙ nullus ſcientiā reſpuat. ¶ Rn̄o
dō. ꝙ ſicut ɔtigit aliq̄d noſſe in vl̄i. ⁊ ignorare
in particulari. ſic ɔtingit aliq̄d appetere in vl̄i
⁊ tn̄ ɔdēnere in particulari. ⁊ hoc patet. oīs. n.
hō appetit btīudinē. illā tn̄ btītudinē quā chri-
ſtiani expectant: multi ſunt qui aſpernantur. ⁊
primus q̄deꝫ appetitus ē a uoluntate naturali.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Secūdus ē a uolūtate electiua. p hūc modū eſt etiam in propoſito. et ſi omnes homines natura ſcire deſiderent ⁊ uelint eſſe ſciētes. ſcientiam tamen mandatorum dei plurimi aſpernantur. Et ſic patet rūo ad illa duo obiecta. Nam ſciam recuſare hoc non eſt nature. ſed uoluntatis electiue. ⁊ ſi etiaꝫ pacem in uniuerſali nullus recuſet. tamē hūc modum pacis uel illum multi refugiunt. ⁊ ideo confugiunt ad bellum. ¶ Item queritur de hoc qđ dicit. Non eſt confugienduꝫ ad ignorantie tenebras. cum enim ignorantia ſit pura priuatio ⁊ nō appetatur niſi ſub ratione boni ⁊ utilis. uidetur ꝙ ignorantia non poſſit affectari uel ad eam confugi. ¶ Preterea. Nihil amatur niſi cognitum. ſed ignorantie tenebre non cognoſcuntur. ergo uidetur ꝙ ad eas nullus confugiat. ¶ Rño dicendum ꝙ quedam appetuntur propter aliquid appetibile ⁊ delectabile quod habēt in ſe. ſicut bona ſpiritualia ⁊ corporalia. quedam appetuntur propter bonū quod ad ea conſequitur ⁊ ex ipſis elicitur. ſicut aliquis appetit anguſtias ⁊ tribulationes ex q̄bus peruenit ad pfectionem in merito ⁊ pmio. Quedaꝫ appetuntur propter compationem maioris mali. ſicut aliquis ne capiat proicit ſe de alto. ⁊ illud proprie non eſt appetere. ſed ad ipſum confugere. Per hunc modum intelligendū eſt eſſe in propoſito. quia enim homo timet deprehendi in ſcelere. ideo fugit lucem. non eniꝫ uenit ad lucē ne arguantur opēra eius. ⁊ quia non cōtingit fugere lucem niſi in tenebris ⁊ per tenebras. ideo oculus adulteri obſeruat caliginem. ⁊ qui uult male facere diuinoꝝ mandatorum. requirit ignorantiam. non qa illā propter ſe appetat. ſed refugit ſceleris deprehenſionem ⁊ amat delectationeꝫ quam amat in ſceleꝝ perpetrationem. ¶ Item queritur de hoc quod dicit. In ipo homine ⁊ in alio tamen extitit ut fiet deterior. Ex hoc enim uidetur ꝙ homo non peccaſſet niſi dyabolus fuiſſet. ⁊ hoc uidetur falſum. qa homo habebat liberū arbitriū uertibile. ergo circūſcripto omni temtatione dyaboli in malum poterat conſentire. ac per hoc peccare. ¶ Item Aug. probat ꝙ alio auctore nullus pōt fieri deterior i pricipio. lxxxiij. queſtione. quia nec a minori nec a pari nec a ſuperiori. minus enim non poteſt. par equali non preualet. ſuperius non uult. qa nihil eſt ſuperius bono niſi bonum. ⁊ bonuꝫ non uult bonum deteriorare. ¶ Reſpōſio dicendū ꝙ abſqꝫ dubio nulla temtatiōe pellente homo peccare poterat. ſicut patet in lucifero qui peccauit ſine impulſu alieno. q̇ etiam excellentior erat homine prio. ¶ Magiſter autem loquitur ſupponendo modum peccandi ſm queꝫ homo eſt lapſus uidelicꝫ ad ſuggeſtionem dyaboli. Et ideo dicit ꝙ in ipſo homine ⁊ in dyabolo erat ꝙ fieret homo deterior. ſed aliter ⁊ aliter. quia dyabolus ſolum erat cauſa inducens ⁊ quaſi adminiculans. ſed homo fuit cauſa perficiens ⁊ ꝯſummās. ⁊ quia omne peccatum quod facimus quoddāmodo habet ortum a peccato primo propter corruptiōem que inoleuit per originalis tranſfuſionem. hinc eſt ꝙ non ſolum primus parens deterioratus dicitur fuiſſe a diabolo. imo etiaꝫ omne peccatum dicitur eſſe ab ipſo. Unde Hieronyꝰ ſuper Hieremiā i originali dicit. Quicquid nocte ⁊ die maloꝝ operum perpetramus. imperiū eſt demonis. quia uel omne peccatum procedit ex ſuggeſtione demonū imediata. uel ex illa ſuggeſtione primaria. Et ſic patet illud quod dicit Magiſter in lrā. Nec obſtat illud Aug. qui intelligit de principali agente uolens oſtendere ꝙ corruptionis primarie nullus potuit eſſe principalis actor niſi ipſe homo.

¶ Diſtinctio xxiij.

Preterea ſolet queri. Cū deus hominē ⁊c̄. ¶ Supra egit Magiſter de lapſu primoꝝ parētuꝫ in comparatione ad dyabolum temtantē ⁊ hominem tranſgredienteꝫ. In hac parte agit de lapſu primorū parentum in compatione ad deum permittētem. Et quia non eſt equuꝫ pmittere aliquē inſcium ab aſtuto circōueniri. ideo ut oſtendat pria permiſſio eſſe iuſta. pars iſta duas habet. ¶ In prima determinat cur deus hominem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tētari pmiſit. In ſecunda uero determinat
quantū ⁊ qualē cognitiōis habitū eis dedit.
ibi Et quidē ſm animū ⁊c. ¶ Prima pte re
manēte īdiuiſa. ſcđa diuiditur ī duas ptes.
In pria determiat qualiter homo cognitio-
nem habuit. utrū p diſciplinā ⁊ ſtudiū: aut p
diuinū donū: In ſcđa uero determinat quo
rum cognitionē habuit. ibi Fuitq3 primus
homo an e lapſu3 triplici cognitiōe pditus.
¶ Et illa ps habet tres. In prima determiat
qualē cognitionē habuit de reb⁹ contentis.
In ſcđa qualē cognitiōe3 habuerit de deo.
ibi. Cognitiōe3 quoq3 creatoris ⁊c. In ter
tia qualē cognitiōe3 habuit de ſeipſo. ibi.
Porro ſui cognitiōem ⁊c.

AD intelligētiam huius ptis circa
duo incidit hec queſtio. ſm duo
circa que pricipaliter uerſat totalis diſtictio-
nis intētio. Prio querit de prime tētatiōis
pmiſſione: Scđo queritur de primoꝝ parē
tu3 cognitiōe ¶ Circa primū querunt tria:
Prio querit utrū deus debuerit hoie3 face-
re iexpugnabilē. an tale3 q poſſ3 expugna
ri: Scđo queritur utrū hoiem quē preſcie
bat expugnandū. debuerit pmittere p tem-
tatiōem impugnari: Tertio querit utrum
tētatiōis pugna a uiris iuſtis debeat ōſide-
rari:

CIrca primū ſic pceditur ⁊ oſtendit
q deus debuit facere homie3 iex
pugnabilē. ⁊ hoc prio p diuinā bo
nitatem. quia ut dicit Dyo. Optimi ē optia
adducere. ſed melior ē natura rōnalis que ñ
poteſt peccare q3 que pōt. ergo uidetur q
decuerit de im optimū facere hoiem ad pec
candu3 ipoſſibilē. ⁊ ita inexpugnabile3.
¶ Item hocipm uidetur p diuiam libertatē.
Ad excellentiā eim libertatis non ſolū facit
dare mlta ⁊ magna. ſed etiā dare uelociter.
ſed donū gratie cōfirmantis ⁊ beatificantis
hoc maius eſt q3 donū cuiuſlib3 gratie grati
faciētis. ergo ſi hoc deus dare homini diſpo
ſuerat. ⁊ homo ex prima ſui conditiōe etiā
ad hoc idoneus erat. uidetur q ſtatim cum
eum fecit debuit ei hoc donū dare. ſ3 ſi hoc
haberet eſſet inexpugnabilis. ergo ⁊c. ¶
Item hocipm oſtēditur tertio ex pte diuine
ſapientie. Maioris eim ſapientie eſt ſcire

mala pcauere. q3 poſtq3 facta ſunt remediū
adhibere. ergo ſi diuina ſapientia maxime
manifeſtāda erat in homis cōditiōe. uidetur
q talem debuit eu3 facere ⁊ tātam ſibi cau
telam adhibere q non poſſet in malum in-
cidere. ¶ Item hocipm oſtēditur ex parte
diuine potentie. Quanto enim potētia ma
ior eſt tanto uelocius operatur. magis ergo
diuina potentia manifeſtatur in operatione
ſubita q3 in operatione ſucceſſiua. ſi ergo
hominis gratificatio ⁊ confirmatio ⁊ glorifi
catio eſt immediate a deo. uidetur q deus
ſubito in eodem inſtanti in quo hominem
fecit debuit eum gratificare. ⁊ in gratia con
firmare. ac per hoc inexpugnabilem facere.
¶ Sed contra. Gloria eſt bonum laudabi
le. ſed nullus eſt laudandus in eo qđ habet
niſi habeat illud p meritum. ergo ſi de⁹ fe
cit hominem ad hoc ut perueniret ad ſtatū
glorie ⁊ premii. uidetur q debuit etiam fa-
cere hominem in ſtatu meriti. ſed ſtatus
meriti ⁊ premij debent eſſe diſtincti ſicut ſta
tus uie ⁊ patrie ſm legem cōem. ergo ⁊ do
na uie ⁊ patrie. ſi ergo habere impoſſibili
tatem ad peccandū hoc ſpectat ad ſecurita-
tem beatudinis. uidetur q a principio non
debuit homini dari. ergo debuit homo ex-
pugnabilis fieri. ¶ Item ad plenā pfectiōe3
uniuerſi decuit fieri omnem creaturam que
a ratione recta potuit excogitari. ſicut di-
cit Aug. in tertio de libero arbitrio. ſed ra
tionabiliter excogitari poteſt ad perfectio-
nem uniuerſi ſpectare creaturam que habe
ret libertatem arbitrii. ⁊ relicta eſſet ī manu
conſilii ſui. hanc ergo decuit fieri ⁊ in ſtatu
uertibilitatis conſtitui. ſed nulli creature ma
gis competit q3 homini. ergo ⁊c. ¶ Item
uniuerſum ex oppoſitione mali ad bonum
decoratur quaſi quibuſdam anathetis. ſicut
dicit Aug. ⁊ Ecc. inuit xxxiij. Cōtra malu3
bonum ⁊c. ſi ergo deus uniuerſum uenu-
ſtare ⁊ decorare debuit. uidetur q hūc de
corem uniuerſo non debuit auferre. ſed ſi
feciſſet hominem inexpugnabilem. iam hic
decor non eſſet. ergo ⁊c. ¶ Item hoc uide
tur quarto. quia deus uniuerſu3 fecit ad ſui
ipſius manifeſtationem. ⁊ ſicut deus ē ſum-
me potens ⁊ ſapiens. ſic eſt ſumme iuſtus ⁊
miſericors. ergo tale debuit facere uniuerſū

in quo manifeſtaretur eius ſumma iuſticia ⁊
ſumma miſericordia. ſed ſumma iuſticia ñ
manifeſtatur ꝑfecte niſi i ſeueritate punitio
nis maloꝝ. ſumma miſericordia nō manife
ſtatur ꝑfecte niſi in liberatiōe miſerorum ⁊
remiſſione delictorū. hoc autem nō poſſet
eſſe niſi rōnalis creatura facta eſſet in ſtatu
in quo poſſet peccare ⁊ expugnari. ergo di
uina iuſticia ⁊ miſericordia exigebat hoiem
uertibilē ⁊ expugnabilē fieri. ¶ Rñō. Ad
predictoꝝ intelligentiā eſt notandū. ꝙ et ſi
ipſa diuina operatio non indigeat approba
tione. pro eo ꝙ quicquid deus facit bene fa
cit ⁊ recte facit. veritamen ad exercitandā
deuotionē in mente fideliū. ⁊ cōpeſcendā ra
biem in ore blaſphemantiū. ⁊ deum in ſuis
operibus inculpantiū. quadruplex poteſt
ratio aſſignari quare deus talem fecit hoiē
ut poſſet ab aduerſario expugnari. ¶ Et pri
ma eſt manifeſtatio diuine potētie. Uoluit
deus oſtendere homini. quia ſicut ſine eo
factus non fuerat. ita nec ſine ipſo ꝑſiſtere
poterat. ut ergo homo noſceret ꝙ diuinum
poſſe non ſolūmodo eſt omnis potentie cau
ſatiuū. ſed etiā omnis potentie cōſeruatiū
⁊ ipſū ſolū ē quod non poteſt deficere nec
expugnari. ideo placuit ſibi creaturā rōna-
lem facere uertibilem ⁊ expugnabilem. nec
ipſam confirmare quouſqꝫ experimēto diſ
ceret quod ipſe ſolus ē in quo nō cadit niſi poſ
ſe. ¶ Secunda ratio eſt manifeſtatio diuine
ſapiētie. Maioris enim ſapientie oſtenſiuū
eſt ſcire ordinare bona cum malis ⁊ elicere
bona ex malis qꝫ ordinare ſolum bonū cū
bonis. ⁊ ideo cum non deceret deum mala
facere. debuit talem facere creaturam que
poſſet in operando deficere ⁊ malum cōmit
tere. ut deus mala illa ordinando ſuam ſapi
entiam declararet. ¶ Tertia ratio ſumitur
ex manifeſtatione diuine miſericordie. que
potiſſime manifeſtata eſt. cū unigenitū filiū
ſuum tradidit ad liberatiōē ſerui. ¶ Quarta
ratio ſumitur ex manifeſtatione diuine iuſti
cie. que potiſſime manifeſtatur in hoc ꝙ de
us tribuit unicuiqꝫ ſm opera ſua precipue
in eterna punitione malorum. hec autem
retributio ⁊ punitio ⁊ etiam prefata miſeri-
cordie liberatio non eſſet niſi deus creatu-
ram rationalem ⁊ precipue hominē i ſtatu
uertibilitatis feciſſet. ⁊ ita potentem impu
gnari ⁊ expugnari. ⁊ ideo congruum fuit
deum hominem in tali ſtatu facere. Et cō-
cedende ſunt rationes ad hoc inducte.
¶ Ad illud quod primo obicitur ꝙ deus
debuit facere hominem optimum. Dicen-
dum ꝙ eſt optimum ſimpliciter ⁊ optimū
in ordine. Cum autem dicit Dyoniſius ꝙ
optimum eſt optima adducere. non intelli-
git abſolute. ſed in ordine. ⁊ ideo ex hoc ñ
ſequitur ꝙ debuerit fieri in optimo ſtatu
ſimpliciter. ſed in ſtatu in quo optime ſalua
retur uniuerſitatis ordo ⁊ pulcritudo. ⁊ ſic
factus eſt cum productus fuit in ſtatu uertibi
litatis. ut ordinato proceſſu perueniret me-
rito ad premiū. ab imperfecto ad perfectū
ab inferiori ad ſupremum. ¶ Ad illud quod
obicitur de ſumma liberalitate. Dicendū
ꝙ ⁊ ſi deus ſit liberaliſſimus cum liberali-
tas non precludit uiam iuſticie ⁊ ſapientie.
ideo ſic dicta ſua diſtribuit largiter. ut tamē
non excludatur ſapientie recta ordinatio. ⁊
iuſticie iuſta retributio. ideo non ſtatim de-
buit beatificare ⁊ confirmare. ſed merita ho
minis expectare. ¶ Ad illud quod obicitur
ꝙ maioris ſapientie eſt precauere malū ⁊c.
Dicendum ꝙ falſum eſt. imo multo maio-
ris ſapientie eſt morbum bene curare qꝫ na
turam a morbo p̄ſeruare. Unde Aug. in
Enche. Melius iudicauit deus de malis bo
na facere qꝫ mala nulla permittere. ⁊ ma-
iori etiam ſapientie atteſtatur ut predictū
eſt. ſic res ordīare ut ex ſuꝑueniēte etiā
deordinatione non deturpentur. ſed earum
ordinatio decoretur. ¶ Ad illud quod obi-
citur de potentia. Dicendum ꝙ ſi in om-
nibus operibus diuinis manifeſtetur diuina
potentia. ea tamen que ſpectant ad homis
gratificationem ⁊ glorificationem plꝰ ſunt
ad manifeſtationem diuine miſericordie et
iuſticie qꝫ potentie. ideo maior eſt congru
entia in propoſito qꝫ in oppoſito. nihilo-
minus tamen ad aliquem modum ex ipſa
humana infirmitate ⁊ indigentia plus inno-
teſcit homini diuina potentia qꝫ ſi homo
nunqꝫ conſpexiſſet uertibilitatem in ratio-
nali creatura.

SEcundo queritur, Utrum debuit
deus permittere hominez impu-
gnari. ¶ Et q̄ ſic uidetur per id q̄d
dicit Magiſter in littera. Non eſſet lauda
bile bene uiuere niſi eſſet qui male uiuere
ſuaderet. ergo ſi permittere debuit omne
quod faciebat ad humanaz laudez ãpliandã
debuit ergo permittere homines impugna
ri per ſuggeſtionem dyabolicam. ¶ Item
ſm rectuz iudiciuz rationis ⁊ atteſtationem
Apoſtoli ſcd̄o Thy. ſcd̄o. Non coronabit̄
niſi qui legitime certauerit. ſi ergo homo
perducendus erat ad coronam glorie. uide-
tur q̄ ex recto ordine ſtatui debuerit in con
flictu temtationis ⁊ pugne. ¶ Item decet
deum ſic adminiſtrare res ⁊ eis prouidere
ut ſalua ſit lex quaz indidit eis a primaria
conditione. Iuxta illud Auguſ. vij. de ciui.
ſic res quas deus cõdidit ãminiſtrat. ut eas
agere proprios motus ſinat. ſed deus fe-
cit ⁊ facere debuit hominez in uertibilitate
arbitrii ⁊ relinquere euz in manu cõſiliũ ſui.
⁊ ſimiliter luciferuz. ergo ſi dyabolus uoluit
hominez uexare ⁊ ille uoluit ei conſentire.
deus nullũ illoruz debuit impedire. ¶ Itez
facilius erat homini uincere aduerſariuz q̄ȝ
dyabolo uincere hominez. homo eniz non
poterat uinci niſi uolens. ergo pugna illa
de ſe magis erat ordinata ad uictoriã hoīs
q̄ȝ ad uictoriam dyaboli. ergo magis ad bo
num q̄ȝ ad malũ. ſi ergo deus permittere
debet q̄d directe ad bonũ hominis ordinat̄.
uidetur q̄ a tẽtatione primi hominis aduer
ſarius non erat arcẽdus. ¶ Cõtra. Impius
eſſet pater qui permitteret filiũ aggredi ad
bellũ in quo ſciret euz eſſe ab alio ſuperan-
dum. ſed deus nouerat Adaz illa tẽtatione
eſſe ſuperandũ. ergo uidetur q̄ non tanq̄ȝ
pius pater ſe habuit duz permiſit euꝫ a dya-
bolo ſuperari. ¶ Itez non eſt bonus prela
tus nec paſtor bonus qui permittit ouem a
lupo mordi ⁊ capi duz poteſt ipſuz repelle-
re ⁊ arcere. ſed deus prelatus ⁊ paſtor ho-
minis erat. ergo cũ uideret lupũ atrociter
inſiſtere. uidetur q̄ non debuit permittere
ab aduerſario hominẽ impugnari ſiue ĩpeti
a lupo. ¶ Itez non eſt rectus iudex q̄ bellũ
conſtituit inter eos qui non ſunt equaliter
fortes. ſed dyabolus multo fortior erat

uiribus per naturã q̄ȝ homo. cũ non ſit po-
teſtas ſuper terrã que poſſit ei cõpari. multo
etiã erat obſtinatior in malicia q̄ȝ homo eēt
confirmatus in gratia. ſi ergo deus iudex
equus eſt. non debuit eos permittere inicez
confligere. ¶ Itez non eſt fortis poſſeſſor
qui permittit aliũ inuadere atriũ ſuuz. cum
eniz fortis armatus cuſtodit atriuz ſuum. in
pace ſunt omnia que poſſidet. cum ergo
homo in primo ſtatu atriũ ⁊ templum eſſet
dei ⁊ deus ipſe cuſtodiret. aut deus nõ fuit
fortis armatus ⁊ cuſtos. aut non debuit per
mittere aduerſariũ uexare ⁊ inuadere hoīez
per conflictuz ⁊ pugnã tẽtationis. ¶ Rñſio
Ad predicta dicendũ eſt. q̄ cuz deus poſſet
aduerſariũ prohibere ne hominẽ temtaret.
decuit tamen ipſum permittere. ⁊ ratio cõ
decentie haberi poteſt ex rationibus preaſ
ſignatis in precedenti probleumate. in quo
oſtenſuz eſt q̄ deus debuit facere hominez
in libertate liberi arbitrii. Preter has tam̄
rationes aſſignari poteſt ratio ¶ prio ex or-
dine qui attenditur ex compatione uirtutis
ad propriuz actũ. ſic eim deus res omnes
ãminiſtrat. ut eas agere proprios motus ſi-
nat. ⁊ ideo tam hominẽ q̄ȝ dyabolũ conſti
tuit in libertate arbitrii. ⁊ in manu conſilii
ſui reliquit. ⁊ utrũq̄ȝ permiſit agere q̄d uo-
luit. ſiue hunc in tẽtando ſiue illũ in conſen-
tiendo. hoc eniz competebat regimini in
conſeruatione ordinis qui attenditur ex cõ
paratione uirtutis ad actũ propriuz. ¶ Scd̄o
uero ſumitur ratio ex ordine qui attẽditur
per cõparationẽ boni ad ſuũ oppoſituz. in
quo glorioſior ⁊ laudabilior oſtenditur uir-
tus ad ſuuz oppoſitum ſiue ex ipſa predca
compatione. ob quã relucet ⁊ magis appa-
ret. ſiue ex cuiuſdã nobilis triũphi aſſecuti
one. ob quã fortificatur ⁊ uigoratur. ideo
ut uirtus hominis reluceret ⁊ proficeret. de
cuit deum permittere ipſuz ab aduerſario
impugnari. quia uel tunc uel poſt ex ipſa
tẽtationis impulſione maīfeſtanda erat for
titudo ⁊ eminentia calliditatis. de qua dicit
Apoſtolus. Nec mors nec uita. nec prin-
cipatus. nec poteſtates ab ea poterunt ſe-
parari. Romanos. viij. ¶ Tertia poteſt
ſumi ratio ex ordine q̄ attendit̄ ex cõpatiõe
morbi ad ſuum remedium. quia eiꝫ peccatũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hominis non debebat carere remedio. ppt̄
hoc ꝙ tota in ipſo humana natura erat. ſic
debuit deus hominē pmittere peccare. ꝙ de
ceret ipm eideꝫ redemptorē preſtare. ⁊ ideo
magis diſpoſuit deus pmittere hominē pec
care alio ſuggerente ⁊ impellente q̃ꝫ uolun
tate ꝓpria incuruante. q̄ fortaſſis incurua-
tione homo cecidiſſet. ⁊ ſi nūq̃ꝫ aduerſa
rius peſtifera ſuggeſſiſſet. ¶ Quarta rō
ſumi poteſt ex ordine qui attenditur p com
parationē meriti ad pmiuꝫ. Quia eiꝫ nedum
dignus eſt coronari niſi qui certat legitime.
ideo decuit deum hominē militē ſuū i cāpo
certaminis prius examinare q̃ꝫ ipm in gr̄a
exaltare. ⁊ quia examinatio conſiſtit i con
flictu ⁊ pugna. pmittere debuit hominem a
dyabolo impugnari. Sunt etiā alie rōnes
que poſſunt de hocipſo reddi. ad p̄ſens tñ
iſte ſufficiāt. ¶ Ad illud autē quod primo
obicitur in contrariū de impietate paterna.
Dicendū ꝙ ⁊ ſi deus ſit pater pius. eſt tamē
iudex equus. ⁊ ideo ſicut decebat deū erga
hominē pietatē paternā oſtendere. ut tamē
non obmitteret officiū poteſtatis iudiciarie.
⁊ ideo quicquid de homine p̄noſcet. ſuſtine
re debuit ipm ab aduerſario impeti temta-
tionis bello. ¶ Ad illud quod obicit̃ de bo-
nitate platiōis. Dicēdū ꝙ plat⁹ debet ouē
a morſu lupi eripe. ſiue q̄a ad hoc tenet̃ ex
lege caritatis. ſiue q̄a ex malo neſcit ⁊ nō
pōt elicere bonū maioris utilitatis. Utri-
uſq̃ꝫ hoꝝ oppoſitū reꝑitur in deo ſi q̄s attē
dat. ⁊ ideo idem non cogit in ꝓpoſito.
¶ Ad illud quod obicitur de rectitudine iu-
dicis. Dicenduꝫ ꝙ ⁊ ſi dyabolus fortior ⁊
aſtutior eſſet q̃ꝫ hō. in pugna tñ tētationis
non erat fortior. imo multo debilior. ſiue
ex generali lege temtationis qua nemo uin
citur niſi uolens. ſiue ex fidelitate dei qui
non pmittit aliquem temtari ſupra illud q̄d
poſſit. imo facit cum temtatione ꝓuentum.
⁊ ideo impulſus temtationis primarie cum
fieret ⁊ ſeruata dei fidelitate ⁊ temtationis
lege. non fuit contra ordinem poteſtatis iu-
diciarie. ¶ Ad illud quod obicitur de for-
titudine armari cuſtodientis. Dicenduꝫ ꝙ
⁊ ſi deus hominem fortiter cuſtodiret. non
tamen cuſtodiebat inuitū ſiue inuoluntarium.
quia non acceptat deus ſeruitium coactū. ſꝫ
liberale ⁊ uolūtarium. ⁊ ideo ſi homo cum
deo ſtare uoluiſſet. nullus uiolenter de ma-
nu dei eum auferre potuiſſet. ſed quia ab
eius cuſtod a ſe ſubtraxit. ideo deus ſuam
cuſtodiam ei denegauit. ⁊ ex hoc aduerſa-
rius eum inuaſit. immo non ex defectu dei
cuſtodientis. ſed ex ingratitudine hominis
cuſtoditi.

Tertio queritur Utrū temtationis
impulſio deſiderari debeat a uiro
iuſto. ¶ Et ꝙ ſic uidetur. Iaco. pri
mo Omne gaudiū exiſtimate fratres cū in
uarias temtationes incideritis. ſi ergo tem
tatio cum p̄ſens eſt. eſt materia gaudēdi. cū
abſens eſt. uidetur ꝙ debeat affectuoſe de-
ſiderari. ¶ Item in pſ. Proba me domine
⁊ temta me. hec ſancta anima petebat ⁊
recte. ſed nihil debet homo a deo petere ni
ſi quod debet deſiderare. ergo ⁊c̃. ¶ Item
hoc uidetur ratione. Omne enim illud q̄d
facit ad uirtutis exercitationem eſt appetē
dum. ſed temtatio eſt huiuſmodi. Unde
Gregorius. Sanctus uir ſe temtari poſt
uirtutes deſiderat. ne ex confidentia uirtutū
torpeſcat. ſi ergo temtatio uirtutes exer-
citat. patꝫ ⁊c̃. ¶ Item illud omne q̄d facit
ad gratie ꝓmotionem eſt appetenduꝫ. ſed
temtatio eſt huiuſmodi. Unde p̄io Cor.
decimo Faciet cum temtatione ꝓuentū ⁊c̃.
ſi ergo temtatio promouet ad bonū. uidet̃
ꝙ ad ipſaꝫ anhelare debeat deſideriū iuſto
rum. ¶ Item omne illud quod eſt opus ⁊
affectus diuine acceptionis eſt appetendū.
ſed temtatio eſt huiuſmodi. Unde Tobie
ultimo. Quia acceptus eras deo neceſſe
erat ⁊c̃. ¶ Item omne illud p quod ꝑue-
nitur ad meritoꝝ conſūmatiōem ē appetē-
dum. ſed temtatio eſt huiuſmodi. q̄d patꝫ
quia nulla eſt maior temtatio q̃ꝫ illa que eſt
p flagella. tribulatio autem patiētiā opat̃.
pacientia uero opus pfectum habet. ergo
uidetur ꝙ quicunq̃ꝫ uult eſſe pfect⁹. appete
re debet temtationis impulſum. ¶ Sed con
tra. Nihil eſt deſiderandum cuius cōtrariū
eſt continue petendum. ſed omnes uiri iuſti
illam petitionem debent facere. ⁊ ne nos
inducas in temtationem. ergo nullus debꝫ
appetere temtari. ¶ Itē nihil ē appetēduꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quod diligenter eſt p̄cauendū. ſed tētatio eſt p̄cauenda. ſicut domin⁹ monet Math. xxvi. Uigilate ⁊ orate ne intretis in temtationem. ergo ⁊c. ¶ Item nihil eſt appetendum cui non debeat ſe hō offerre ſpōte. ſed tētationi non debet ſe hō offerre ſpōte. ſicut dicitur ſuper illud Mathei iiij. Duct⁹ eſt ihesus ⁊c. Gloſa. Ductū eſſe iheſum cōmemorat. ut nos inſtruat q̄ non ſponte oportet in temtationē inſilire. ¶ Itē nihil eſt appetendū q̄ noſtre ſalutis aduerſarius optat. ſed dyabolus deſiderat nos tētare. ergo uidetur q̄ nullus debeat temtationem appetere. ¶ Rn̄o ad p̄dictā queſtionem uia duplici reſpōderi poteſt ⁊ utraq̄ ſatis p̄babiliter. Uno modo ſic ut dicam⁹ q̄ cum triplex ſit temtatio ſiue a triplici principio. una ſcilꝫ a deo. alia a carne. alia a dyabolo. prima temtatio ſimpliciter appetenda eſt. quia deus non tētat nos niſi ad bonum. Altera uero temtatio ſcilꝫ que eſt a carne ſimpliciter fugienda eſt. quia illa nō poteſt eſſe abſq̄ peccato. ſicut ſupra dixit Magiſter diſtictione xxj. Tertia uero que eſt a dyabolo. aliquibus fugienda eſt. aliquibus appetenda. His enim que uirtute fortes ſunt. nec de facili in tētationē induci poſſunt. etiam ſi tētantur. appetibile eſt tētari ad ſue uirtutis exercitiū ⁊ cumulū meritoꝝ. infirmus uero minime. quia timere poſſūt ne ex ipſo impulſu in tētationē inducātur. q̄d omnes debent refugere. Nam ſi tētari malū non ſit. in tētationē induci ſemp malum eſt. quia hoc eſt a tētatione ſuperari. Et hoc eſt q̄ dicit Auguſtinus xiiij. de ciuitate dei. Sicut ſe habet firmitas ⁊ infirmitas electorū ſic metuunt cupiuntq̄ tētari. Et ſm̄ hanc diſtinctionem ad rationes ad utrāq̄ p̄tem inductas. de facili reſponderi poteſt. pro eo q̄ ſm̄ diuerſas uias p̄cedūt. Alius modus dicendi eſt. q̄ dupliciter ē loq̄ de tētatione. aut ſub ratione propria. ⁊ ſic tētatio eſt impulſus ad illicitū ſm̄ q̄ de ea ſit ſermo in propoſito. loquimur enim hic de tētatione dyaboli que fit per mali culpe ſuggeſtionē. qua dyabolus hominem ad malū nititur incuruare. non de tētatiōe dei que fit per flagellationē qua deus uult illos quos acceperat approbare ⁊ approbatos oſtendere. Hanc ergo temtationē ſm̄ ſe conſideratā nullus debet appetere immo abhorrere ⁊ refugere maxime conſiderādo finem. Aliter eſt conſiderare tētationē p̄ut eſt materia exercende uirtutis. ⁊ ſic a uiris iuſtis deſiderari poteſt. ab eis potiſſime qui in caritate feruent a deo q̄ ignis deuotionis ipſoꝝ potius inflāmatur ex preſentia contrarii q̄ȝ extinguatur. ab eis aūt qui modice ſunt caritatis non ſic deſiderari debet. ⁊ exemplū eſt. quia uentus perflans fornacem magis ⁊ magis accendit. ſed candelam extinguit. ⁊ ideo tētationis impulſus. ⁊ ſi quantū in ſe eſt refugiendus ſit ab omnibus ⁊ ab infirmis potiſſime. ſicut rationes ad ſecundū p̄tem inducte oſtendunt. inquā tum eſt uirtutis exercende materia. a viris feruentibus ⁊ p̄fectis appeti poteſt. ſicut oſtendunt rationes que ad primā p̄tem inducuntur. illud tamen genus tētationis potiſſime appetunt uiri iuſti. quod eſt in flagellorū perpeſſione. ſicut paſſus eſt Job ⁊ Thobyas. ſicut etiā paſſi ſunt ſancti martires. ab impiis zelo dyabolico excitatis. Et ad hoc oſtendendū p̄cedunt rationes que ad primā p̄tem inducuntur. ideo concedende ſunt.

COnſequenter quantū ad ſecūdū p̄poſitū queritur de cognitione primorū parentū. Et icidit hec queſtio circa tria. Primo enim querendum eſt de cognitione primorū parentū quantum ad p̄fectum. Secundo uero querendum eſt quantum ad defectum. Tertio q̄ritur de ipſa cognitione quantum ad cōplementū ⁊ ſtatū.

CIrca primū ſic p̄ceditur ⁊ queritur Utrū ſi homo ſtetiſſet in cognitione p̄feciſſet p̄ tēpoꝝ interualla. ¶ Et q̄ non uidetur primo p̄ uerbū Hugonis in libro de ſacramētis. Rerū omniū que cū homine ⁊ propter hoiēȝ facte ſunt p̄fectā cognitionē hominē accepiſſe nulli dubiū eſſe debet. ſi ergo ſtatim p̄fectam cognitionē habuit. ergo ulterius p̄ficere non potuit. ¶ Item hocipſum oſtenditur per rationē quā facit ipſe Hugo Nomen

debite ipoſitū ē nature rei expreſſiuū. nullꝰ
ergo pōt res oēs noiare niſi is qui oīum reꝝ
plenā habet cognitionē. ſed Adam oībus
noīa ipoſuit. nec illis rebus alia ſunt aliquā-
do pfectiora noīa iponēda. uidetur ergo ꝙ
Adaꝫ pfecte cognouerit oīa creata. ergo in
cognitione non ꝓfeciſſet. ſed in ſtatu ſue co
gnitionis pmanſiſſet. ¶ Item nullus bene
regit ⁊ gubernat ea quoꝝ naturā ignorat.
hec oīa fuerant cōmiſſa regimini ⁊ guberna
tioni Ade ſm ꝙ dicitur i Geñ. ⁊ i ps. Oīa
ſubieciſti ſub pedibus eius. a ſui ergo con-
ditione primaria habuit primus hō rerum
cognitionē. ergo non ꝓfeciſſet ad illā diſci-
plinā p tēporū interualla. ¶ Iteꝫ quicquid
homo addiſcit. addiſcit mediante uia ſenſus
memorie ⁊ expientie. ⁊ ita ab inferiori ⁊ ab
exteriori. ſi ergo homo in ſtatu innocentie
didiciſſet. p inferiora ⁊ exteriora ad pfectio
nem ueniſſet. ſed talis ordo non congruit
nature inſtitute ⁊ bene ordinate. ſed ſolum
lapſe. cuꝫ omni creature pēſſet. uidetur er
go ꝙ nihil ſenſibiliū in ſtatu illo didiciſſet.
¶ Sed contra. Adaꝫ in ſtatu illo p interualla
tēporū ꝓfeciſſet aliqd contra grāꝫ. alioquin
peior eſſet conditio ſua qꝫ noſtra. cum nos
multitudo merita creſcamus in gratia. er
go pari ratione p interualla tēporum ꝓfe-
ciſſet in rerū noticia. ¶ Item Aut Adam
ſciebat que uentura erant. aut non. ſi ſic.
ergo pſciuit lapſuꝫ ſuū ⁊ quid ex illo poſte-
ris ſuis eſſet euenturū. qḋ plane apparet eē
falſuꝫ ſi futura non cognoſcebat. ſed rerum
nature uariantur in tēpore. ergo multa in
cipiebat cognoſcere ſm tēporū uariationē.
ergo ꝓfeciſſet in cognitione. ¶ Item nec
Adaꝫ oīa uiderat nec oīa audierat. eſto er-
go ꝙ uideret aliquā reꝫ quā priꝰ nō uidiſſꝫ
cuꝫ uidere ſit cognoſcere ſicut intelligere.
uidetur ꝙ ſicut neceſſario ſequitur. qḋ īcipit
intelligere incipit cognoſcere. ſed mulier
ſi incepit uidere incepit cognoſcere. ſi ergo
multa ſenſitiua uidiſſet que prius ñ uiderat
uidetur ꝙ multa didiciſſet ſenſitiua p tēpo
ris interualla. ¶ Iteꝫ ſi homo ſtetiſſꝫ. aut
unus hō ſciret uolūtateꝫ ⁊ cognitionē alteri
us. aut non. ſi ſic. ergo fruſtra egerēt ſer-
mone. ſi ñ. ergo cū poſſet ab alio edoceri.
uidetur ꝙ in ſtatu innocentie multa diſcere
potuiſſꝫ. ¶ Rñſio. Ad p̄dictorū itelligētiā
eſt notandum ꝙ ꝓfectus ſcie triplici poteſt
uia conſiderari. uel a pte ſcibiliū. uel a pte
modorum cognoſcendi. uel a parte maioris
habilitatis in cognoſcendo. ſm primum
modum loquēdo. itelligendū eſt ꝙ quedam
ſunt res que fiunt curſu naturali. quedā que
curſu mirabili. quedam que fiunt curſu uo-
luntario ſm ꝙ determinat Anſ. In earum
ergo rerū cognitione que quidā curſu natu-
rali fiunt. non ꝓfeciſſet Adam quantum ad
noui habitus acquiſitioneꝫ. Accepit eiꝫ ſicū
dicit Hugo ⁊ Magiſter in littera. Ab ex-
ordio omniū rerum plenā noticiā. Et hoc
etiam oſtendunt rōnes que ad primā ptem
inducuntur. Proficere tamē potuiſſet qꝫtū
ad alium moduꝫ cognoſcendi. ⁊ quantuꝫ ad
maiorem habilitateꝫ ſciendi. quantū ad aliū
moduꝫ etiā ꝓficere poteſt. quia qḋ nouerat
ſimplici noticia cognoſcere poterat expien
tia. quod nouerat intellectu. cognoſcere po-
terat ⁊ ſenſu. Proficere etiā poterat qꝫtuꝫ
ad maiorē habilitationeꝫ. quia ex frequenti
conſideratione eoruꝫ que nouerat. pmtior
fuiſſet ⁊ patior ad iudicanduꝫ de his rebus
quarū habebat cognitioneꝫ p habitū inatuꝫ
Et ſi enī primus homo non haberet tardi-
tatem hebitudinis p aggrauationē corporis
mortalis. habebat tamē ſpiritus eius quā-
dam minorē uelocitateꝫ corporis aīalis. ſic
⁊ in cognitione rerū naturaliū Adam quod-
dāmodo ꝓfeciſſet. quoddāmodo minime ſi
ſtetiſſet. In eaꝝ uero cognitione que fiunt
curſu uoluntario ⁊ mirabili ſiue ſupnaturali
ſimpliciter ꝓficere potuiſſet. non ſolū qꝫtuꝫ
ad modū cognoſcendi. ſed etiā in acquirēdo
nouā cognitionē. nec miꝝ. quia ad hoc ꝙ co
gnoſceret diuīa miſteria indigebat ſuperna
illuſtratione. ad hoc uero ꝙ cognoſceret ſe
creta alterius. indigebat ipſius detectione.
nec talis pfectꝰ ſtatui inocentie derogabat.
cū etiā beati angeli in cognitione diuinoruꝫ
miſterioꝝ ⁊ humanoꝝ ſecretoruꝫ ꝓficiant.
Propt̄ quod dicitur Eph. tertio. Ut ino-
teſcat pricipibꝰ ⁊ poteſtatibꝰ p eccleſiā mul
tiformis dei ſapia. et ſic patet reſpōſio ad
ꝓpoſitā queſtionē. Nāꝫ rōnes ad primaꝫ
ptē inducte ꝓcedūt de cognitione reꝝ natu
raliū. ⁊ ſic intelligit Hugo. Illis eniꝫ rebus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Adam noia ipoſuit ⁊ illarū ı eram ſibi cura
cōmiſſa fuit. Ultima tamē ratio de pfectiōe
ab inferiori ⁊ exteriori non cogit. quia ſicut
dicit Aug. in ſeptio muſice. Obiectū exte
rius nō agit i aiaꝫ nec ipaꝫ pficit. ſed ipa aia
ſeipſaꝫ mouet a rōne ab exteriori accepta.
⁊ i formando ſeipam magis agit in obiectū
q̄ꝫ agatur ab ipſo. ⁊ hoc fuiſſet in Adaꝫ mul
to fortius ⁊ nobilius q̄ꝫ ſit poſt lapſuꝫ. unde
illa ratio non cogit qꝫ Adā non potuiſſꝫ reſ
pectu eoꝝ que cognoſcebat nouū modū co-
gnitionis acquirere. nec p̄cedētes rōnes hoc
aſtruūt qꝫ Adā non poſſet magis habilitari
in cognoſcendo p frequētiā in conſiderādo.
Rōnes autē que ad ptem oppoſitā iducunt
oſtendūt Adā ſi ſtetiſſet pficere potuiſſet i
cognitione reſpectu eoꝝ que ſunt uolūtaria
⁊ mirabilia. De aliis autē ſcilꝫ de his que
naturaliter fiunt nō concludūt qꝫ Adā acqui
ſiuiſſet cognitionē nouā. Unde illa pria rō
de compatione gratie ad ſciam nō ualet. qa
pfectio gratie nō tantū eſt ex dono. ſed etiā
ex merito. Perfectio aūt cognitiōis i Adā
erat ex dono. ⁊ ſi ſtetiſſet nō ſolū in ipſo. ſꝫ
etiā in poſteris nō indocte a pluribus credit
ſlr fuiſſe ſaltē quantū ad habitū. ⁊ hoc di-
co pꝑter etatē infantie. ¶ Ad alia ſatis pla-
na eſt reſponſio iam dicta.

SEcūdo queritur de cognitiōe pri
morū parentū quātū ad defectum
⁊ hoc eſt querere Utruꝫ ſi ſtetiſſet
in ſtatu inocētie aliquando decipi poſſent.
¶ Et qꝫ ſic uidetur Geñ. tertio dixit mulier.
Serpēs ſeduxit me. ſed conſtat qꝫ mulier
nō cōſenſit niſi quia extimauit uerū eſſe qđ
ſerpēs dixit. ſed ante cōſenſuꝫ nō peccauit
ergo anteq̄ꝫ peccaret decepta fuit. ¶ Item
Aug. ſup Geñ. ad litterā. ⁊ habetur ſupra
diſtictiōe xxii. Credidit Adam utrūq̄ꝫ fieri
poſſe. ut ⁊ uxori morē gereret. ⁊ p peniten-
tiam ueniā haberet. qa aliter nō peccaſſet.
ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ Magiſter ſupra diſtictiōe
xxi. loquens de muliere ⁊ ſerpente dicit. qꝫ
mulier nō horruit ſerpentē. quia cū nouerit
eē creatū etiā officiū loquēdi a deo accepiſſe
putauit. ſed cōſtat hoc falſuꝫ fuiſſe qđ puta
uit. ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ hoc uidetur ratiōe. Si
Adā ſtetiſſet dormiuiſſet utiq̄ꝫ ⁊ habuiſſet
alias opatiōes naturales. ergo cū ſōniuꝫ ſit
gitur honeſtū . Cū autẽ bonū ꝯferẽs ⁊ delec
tabile nata ſint appeti ab irrõnalib⁹. bonum
honeſtū a ſolis rõnalib⁹ põt appeti . ⁊ ideo
in eis ſolū ꝛ̄pitur ꝟtus que non ē ad aliquod
genus appetibilis artata. ac ꝑ hoc habens li
bertatẽ reſpectu obiecti . In eis etiã ſolū re
peritur potẽtia habẽs libertatẽ reſpectu ac-
tus ꝓprii . Nam uolūtas in rõnalib⁹ nõ ſolū
ꝯpeſcit manū exteriorẽ uel pedẽ. ſed etiã cõ
peſcit ſeipam ⁊ ꝛ̄frenans icipit odire frequẽ
ter quod prius diligebat. ⁊ hoc ex ſuipi⁹ im
perio ⁊ dominio . In brutis autẽ aialibus ⁊
ſi aliquo modo ſit ꝛ̄pire dominiuꝫ reſpectu
actus exterioris. quia bene ꝛ̄frenãtur aliqñ
ſicut patꝫ i aialibus domeſticis . reſpectu tñ
actus ꝓprii iterioris. uidelꝫ appetit⁹. domi-
niuꝫ non eſt . Unde ſi aliq̇d amãt nõ poſſūt
illud nõ amare. licꝫ a ꝓſecutione alicuius rei
amate arceant̃ timore alicui⁹ paſſiõis iflictie
Et ideo dicit Damaſ. ꝙ magis aguntur q̄ꝫ
agant. ac ꝑ hoc cū non poſſint actū ꝓprium
ꝛ̄primere . reſpectu act⁹ ꝓprii nõ habent li
bertatẽ. nec etiã reſpectu obiecti . ⁊ ideo de
ficiente in eis libertate. li. ar. nõ poſſunt pti-
cipare : ¶ Similr etiã rõ ex pte arbitratio
nis . Arbitriū eim idẽ ē ꝙ iudiciū. ad c⁹ nu-
tum cetere ꝟtutes mouẽtur ⁊ obediūt . Iu-
dicare aūt illᷓ ē ſcḋm rõem ꝯpletã. cuius ē diſ
cernere iter iuſtū ⁊ iiuſtum. ⁊ iter ꝓprium ⁊
alienū . Nulla aūt potẽtia nouit q̇d iuſtum
⁊ q̇d iiuſtū. niſi illa ſola q̄ ē pticeps rõis ⁊ na
ta ē ꝯgnoſcere ſūmaꝫ iuſtitiã. a qua ē regła
ois iuris . Hec aūt ſola ē in ea ſubſtantia q̄
ē ad imaginẽ dei. qualis ē tm̄ potẽtia rõnal.
Nulla. n. ſubſtãtia diſcernit q̇d ꝓpriuꝫ ⁊ q̇d
alienū niſi ꝯgnoſcat ſeipaꝫ ⁊ actū ſuū ꝓpriū

ſed nūq̄ꝫ aliqua potẽtia ſeipaꝫ ꝯgnoſcit. uel
ſup ſeipſam ꝛ̄flectit̃ q̄ ſit alligata materie .
Si ergo oẽs potentie ſunt alligate materie
⁊ ſubſtãtie corporali ꝑter ſolã rõnalem. ſola
illa ē que põt ſe ſup ſeipam ꝛ̄flectere. ⁊ ideo
ipa ſola ē in qua ē plenū iudiciū ⁊ arbitriuꝫ i
diſcernẽdo q̇d iuſtū ⁊ q̇d iiuſtū. q̇d ꝓpriū et
q̇d alienū . Laꝫ ergo rõne libertatis q̄ꝫ rõe
arbitratiõis liberꝫ ar. in ſolis ſubſtãtiis rõna
libus ꝛ̄pitur . Et ꝯcedẽde ſunt rõnes q̄ hoc
oſtendūt . ¶ Ad rõnes uero i oppoſitū pla
na ē ꝛ̄ñſio ꝑ iam dicta . ¶ Ad illud. n. quod
obicit̃ prio. ꝙ bruta ꝑ̄eligūt bonū malo . Di
cendū ꝙ uerꝫ ē de bono ꝯferẽti ⁊ ꝺlectabili .
ſed nõ ē uerꝫ de bono honeſto reſpectu cui⁹
ꝓprie liberꝫ ar. ꝯſiſtit . ¶ Ad illđ ſilr quod
obicit̃ ꝙ bruta poſſūt ad oppoſita moueri .
patꝫ ꝛ̄ñſio ꝙ nõ poſſunt moueri i oia oppo
ſita. ſed ſolū in illa q̄ ſunt ifra dignitate libe
ri ar. ¶ Ad illđ qđ obicit̃ ꝙ bruta dominãt̃
actibus ſuis q̇a poſſunt ꝛ̄primere . Dicẽdū
ꝙ nõ dominant̃ actib⁹ iterioꝛib⁹ lꝫ dominẽ
tur exterioꝛib⁹. ⁊ ſi ꝯprimãtur ab actu nõ tñ
ꝛ̄trahūtur ab appetitu . Uel aliter dici põt
ꝙ ⁊ ſi etiam retrahãtur ab actu ſuo. non tñ
hoc eſt ꝑ dominiū ꝓpriuꝫ. hoc eim ē ex ima
gie mali exterioris. qđ adeo exterret ut ma
gis ꝛ̄trahat q̄ꝫ appetitus attrahat . Et ideo
ſicut in appetẽdo ⁊ ꝓſequẽdo magis agunt̃
q̄ꝫ agant. ſic etiã in abſtinendo uel ſe ꝛ̄tra-
hendo magis ꝛ̄primūtur q̄ꝫ ſe ꝛ̄primãt . Et
ꝑ hoc patꝫ ꝛ̄ñſio ad aliud quod obicit̃ ꝙ pri
cipiū motus ē ab intrinſeco in brutis anima
libus . Dici eim poteſt ꝙ ⁊ ſi pricipiū mo-
tus exterioris ꝓcedat ab intrinſeco. tamen
appetitus interior potius habet ortū ab ex
teriori appetibili q̄ꝫ ex imperio appetitiue
uirtutis . ideo non quicūq̄ꝫ motus ab intrin
ſeco facit potẽtiam liberam . ſed ille motus
quo mens motiua mouet ſeipam . Uolūtas
eim ⁊ liberꝫ arbitriū ut dicit Anſelmus eſt
liberꝫ ar. ſeipm mouens . ¶ Ad illud quod
obicitur ꝙ li. ar. eſt ꝓuidere . Dicenduꝫ ꝙ
ꝓuidentia quedam ꝓuenit ex actu delibera
tionis ⁊ ꝑcognitionis . quedam ꝓuenit ex
inſtinctu naturali . prima eſt libertatis arbi-
trarie ⁊ reperitur in ſolis rõnalibus . Scḋa
uero eſt naturalis ſagacitatis ⁊ iduſtrie. Na
tura eim prudentiſſima eſt . ⁊ hec repitur in

brutis aialibus. ⁊ talis nõ ponit libeꝝ ar. ¶ Ad illud quod obicitur ꝙ quedam aialia bruta domari nõ poſſunt. Dicendũ ꝙ aliquod animal nõ poſſet redigi in ſeruitutem hoc poteſt eſſe dupliciter. Aut rõne uoluntarie libertatis. aut rõne naturalis ferocitatis. Primomõ impoſſibile eſt hoiem redigi in ſeruitutem. q̃uis enim aliquis poſſit aliquem compellere q̃ꝫtum ad actũ exteriorẽ. q̃ꝫtum tamen ad interius uelle nemo poteſt alteꝝ compellere. ſicut patebit infra. Scdo modo beſtie alique ſunt idomabiles nec poſſunt redigi in ſeruitutem. quia tanta ẽ earũ ferocitas ⁊ impetus ad ea que feritatis ſunt. ut nõ poſſint aſſuefieri ad ea que ſunt leuitatis. ⁊ ideo rõ illa nõ cogit.

Secundo queritur Utrum liberum arbitriũ ſit potẽtia diſtincta contra rõnem ⁊ uolũtatem ¶ Et ꝙ ſic uidetur. Bernar. de li. ar. loquens de potẽtia liberi ar. Quid ſimilius eternitati qꝺ non ſit eternitas. ſi ergo eternitas non reſpicit rationẽ nec uoluntateꝫ. uidetur ꝙ libeꝝ ar. ſit aliqua potentia preter has. ¶ Item rõ reſpondet filio. uolũtas ſpũiſancto. ergo ſi ĩ nobis eſt ponere aliquã potẽtiam reformãdaꝫ corrñdenteꝫ patri. ẽ in nobis ponere aliquã potẽtiam preter rõnem ⁊ uolũtatem q̃ ſpectat ad rformatiõem. talis autem non eſt niſi libeꝝ ar. ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ ad ꝑductiões operis iſta tria ſunt neceſſaria. uidelicꝫ poſſe et ſcire ⁊ uelle. ergo ſi ſcimus ꝑ rõneꝫ. uolumus ꝑ uolũtatem. uidetur ꝙ in nobis ſit ponere tertiam potẽtiam ꝑ quã ſumus potẽtes. hãc autẽ dicimus li. ar. facultatem. ergo ⁊c. ¶ Item cum lapis mouetur deorſum iſta tria reperiuntur. intentio ⁊ appetitus ⁊ uirtus. Dicimus enim ꝙ lapis intendit deorſũ moueri cum natura ſit operans ꝑ intentionem. appetit etiam deorſum moueri. habꝫ nihil ominus uirtutem ꝑ quaꝫ deorſuꝫ mouetur. ergo uidetur ꝙ iſta tria ſit repire in aia rationali. ſi ergo rõnis eſt intendere. uolũtatis appetere. erit ponere tertiam potentiã cuius ſit uirtualiter agere. hanc autem dicimus arbitrii facultatem. ergo ⁊c. ¶ Item iudicans ꝑeminet iudicãdo. ⁊ mouẽs ꝑeminet mobili. ſed libeꝝ arbitriũ ẽ libeꝝ ꝺ uolũtate iudiciũ. ergo liberi arbitrii eſt iudicare de uolũtate. ¶ Similiter liberi arbitrii eſt mouere omnes uires anime ⁊ rationi impare ut diſcernat. ⁊ uoluntati ut appetat. ergo uidetur ꝙ ſit tertia potentia ab iſtis diſtincta. ¶ Sed contra. Potentie anime rationalis ſufficiẽter diuidũtur ꝑ cognitiuas ⁊ affectiuas. ergo ſi ratio comprehendit potentias cognitiuas ⁊ uoluntas affectiuas. non uidetur ꝙ ſit cõueniẽs ponere tertiã potentiã ab his differentẽ. ¶ Iteꝫ actus li. ar. ẽ iudicare. ſed ꝺ omni eo qꝺ iudicamus. ꝑ rõeꝫ iudicamus. ergo nõ uidetur ꝙ li. ar. ſit potẽtia a rõne et uolũtate diſtincta. ¶ Iteꝫ alia potentia circũſcripta rmanẽte ſola uolũtate ⁊ rõe poſſumus ꝯſentire. q̇a põt ꝑcedere deliberatio ꝑ actũ rõnis ⁊ ſubſequi ꝑoptatio ꝑ actũ uolũtatis. ſi ergo ꝯſentire ẽ actus li. ar. uidetꝛ ꝙ li. ar. nõ ſit alia potẽtia a rõe ⁊ uolũtate ¶ Item li. ar. eſt mouere. Aut ergo mouet uoluntatẽ aut non. Si non. ergo non uidetur plene libeꝝ. Si mouet uolũtatẽ ⁊ ẽ alia potentia. ergo uoluntas mouetur ab alia potẽtia. ergo non eſt libera. ergo ſi uolũtas ĩ nobis eſt maxĩe libera. uidetꝛ ⁊c. ¶ Item eadẽ eſt potentia cognitiua qua intelligo aliquid ⁊ intelligo me intelligere. ergo eadeꝫ uirtus eſt ⁊ non alia qua uolo aliquid ⁊ uolo me uelle. me uelle eſt li. ar. potentia uero qua uolo ẽ illud. ſed potentia qua uolo ẽ uolũtas. ergo libeꝝ ar. nõ ẽ alia potẽtia a uolũtate ¶ Rñſio. Ad ꝑdicte queſtiõis itelligentiã notandũ eſt. ꝙ ſup hac queſtiõe diuerſe fuerũt doctoꝝ poſitiões. Quidã eiꝫ dicere uoluerunt. ꝙ ſicut mens dupliciter accipitꝛ. Aliqñ cõiter. ⁊ ſic comꝑhendit memoriã. itelligentiam ⁊ uolũtateꝫ. Aliquãdo ꝓprie. ⁊ ſic diſtinguitur contra intelligẽtiaꝫ ⁊ uoluntatem. Sic libeꝝ ar. duplr accipitꝛ. uidelꝫ cõiter. ⁊ ſic nõ diſtiguitꝛ ꝯ rõeꝫ ⁊ uolũtatẽ. Et ꝓprie. et ſic ꝯ rõeꝫ ⁊ uolũtatẽ hꝫ diſtigui. ⁊ ẽ ṽtus ipãs rõi ⁊ uolũtati. ⁊ utrũqꝫ rgẽs ⁊ mouẽs. cuius actus primus nõ ẽ diſcernere uel uelle ſꝫ actus rflexus ſup hec duo. ⁊ hec duo mouẽs ⁊ regens. ille uidelꝫ quo dicitꝛ q̇s. uelle diſcernere uel uelle ſe uelle. ⁊ iſte actus ꝑambulus ẽ ad rõeꝫ ⁊ uolũtatẽ. ⁊ iſta potentia corrñdet patri. ꝓpͤo ꝙ actus eius maxĩe potẽs eſt. et primus ẽ cũ nõ moueatur. ſed moueat. Et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ideo a ſanctis dicitur facultas ſiue poteſtas
uolūtatis ⁊ rōnis. i. poteſtas faciliter mouēs
uolūtatē ⁊ rōeȝ. ⁊ ꝯſiſtit in iſtis trib⁹ quedaȝ
rō imaginis ex pte motie q̄ pricipaliter per
grāȝ in uia ⁊ p dotes in patria hȝ rformari.
Aliis autē aliter uidetur. ꝙ cū rōis ⁊ uolūta-
tis ſit rflectere ſe ſup ſe. ⁊ iſte due potentie
ſufficiant ad oēs actus aīe pficiēdos. uidelicȝ
ad uidenduȝ. iudicāduȝ ⁊ fugiendū ⁊ eligēdū
ꝙ fruſtra poneret̄ in aīa aliqua potētia diffe
rens ab iſtis. Si ergo natura nihil facit fruſ
tra. potentie aīe rōnalis ſufficiēter diuidunt̄
p cognitiuas ⁊ affectiuas. ſiue p rōem ⁊ uolū
tateȝ. Et ideo dicūt ꝙ li. ar. non ē potētia
ab his duabus potētiis diſtincta. Quelibet
autē haꝝ poſitionū multū habȝ ꝓbabilitatis
et ſi uelimus utrāqȝ eaꝝītelligere. diligēter
⁊ pie īueniemus eas abīuicē nō diſcordare.
ſed ad unius ueritatis maiorē expſſionē cō-
currere. Cū eīȝ dicimus aliquaȝ potentiaȝ
diſtingui ab aliis. hoc ē dupliciter. Aut ſm
reȝ. aut ſm rōeȝ. ſm rem. ſicut diſtiguit̄ in
tellectus ⁊ affectus. ſm rōeȝ. ſicut diſtiguit̄
ratio ut ē cognitiua ⁊ motiua. i. dictās moue-
ri uel diſponēs ad motū. Loquēdo ergo de
diſtinctiōe ſm rōeȝ. Dici pōt li. ar. qōdāmō
diſtingui a rōne ⁊ uolūtate in hoc. ſ. ꝙ li. ar.
noiatur in rōne mouētis. uolūtas uero ⁊ rō i
rōne moti. hec in rōe impantis. iſte due ī rōe
exequētis. Et ex iſta pte p quādaȝ rōnem
appriationis inuenit̄ in aīa quedā rō imagi-
nis. Et p hūc modū intelligit̄ pria poſitio
⁊ rōnes currūt que ad primā pteȝ inducunt̄.
Non. n. ꝯcludūt diſtinctiōeȝ li. ar. a rōne ⁊
uolūtate ſm rē. ſed ſolū ſm rōeȝ ⁊ appriati
oneȝ. ſicut patȝ diſcurrenti p ſingulas. Lo-
quendo autē de diſtictione potētiaꝝ ſm rem
ſic libeꝝ ar. nō dicit potētiaȝ diuerſaȝ uel di
ſtinctam a rōne ⁊ uolūtate. p eo ꝙ potētie
aīe rōnalis ſufficiēter diuidūtur p ꝯgnitiuam
⁊ motiuā. et oēs actus aīe p has potentias q̄
ſunt cognitiua ⁊ affectiua ſiue rō ⁊ uoluntas
exerceri poſſunt. ſicut rōes que ad hoc idu-
cunt̄ oñdunt. Cū eīȝ tā rō q̄ȝ uolūtas ſit na
ta ſup ſe rflecti. cuȝ noio uoluntatē ut uolen
tem aliquid. ⁊ uoluntatē ut uolentē ſe uelle.
non dico potentiā aliā ⁊ aliā ſm rem. Mo
uens enīȝ ⁊ motuȝ in ſpūalibus non oportet
differre ſm ſubſtantiā. quia ſicut dicit Anſ.

Uoluntas ē inſtrumentū ſeipām mouens. ⁊
ratio etiā eſt uirtus ſeipāȝ ꝯgnoſcēs pari ra
tione. et ideo ſi aliqua ē ibi diſtinctio. hoc
ſolum eſt ſm rationeȝ. Et ſic patet reſpō-
ſio ad queſtionē ⁊ ad rationes ad utrāqȝ ptē
Concedo enīȝ ꝙ libeꝝ arbitriū ſm rem non
dicit potentiam diſtinctaȝ a ratione ⁊ uolū-
tate. concedo tamē nihilominus ꝙ aliquaȝ
diſtinctionē habet ſm rationē. ratiōe cuius
dicitur facultas utriuſqȝ. Quāta auteȝ ſit
diſtinctio melius patebit infra. Ad preſens
auteȝ tantū dixiſſe ſufficiat ꝙ non eſt tanta
diſtinctio que faciat ipm eſſealiaȝ potentiaȝ
in genere potentie a ratione ⁊ uoluntate r̄a
liter diſtincta. Et qō obicitur. ꝙ ē ſimilius
⁊ appriatur patri ⁊ ē uirtus a qua ē poſſe.
totum illud non ponit niſi ſolūmodo diſtinc
tioneȝ quādaȝ ſm quādaȝ appriationeȝ et
quādam rationeȝ. Et hoc patet. quia ipſa
ratio includit in ſe intelligentiam ⁊ memo-
riam. ⁊ ita aliquid per quod aſſimilatur pa-
tri. ⁊ aliquid per quod aſſimilatur filio. ipſa
uoluntas includit in ſe iraſcibilē ⁊ concupiſ
cibilem. ⁊ ita potētiam p quā appetit ⁊ po-
tentiaȝ p quā poteſt. ⁊ ideo non oportet libe
ruȝ arbitrium eſſe aliquā aliam potentiam
preter has. ¶ Ad illud quod ultimo obicit̄
ꝙ iudicans p̄eminet iudicato ⁊ mouēs mo-
to. Dicendum ꝙ non oportet in ſpūalibus
loquēdo de p̄eminentia que faciat diuerſita
tem ſm eſſentiam. Sicut eīm ſepe dictuȝ ē
eadē ē uis que uult aliquid ⁊ que uult ſe uel
le. ⁊ que iudicat ⁊ que iudicat ſe iudicare.
alioquin eſſet in infinitum abire. nihilomin⁹
tamen ſortitur quaſi dignius officiū dum eſt
in rōne iudicantis q̄ȝ cū ē in rōe iudicati. ⁊ cū
ē in rōe mouētis q̄ȝ cū ē in rōne moti.

Tertio queritur Utrum liberuȝ
arbitriū complectatur ſimul ra
tioneȝ ⁊ uoluntateȝ. ¶ Et ꝙ ſic
uidetur. Aug. de q̄nqȝ rñſioni
bus. Cuȝ de libero arbitrio loquimur nō de
pte aīe loquimur. ſed de tota. ergo nō tantū
mō comp̄hendit ꝯgnitiuā. imo ⁊ affectiuaȝ.
¶ Item Damaſ. Anima li. ar. appetit. libere
iudicat. libere impetū facit. libere diſponit.
libere uult. libere eligit. ſed hec cōcernunt̄ ac
tus rōis ⁊ uoluntatis. ergo ⁊c. ¶ Si tu dicas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc eē dictū p obiectū. hoc nihil eſt. quia ip̄e
idē dicit q̄ in eo ꝯiugate ſunt uirtutes ꝯgni
tiue ⁊ uitales. ¶ Cōplectitur ergo li. ar. ⁊ viꝫ
ꝯgnitiuā ⁊ vim motiuā. ¶ Itē hoc ip̄m ui-
detur p diffinitionē li. ar. quā pōit Bernar.
de li. ar. qͦ diffiniēs dicit q̄ li. ar. ē ꝯſenſus
ad uolūtatis i amiſſibilē libertatē ⁊ rōis inde
clinabile iudiciū. ergo ſimul ꝯplectitur rōeꝫ ⁊
uolūtatē. ¶ Itē p aliā diffinitiōem Auguſ.
quā Magr̄ poſuit diſtictiōe p̄cedēti que tal
eſt. Libeꝝ ar. ē facultas uolūtatis ⁊ rōis. ſed
facultas uolūtatis ⁊ rōis ꝯprehendit. utrāqꝫ
potentiā. ſed li. ar. ē talis facultas. ergo ⁊c.
¶ Itē hoc ip̄m uidet̄ rōne. quia peccatū ⁊ culpa
in ſolo li. ar. ē. ſed aliqͦ peccatū ē in rōe. ut
peccatū ifidelitatis. aliqͦ i uolūtate. ergo li.
ar. ꝯp̄hendit i ſe rōem ⁊ uolūtatē. ¶ Item
grā ⁊ v̄tus ē in ſolo li. ar. ſed tres uirtutes
theologice dicunt̄ eē in rōnali ꝯcupiſcibili et
iraſcibili. ergo li. ar. oēs illas potētias habet
circūplecti. ¶ Sed ꝯ. Libeꝝ ar. nō pōt co-
gi. rō aūt pōt cogi. ergo li. ar. rōeꝫ ipāꝫ non
ꝯp̄hendit. q̄ aūt rō aliqn̄ cogat̄ planū eſt.
q̄ li. ar. nō poſſit cogi hoc iudicat ip̄ꝫ nomē
ſi eiꝫ poſſet cogi nō eēt libeꝝ. ¶ Iteꝫ rō eſt
eoꝝ q̄ ſunt a nobis ⁊ que non ſunt a nobis.
ſed li. ar. ſolū eſt reſpectu eoꝝ q̄ ſunt a no-
bis. ergo i plus ē rō q̄ꝫ li. ar. ergo li. ar. non
ꝯp̄hendit in ſe rōem. ¶ Item qͦ nō ꝯp̄hen
dat uolūtatē uidet̄. uolūtas noſtra reſpectu
aliquoꝝ eſt ip̄mutabilis. ſed quicqͦd li. ar. no
ſtrum appetit. p̄mutabiliter appetit. ergo ⁊c.
¶ Iteꝫ uolūtas ē poſſibiliū ⁊ ipoſſibiliū. ſed li.
ar. ē poſſibiliū tm̄. ergo ad plura ſe extēdit
uolūtas q̄ꝫ li. ar. ergo li. ar. nō ꝯp̄hendit i ſe
rōeꝫ ⁊ uolūtatē. ¶ Itē rō ⁊ uolūtas ſunt di
uerſe potētie. ſed li. ar. ē una potētia cū ha-
beat actū unū. uideliꝫ eligere ſiue ꝯſentire.
ergo ipoſſibile ē li. ar. i ſe ꝯp̄hendere rōeꝫ ⁊
uolūtatē. ¶ Item ſi li. ar. ꝯp̄hendit i ſe rō-
nem ⁊ uolūtatē. aut ergo ſicut ptes ſubiecti
uas. aut ſicut ptes itegrātes. Si ſicut ptes
ſubiectiuas. ergo tota rō li. ar. ſaluatur in ra
tione ⁊ tota rō in uolūtate. cū ergo alia po-
tentia ſit rō ⁊ alia uolūtas ⁊ numerato infe-
riori numeratur ſupius. uidetur ergo q̄ in
quolibꝫ homie ſint duo libera arbitria. quod
māifeſte fl̄m ē. Si aūt ſicut ptes itegrātes.
¶ Contra. Ex duabus potentiis nūq̄ꝫ fit una

tertia potentia maxie cuꝫ ille potentie ma
nent diſticte. ⁊ actus eaꝝ ſunt adiuicē ordiati
ita q̄ unus eſt ante alterū. ſi ergo rō ⁊ uo-
lūtas ſunt potentie diſtincte. ⁊ actus earum
ſunt ordinati adiuicē ſm̄ prius ⁊ poſterius.
uidetur q̄ li. ar. ex his integrari non poſſit
tanq̄ꝫ ex principiis conſtitutiuis. ⁊ ita uidet̄
q̄ li. ar. uolūtatem ⁊ rōnem non poſſit com
prehendere. ¶ Rn̄ſio. Ad p̄dictoꝝ intelli
gentiam eſt notanduꝫ. q̄ li. ar. ſimul ꝯpre-
hendit ⁊ rōnem ⁊ uoluntatem. ⁊ hoc mani-
feſtat ipſa nomiatio. ipſa etiam notificatio.
māifeſtat etiā ſue p̄prietatis inquiſitio. No
minatio manifeſtat. Dicitur eim liberum ⁊
dicitur arbitriū ⁊ arbitriū eſt ipſius rationis.
libertas uero ipſius uolūtatis. ad cuius nutū
⁊ imperiuꝫ moueri habent cetera que ſunt i
nobis. Et hoc ē qͦ dicit Aug. de q̄nq̄ꝫ rn̄ſio
nibus. Libeꝝ ar. dicitur ab arbitrādo q̄ a ra
tionali pte quid eligat qͦd r̄cuſet ue nomē ac
ceperit. Hoc etiam patet p eius notificati
onem. Dicitur eim eſſe facultas rōnis ⁊ uo
luntatis ⁊ rationis ſiue conſenſus ⁊ volun-
tatis. Poſtremo illud amplius manifeſtat̄
p ſue p̄prietatis inquiſitionē. Libeꝝ eiꝫ ar.
ſiue nomiet potentiā ſiue habitū. nomiat ip
ſam potentiā ut dominā uel dominium illius
potētie. ⁊ hoc planum eſt ex ipſo noie liber-
tatis. Attendēdum autem q̄ dominiū ali-
cuius. hoc poteſt eſſe dupliciter. Aut reſpec
tu obiecti. aut reſpectu actus. Dominium
potentie reſpectu obiecti attēditur in hoc q̄
poſſit in illud ⁊ i amplius. ſicut eq̄ꝰ qui pōt
ferre deceꝫ modios dominiū habet ſup tres
modios ad portandū. quia p̄ualet ⁊ cū facili
tate portat. Dominiū aūt potētie reſpectu
actus attenditur in hoc q̄ potētia poteſt eē
in actu ⁊ ceſſare ab actu ſm̄ ſuū imperiuꝫ ⁊
ſm̄ p̄priū motū. Ad hoc aūt q̄ aliqua po-
tentia hoc dominiū habeat. neceſſe ē q̄ ipſa
poſſit mouere ſeip̄aꝫ. ⁊ q̄ poſſit ſe ſup actū
ſuū r̄flectere. Nihil eiꝫ poſſet ſe ſup actuꝫ
ſuū r̄flectere. nūq̄ꝫ poſſet illū r̄frenare. niſi
poſſet ſeip̄ꝫ mouere ut poſſet i illū exire qn̄
uellet. Reflectere autē ſe ſup ſe. hoc eſt uir
tutis ꝯgnitiue ſublimate a materia. q̄ qͦdeꝫ eſt
rō. Mouere aūt ſe hoc ē uirtutis appetitie
rōeꝫ ꝯſequētis. Ad hoc ergo ut illud domi-
nium ſit i aīa. neceſſe ē q̄ habeat ratiōem ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uoluntatem . Nam ſi rõnem tantũ haberꝫ
⁊ nõ uolũtatẽ ꝑ quã moueret. poſſet ſe ſup
actũ ſuũ r̃flectere. ſed nõ poſſet ſe mouere
uel impare . Si uero appetitũ ſoluꝫ haberꝫ
⁊ nõ rõnem. poſſet utiqꝫ mouere ⁊ in actum
exire . ſed quia nõ poſſet ſe ſuper actũ ſuuꝫ
r̃flectere. nõ poſſet utiqꝫ r̃frenare . ⁊ ita do-
minium nõ haberet . Sicut ergo ex ꝯcurſu
ṽtutis duoꝝ hominũ r̃ſultat quedã facultas
ad portandũ unũ lapidẽ quẽ non poſſet fer-
re alter eoꝝ. ⁊ ſicut ex cõcurſu patriſfamili-
as ⁊ matriſfamilias ad diſponẽdum regimẽ
domus r̃ſultat una poteſtas. ita ꝙ altera nõ
ſufficeret. ⁊ ſicut ex cõcurſu ṽtutis manus ⁊
oculi reſultat poteſtas ſcribẽdi ad qͦd altera
eaꝝ non ſufficeret . ſic ex cõcurſu rõis ⁊ uo
luntatis r̃ſultat quedã libertas ſiue quoddaꝫ
dominiũ ad aliquid faciendũ ⁊ diſponendũ .
Et ſic patet ꝙ liberum ar. rõnem cõplectit̃
⁊ uolũtatẽ . patet etiã ꝙ cũ libeꝝ ar. ſit q̃dã
poteſtas ſiue quoddã dominiũ r̃ſultãs ex cõ
iunctiõe iſtaꝝ duaꝝ potentiaꝝ. ſ. rõnis ⁊ uo-
luntatis qͦd optime noiatur ꝑ hoc ꝙ dicit̃ li.
ar. non uno nomine. ſed cõpoſito ut nomen
unũ r̃ndeat rõni ⁊ alteꝝ uoluntati . Optime
etiã diffinitur cũ dicitur eẽ facultas rõnis et
uolũtatis . Facultas eĩm nõ tantũ nominat
potẽtiã. imo facilitatẽ potẽtie ex qua nõ tm̃
potẽs eſt. ſed etiã ꝓpotẽs eſt ad exeundum
in actũ. ⁊ ideo facultas dicit poteſtatem ſiue
dominiũ qͦd q̃deꝫ dicit̃ eẽ rõis ſimul ⁊ uolun
tatis. ⁊ non ẽ unius niſi cõcomitãte altera .
Cõcedẽde ſunt ergo rões ꝓbantes ꝙ li. ar.
rõeꝫ ꝯp̄hendit ⁊ uolũtatẽ . ¶ Ad rões uero
ad oppoſitũ facile ẽ r̃ndere . ꝙ enim obicit̃
ꝙ nõ ꝯp̄hendit totã rõem nec totã uolũta-
tem . Dicendũ ꝙ ueꝝ eſt. ſed ꝯp̄hendit ſo-
lum ipam potẽtiã ꝯgnitiuaꝫ inq̃ꜩtũ iũcta eſt
affectiue. ⁊ affectiuã inq̃ꜩtũ iũcta eſt ꝯgnitiẽ.
Unde dicit affectũ deliberatiuũ uel delibera
tionẽ uolũtariã. ⁊ ꝓpterea quia rõ nominat
ipam potẽtiã cognitiuã ut ordinatã ad affec
tiuam. ⁊ uolũtas ipam affectiuã ut regulataꝫ
⁊ rõcinatã a cognitiua. hinc ẽ ꝙ libeꝝ arbi.
potius dicitur facultas uoluntatis ⁊ rõnis q̃ꝫ
intellectus ⁊ affectus . Non eĩm comp̄hen-
dit totam cognitiuã ſicut due prime rões oſ
tendunt. nec totam affectiuã ſicut due ſequẽ
tes . ſed aliquid huius ⁊ aliquid illius . ſicut
oſtendunt rõnes ad primaꝫ ꝑtem inducte .
¶ Ad illud quod obicitur ꝙ liberũ arbitriũ
eſt potentia una cum habeat actum unum .
Dicendũ ꝙ q̃uis actus liberi arbitrii utpo-
te eligere ⁊ conſentire unus eſſe actus uidea
tur. nihilominus tamen implicat in ſe diuer
ſos actus . Cõſenſus eĩm dicit concordiam
aliquoꝝ duoꝝ. ⁊ ita concurſum actuũ ratiõis
⁊ uoluntatis in unũ . Eligere etiam icludit
in ſe rationis iudiciũ ⁊ uoluntatis appetitũ .
⁊ ita quẽadmodũ ꝯſentire ⁊ eligere ⁊ ſi unꝰ
actus eſſe uideatur. tamen diuerſos actus in
ſe includit . Sic liberum arbitriũ ⁊ ſi uideat̃
una potentia. tamen diuerſas in ſe potẽtias
complectitur. ita ꝙ ex concurſu illarum ſe
inuicem adiuuantiũ reſultat in nobis regimẽ
poteſtatis ꝑfecte . ¶ Ad illud quod ultimo
obicitur Utrũ complectatur eas ſicut ꝑtes
integrales aut ſubiectiuas . Dicendum ꝙ
non complectitur eas omnino ſicut totuꝫ in
tegrum. nec omnino ſicut totum uniuerſale
ſed ſicut totum potentiale quod ꝑtim habet
naturam totius integri. ꝑtim natura totius
uniuerſalis . Naturam totius integri i hoc
ꝙ in una potentiaꝝ nõ poteſt ſaluari abſqꝫ
altera . Naturam uero totius uniuerſalis
habet in hoc. quia ex earum concurſu ad in-
uicem. quãlibet earum denominat . Unde ſi
cut duo homines facultatem habent ferendi
lapidem quem neuter ꝑ ſe habet . ⁊ illa fa-
cultate potentia cuiuſlibet eorum dicitur eẽ
facilis. nec tamen eſt una ſine altera . Sic in
telligendum in ꝓpoſito . Et rurſus ſicut ſi
militudo eſt in duobus ſimilibus ita ꝙ non
eſt in uno plus ſine altero. ⁊ tamen quelibet
eorum denominatur ſimilis. nec dicuntur eẽ
due ſimilitudines. ſed una . ſic libertas dicit̃
eſſe in rõne. in uoluntate ita ꝙ utraqꝫ illarũ
potentiarũ eſt libera ex cõiunctione ſui cum
alia. nec tamen ſunt i eis due libertates. ſed
una . ſic patent obiecta .

Quarto queritur Utruꝫ liberuꝫ
arbitrium complectatur rõnem
⁊ uoluntatem ꝑ modum poten
tie. an ꝑ modum habitus ¶ Et
ꝙ ꝑ modum potentie uidetur primo ꝑ An
ſelmũ in libro de libero arbitrio. ubi ait ſic.

Liberū arbitriū eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem. ſed poteſtas eſt in genere potentie. ergo ⁊c. ¶ Item Bernardus de libero arbitrio. Tolle liberū arbitriū iam nō erit qđ ſaluetur. ſed ſaluari non dicitur niſi ſubſtantia uel potentia uel potentie. ergo liberū arbitrium uel eſt nomen ſubſtantie uel potentie. ſed non ē ſubſtātie. ergo eſt potētie. ¶ Itē in nobis eſt ponere aliquā potentiā q̄ ſemp inclinat ad bonum ſimpliciter. utpote ſynderesim. aliquā que ſemp inclinat ad bonum ut nūc q̄ſtum eſt de ſe. utpote ſenſualitatē. ergo ē ponere potentiā medio modo ſe habentē. hanc autem dicimus liberū arbitrium. ergo ⁊c. ¶ Item omne quod ē ſuſceptibile habitus eſt potentia. ſed liberū arbitrium eſt ſuſceptibile habitus. utpote gratie. ergo eſt potētia media. patet ꝑ Auguſtinū qui dicit ꝙ gratia ſe habet ad liberū arbitriū ſicut ſeſſor ad equū. ¶ Sed contra. Auguſtin⁹ in Ench. Libero arbitrio male utens homo ⁊ ſe ꝑdidit ⁊ ipſum. ſed nulla potentia peccando ꝑditur. ergo liberū arbitriū nō eſt potentia. ¶ Item liberū arbitrium ſic diffinitur ab Auguſtino cuius diffinitio eſt poſita diſtinctione p̄cedenti. Liberū arbitriū eſt facultas uolūtatis ⁊ rōnis. ſed facultas eſt illud quo potentia efficitur facilis. ergo cum omne illud quod reddit potentiā facilē ad opus. reddat eam habilem ⁊ tale ſit habitus. uidetur ⁊c. ¶ Item Liberū arbitriū non ē aliud ſicut Magiſter dicit in littera ⁊ philo. diffiniūt q̄ȝ liberum iudiciū. ſed iudiciū non ē potētia ſed habitus uel actus. ergo ⁊c. ¶ Item potētie nō eſt potētia nec potētia dicitur eē in potētia. ſed liberū arbitriū eſt facultas rōnis ⁊ uoluntatis ⁊ ē in rōne ⁊ uoluntate. ergo non uidetꝛ ꝙ ſit potētia aliqua ⁊ eſt potentia uel habitus. ergo ⁊c. ¶ Item Ber. de libero arbitrio Liberū arbitriū eſt habit⁹ animi liber ſui. ſed ſi hec diffinitio recte ē aſſignata. uidetur ꝙ liberū arbitriū eſſentialiter ſit habitus. ſed nō ut rōnis ⁊ uolūtatis. ergo ⁊c. ¶ Item omne quod habet diminui ⁊ augeri. potius habet rōnem habitus q̄ȝ potentie. ſed liberū arbi. ē hui⁹mōi ſicut dicit Magiſter ī littera ꝙ maior libertas eſt in beatis q̄ȝ in ꝯfirmatis. ergo ⁊c. ¶ Reſpōſio. Dicendū ꝙ cū querituꝛ Utrū liberū arbitriū ſit nomē habitus aut potentie. hoc dupliciter poteſt queri. Aut ita ꝙ queratur Utrum ꝑciſe nominet habitū uel ꝑciſe nominet potentiā. Et talꝭ queſtio parū habet difficultatis. ꝓ eo ꝙ fere omnia nomina potentiarū anime aliquando accipiūtur ꝓ potentiis. aliquādo ꝓ habitib⁹ aliquādo ꝓ actibus. Sicut eim uult philo. Intellectus uocatur aliquādo potentia intellectiua. aliquādo habitus intelligēdi. aliquando actus. Et Anſel. dicit ꝙ uolūtas aliquādo dicitur inſtrumentū. aliquādo affectus. aliquādo uſus. ⁊ ideo hoc in ꝓpoſita queſtione non intenditur. Alio modo poteſt intelligi ꝑdicta queſtio ut hic inquiratur cui uidelicet primo ⁊ principaliter nomen liberi arbitrii imponitꝛ ſcḋm ꝙ de eo ſacri doctores loquūtur. Et ad iſtam queſtiōem triplex eſt modus reſpondendi ſcḋm diuerſos. Quidam eiȝ ſenſerūt ꝙ liberū arbitriū ē nomē potētie que ſe habet ꝑ modū uniuerſalis ad rōnē ⁊ uoluntatē. ⁊ compꝛhendit eas ſicut totū uniuerſale compꝛhendit ꝑtes. Unde ſicut potētia rōnalis rōni ⁊ uoluntati dicitur eē cōis. ſic etiam libertas arbitrii ſcḋm iſtū modū dicēdi. Sed iſtud ſupra imꝓbatū eſt. Si enim nominaret potentiam uniuerſalem ad rōnem et uoluntatem. iam cū ratio ⁊ uoluntas ſint due potentie rationales. iam eſſent in eis due libertates ⁊ duo libera arbitria eēnt ī quolibet homine. Et ideo ē alia poſitio ꝙ liberū ar. nominat potentiā ex uoluntate ⁊ rōne conſtitutam ad aliquid faciendum ad qđ neutra illarū ꝑ ſe poterat. et quia una iuncta alteri non tantūmodo reddit potentiam potentē. immo etiam facilem. hinc eſt ꝙ liberū ar. non tantūmodo noīat potentiam. ſed etiam nominat facilem potentiam ⁊ habilitatem. ⁊ ꝓpterea nomē illud q̄uis ſit nomē īpoſitū potentie. uidetur tamen nomen eē habitus. Sed quoniam difficile eſt itelligere qualiter ex duabus potentiis una ꝯſtituatur. uel q̄uo liberū arbitriū loquendo formaliter ⁊ ꝓprie ſit due potentie. maxime cum non dicatꝛ eē ratio ⁊ uoluntas. ſed facultas rōnis ⁊ uoluntatis. Ideo eſt tertius modus dicendi ꝙ liberum arbitrium eſt nomen pricipaliter impoſitum habitui. ⁊ hoc plane manifeſtat ipſa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nomis impoſitio . Arbitrium eim non dicit
potentiam ſed habitum . Manifeſtat etiaꝫ
ipſa notificatio . Non eiꝫ dicitur libeꝝ ar.
eſſe potentia facilis . ſed facultas potētiaꝝ.
quēadmodum autē cum dico potētiā facileꝫ
dico potētiā hilitatā. ſic cū dico facultatē po
tentie dico habitum eiuſdem . Quoniā er-
go libeꝝ arbi. ſm ꝓpriam ſuam aſſignatio
nem facultas uoluntatis ⁊ rationis recte eſſe
dicitur . hinc eſt ꝙ libeꝝ arbi. principaliter
dicit habitum ⁊ complectitur rationem ⁊ uo
luntatem. non tanꝗꝫ una potentia ex eis cō
ſtituta. ſed tāꝗꝫ unus habitus. qui quidē re-
cte dicitur facultas ⁊ dominiū. qui conſurgit
ex coniūctione utriuſqꝫ. ⁊ potens ē ſup act⁹
utriuſqꝫ ꝑ ſe ⁊ in ſe conſiderate. ſicut arbi-
traria poteſtas in duabus pſonis regimē ha
bet ſup actus utriuſqꝫ in ſe conſiderate . ¶
Concedende ſunt ergo rationes oſtenden-
tes ꝙ libeꝝ arbi. nominat habitum uerum .
Ueꝝ eim concludunt. quia habitui principa
liter imponitur . Unde eſſentialiter loquen
do hec eſt uera. libeꝝ arbitrium eſt habitus
sie ſiue facultas uolūtatis ⁊ rōis. Ad ea vͦo
que in contrariū obiciuntur. de facili reſpon
detur . Concedēdo eim ꝙ libeꝝ arbi. aliqñ
ſupponit potentiā ⁊ accipitur ꝓ potentia .
ſed hoc non eſt de ſua principali ſignificati
one. ſed ſicut nomen potentie trahitur ad
nomen habitus. ſic nomen habitus frequen-
ter ad nomen potentie . ¶ Et ſic patent ad
utrāqꝫ pteꝫ obiecta .

Quinto queritur Utruꝫ liberuꝫ arbitriū aliquid addat ſupra rationeꝫ ⁊ uoluntateꝫ ¶ Et ꝙ ſic
uidetur . Omnis habitus aliquid addit ſu-
pra potentiam. ſed libeꝝ arbi. eſt habitus ſi
cut ꝓbatum eſt. ergo aliquid addit ſupra po
tentiam. ſed eſt habitus rationis ⁊ uolūtatis
ergo ⁊c. ¶ Item ſicut ſe habet potentia ad
ſubſtātiam ſic ſe habet facultas ad potentiā
ſicut enim ſubſtantia ꝑ potentiā dicitur po
tens. ſic potentia ꝑ facultatem dicitur facilis
ſed potentia aliquid addit ſupra ſubſtātiā.
ergo ⁊ facultas ſupra potentiam cuius ē fa-
cultas . ſed libeꝝ arbi. eſt facultas uolūtatis
⁊ rationis. ergo ⁊c. ¶ Item omne quod cō
trahit aliquid addit aliquid ſupra illud . ſed
libeꝝ arbi. non complectitur omnem actum
rationis nec omnē actū uoluntatis. ⁊ ſi hoc.
ergo aliquo modo contrahit . ſi ergo omne
contrahens aliquo modo addit. uidetur ꝙ li
beꝝ arbitriū ſup rationem ⁊ uoluntatem ali
quid addat . ¶ Item intellecto ꝙ aliquis ha
beret rationem preter uoluntatem. non ha-
beret libeꝝ arbitrium ſimpliciter. ſi haberet
appetitum ꝑ̄ter rationem non haberet libe
rum ar. ſi ergo nō ſaluatur in ratione ꝑ ſe
nec in uoluntate. uidetur ꝙ aliquid addat ſu
per utrūqꝫ . ¶ Sed contra . Omnis habit⁹
qui addit aliquid ſupra potentiam determi
nat potentiam ad aliquem actum. ſed libeꝝ
arbitriū potius ampliat potentiam in qua ē
reſpectu actuum ꝗꝫ addat. ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ
libeꝝ arbitriū ꝗ̄tum eſt de ſe reſpicit actuꝫ
moris . ſed nullus habitus moralis qui ad-
dit aliquid ſupra potentiam eſt indifferens
ad bonum ⁊ malum . libeꝝ arbitrium eſt ad
bonum ⁊ malum indifferens . ergo ſupra ra
tionem ⁊ uoluntatem nihil addit . ¶ Prete
rea . Poſſibile eſt intelligere potentiam cir
cunſcripto omni habitu qui addit aliquid ſu
pra ipſam . ſed impoſſibile eſt eſſe ſiue in-
telligi aliquem habere rōnem ⁊ uoluntateꝫ
qui non intelligat habere liberum arbitriū.
ergo libeꝝ arbitrium ſup rationem ⁊ uolun-
tatem nihil addit nouū . ¶ Item eque eſſen
tiale eſt anime habere libertatem arbitrii ſi
cut eſſe ad imaginem dei . ſed cum dico ani
mam eſſe ad imagineꝫ dei non dico aliquid
additum ſubſtantie ⁊ potentiis. ergo pari ra
tione nihil ſupaddo rationi ⁊ uoluntati cum
dico animaꝫ habere libeꝝ arbitrium ¶ Item
ſi libeꝝ arbitriuꝫ adderet aliquid ſupra ra-
tioneꝫ ⁊ uoluntateꝫ . aut ergo illud haberet
ortum ab eis. aut non . Si non. ergo eēt ha
bitus infuſus uel acquiſitus. qͦd abſurduꝫ eſt
dicere . Si ſic. ergo cūꝫ id quod addit ſupra
alteꝝ. ⁊ ortum habet ab eo . dependentiam
habeat ab illo . ⁊ qͦd dependet ⁊ ortuꝫ habꝫ
ab altero potius habet ab illo regi ꝗꝫ ipſum
regere. potius habet ſubici ꝗꝫ dominari . iͦō
liberū arbitrium in homine non imparat .
¶ Item ſi libeꝝ arbitrium diceret habitū ꝗ
adderet ſupra rationē ⁊ uoluntatē. cūꝫ unum
accidens non poſſit eſſe in duobus ſubiectis
uidetur ꝙ ille habit⁹ haberet tūc plurificari
ꝓpter plurificationē ſubiecti primi. ⁊ ꝙ pt̄a

d

arbitria eſſent in uno homine. quod omnino deuiat a recta ratione. ¶ Reſponſio. Ad predictorum intelligentiã notandum eſt ꝙ cum habitus reddat potentiã facilem. ⁊ tribus modis habeat eſſe potentia facilis. tribus modis habet habitus ad potentiã comparari. Quedã nãq; potentia reſpectu alicuiꝰ actꝰ eſt facilis ꝑ ſeipaꝫ. ut patet cũ dicit mens ẽ nata ad meminẽdũ ſui ipſius uel intelligendum ſe. ⁊ tunc talis habitus nõ differt a potentia ſm rem. ſed ſm rationem ⁊ moduꝫ dicendi. ⁊ tunc non addit aliquid ſm eſſentiã. ſed ſolum ſm rationẽ. Quedam eſt potentia que reſpectu alicuius actus eſt habilis ꝑ aliquid ſui. ſicut potẽtia intellectiua ad cognitionẽ figuraꝝ geometricaꝝ non eſt habilis ꝑ ſeipam. ſed potius ꝑ aliquod accidens qḋ habet eẽ in ea. ⁊ tunc habitus talis addit ſupra potentiã non ſolũ ſm rationeꝫ. ſed etiaꝫ ſm eſſentiã ⁊ rem. Aliqua vͦo potentia facilis eſt ad aliquẽ actuꝫ ꝑ ſeipaꝫ. nõ tamen ſola ſed cũ alia. ⁊ ſic potentia rõnaliſ ſine aliquo habitu ſupaddito ex ſola ↄiũcti one ſui cũ appetitu. nata eſt in actũ ↄſentiẽdi ⁊ eligendi exire. ⁊ hoc modo habitus uł facultas nõ addit aliquid diuerſuꝫ ſm eſſentiam. nec addit ſolum ſm rõnem itelligẽdi. ſed medio modo addit ſm eſſe. quia nõ addit aliquid abſolutuꝫ. ſed reſpectiuũ. ſicut patet cum dico rationẽ ꝑ ſe ⁊ rationẽ aſſociatam ſiue adiunctaꝫ uoluntati. non addo aliquid nouum ſupra ipſam rationem ſm ſe. ſed ſolũ coniunctionem ſui ad alteꝝ. quantũ ad aliquẽ conſequenteꝫ actum. Unde ſicut quando plures concurrũt ad trahendã nauẽ uel ferendũ lapidem. potentia unius reddit potentiã alterius facilẽ. ita ꝙ nulla noua uirtus uel habilitas aduenit potentie alicuius trahentis in ſe. Sic in ꝓpoſito intelligẽdũ eſt ſe habere. et hinc eſt ꝙ liberũ arbitrium ⁊ ſi accidens eſſe uideatur inq̃ſtum ſonat in rationẽ habitus ſm rem. tamen non eſt accidens potentie ſupadditum. et iteꝝ licꝫ ſit habitus. quia tamen non dicit habitũ unius potentie abſolute. ſed cum relatione unius ad alteram in duabus potentiis ſiue reſpectu duaꝝ potentiaꝝ poteſt eſſe unus. Non eiꝫ eſt habitus ſupadditus ꝑ gratie infuſionem uel ꝑ inatam diſpõnem. ſed potiꝰ dicit hitꝰ quo rõ et uoluntas ſuis actibus dominãtur. qui quidẽ eſt in eis ex ſua naturali origine. ꝓ eo ꝙ naturaliter iſte due potentie in eadẽ ſubſtãtia ſunt radicate. nec contingit unam ab altera ſepare. Cõcedende ſunt ergo rationes oſtendẽtes ꝙ liberũ arbitriũ ſm eẽntiam nihil addit ſupra rationẽ ⁊ uolũtatem. addit tamen aliquo modo ſm eſſe ſiue ſm relationem. que quidem non ponit aliquam nouam qualitateꝫ eſſe in ratione uel uoluntate. ſed ponit rationem ⁊ uolũtateꝫ ad unũ actum concurrere ſm naturalem aptitudinẽ. ¶ Ad illud quod obicitur. ꝙ omnis habitꝰ addit ſupra potentiam. Dicendum ꝙ illḋ non eſt uerum intelligendo de additione eſſentiali maxime ubi potentia eſt habitualis ꝑ ſeipaꝫ. ¶ Ad illḋ qḋ obicitur. ꝙ omnis potentia addit ſupra ſubſtãtiã. Dicendum ꝙ non ẽ ſimile. ꝓ eo ꝙ facultas eẽntialior põt eſſe potẽtie q̃ꝫ ſit potẽtia ſubſtãtie. nihilominus aliqua potẽtia ẽ que ad idẽ genꝰ habꝫ reduci cũ ſubſtãtia. ſicut habitum fuit ſupra. ¶ Ad illḋ qḋ obicitur. ꝙ liberũ arbi. aliquo mõ ↄtrahit rõem ⁊ uolũtatẽ. Dicendum ꝙ hoc non ẽ ꝑ additionẽ alicuius abſoluti. ſed ꝓpter ↄcomitantiã rõis ⁊ uolũtatis que ſimul ↄcurrũt ad dominiũ liberi ar. non tamẽ ſe ↄcomitãtur in ꝓductiõe cuiuſlibꝫ actus ꝓprii. Aliq̇d eiꝫ appetit ⁊ appetiꝛ circa qḋ non ẽ ↄliberatio. ⁊ aliq̇d nouimꝰ ⁊ credimus eẽ ueꝝ ſiue uolũtas uelit credere ſiue nõ. ¶ Ad ultimũ iã pꝫ rñſio. q̃m illḋ nõ ↄducit additionẽ alicuius qualitatis noue ſup rationẽ. ſꝫ ſolũ ↄcomitãtiã uolũtatis. q̃m ſine uolũtate rõ libera nõ eẽt nec etiã ecõuerſo. Si aũt iſte due potẽtie ponãtur i aliquo q̃ſtũ cũq;. unde neceſſe ẽ i eo ponere arbi. libertatem. et ſic planuꝫ ẽ ꝙ li. ar. ⁊ ſi dicat habitum ↄplectẽtẽ rõeꝫ ⁊ uolũtatẽ. nõ tamẽ dicit habitũ accñtalẽ. ſicut gr̃a uel vͦtus. imo potius dicit illaꝝ duaꝝ potẽtiaꝝ dominiũ naturale r̃ſpectu eiꝰ actꝰ q̇ ẽ eligere ſiue ↄſẽtire. et ꝓpterea ſãcti magis uocãt li. ar. facultatẽ uel poteſtatẽ q̃ꝫ uocent habilitatẽ. oſtendẽteſ drãꝫ eiꝰ ad alios habitꝰ aie.

Sexto ⁊ ultio ẽ queſtio cũ li. ar. ſit habitꝰ ſiue facultas reſidẽs penes rõnes ⁊ uolũtatẽ ↄiũctiꝫ penes quã iſtaꝝ potentiaꝝ p̃cipaliꝰ nobis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inſit ¶ Et ꝙ pricipaliꝰ inſit pēnes rationē
uidet prio p ipā noiationē q̄ dicit̃ eē li. ar.
Si eī adiectiuū pōit rē ſuā circa ſuū ſubſtā
tiuū. ⁊ pricipaliꝰ dicit̃ aliq̄d ꝺ aliquo qꝺ dicit̃
ſm abſtractionē q̄ꝫ qꝺ dicitur ſm ↄcretionē.
⁊ habitus ille uocat̃ arbitriū liberū. nō liber-
tas arbitraria. Arbitriū uero ſe tenꝫ ex pte
rōnis. uidetur ergo ⁊c. ¶ Item philo. dicit
ꝙ rō nata ē regere iraſcibileꝫ ⁊ ↄcupiſcibilē
ſed uolūtas ↄſiſtit in illis duabꝰ uiribꝰ. ſ. ↄcu
piſcibili ⁊ iraſcibili. ergo rō nata ē r̃gere uo
luntatē. ſed li. ar. ē magis regēs q̄ꝫ rectum.
ergo magis ſe tenet ex pte rōnis q̄ꝫ uolun
tatis ¶ Si tu dicas ꝙ philo. itelligit de iraſ
cibili ⁊ ↄcupiſcibili brutali. non de illa i qua
ↄſiſtit uolūtas. ¶ Cōtra hoc ē ipſa lr̃a. Di
citur eī ꝙ liberū arbi. ē liberū ꝺ uolūtate iu-
diciū. ſi ergo iudicātis ē regere iudicatū. pꝫ
⁊c. ¶ Itē facto ultīo iudicio rōis ſemp uo-
lūtas mouet̃ ſm illꝺ. ergo ſi hoc preit tāq̄ꝫ
iudicās ⁊ illud ſeq̄tur tāq̄ꝫ iudicatū cū liber-
tas magis reſideat penes illud quod preit ⁊
impat q̄ꝫ penes illud quod ſeq̄tur ⁊ obedit.
uidetur ꝙ liberū arbi. plus ſe tenet ex parte
rōnis q̄ꝫ uolūtatis. ¶ Item liberū arbitriuꝫ
eo ipſo liberū eſt ꝙ poteſt ſeipm reſtrigere
⁊ reprimere. ſed repſſio actus uoliti non eſt
niſi p iudicium rōnis. quia niſi examen rōis
interueniat ſemp uolūtas ſequitur impetuꝫ
affectionis. ergo libertas eſt magis penes
rationem q̄ꝫ penes uoluntatem. ¶ Sed cō
tra. Liberum arbitriuꝫ eo ipſo dicit̃ liberū.
quia imune eſt a coactione. ergo penes illꝺ
maxime eſt liberū arbitriuꝫ quod magis elō
gatur a natura coactionis. et talis potentia
eſt ipſa uoluntas. non ratio. In multis eim
contingit rationem cogi. non ſic uoluntatē.
ergo ⁊c. ¶ Item liberū arbitriū eſt illꝺ quod
eſt in nobis maxime impatiū. ſed magis
eſt impatiua in nobis uoluntas q̄ꝫ ratio.
Quicquid enim ratio dictet. ſemper illud
fiet quod uoluntas preoptat. ergo ⁊c.
¶ Item liberum arbitrium eſt illud ex quo
principaliter conſiſtit in nobis meritum uel
demeritum. ſed meritum uel demeritum
principaliter conſiſtit penes uoluntatem. er
go ⁊c. ¶ Item liberum arbitrium ē i nobis
potentiſſimum. ſicut dicit Bernardus et
plures auctoritates hoc ſonāt. ſed nihil adeo

eſt in poteſtate noſtra ſicut uoluntas ⁊ actus
uolendi. ergo uidetur ꝙ maxime penes uo
luntatem reſidet in nobis libertas. ¶ Re-
ſpōſio. Dicendū ꝙ cū liberū ar. ſit facultas
ſiue dominiū ex qua dicit̃ potētia facilis non
ſolū ad mouendū alia. ſed etiā ad mouendū
ſeipā. ſicut rō mouēdi ſe inchoat̃ in rōe et
conſūmat̃ in uolūtate. ſic ⁊ li. ar. libertas re
ſidet penes rōeꝫ ⁊ uolūtatē. ita ꝙ in una illa
rum potētiaꝝ ichoat̃ ⁊ i alia ↄſūmat̃. Ideo
autē dico motū inchoari i rōne. quia ñ moue
tur appetitꝰ niſi p̄abulo cogitatu. Nequaq̄ꝫ
eīꝫ amare poſſumꝰ qꝺ nō ↄgnoſcimus. ⁊ iꝺo
ad hoc ꝙ motꝰ fiat preit ↄgnitio diſponens
⁊ ſubſeq̄tur uolūtas pficiēs. Quātūcūq̄ꝫ. n.
p̄cedat cogitatus. nūq̄ꝫ motus ſeq̄tur niſi ip
ſuꝫ ipet uolūtatis affectio. ⁊ ſicut uoluntas
nō habꝫ moueri ad obiectū āplectēdo uel re
fugiēdo illꝺ niſi p̄ambulo cogitatu. ſic etiāꝫ
ñ habꝫ appbare uel r̃ſpuere ſiue elicere ⁊ re
frenare actū ꝓpriū niſi rōis actꝰ p̄cedat. qui
dictet ipꝫ eē bonū uel malū. pficiēdū uel r̃fre
nandū. Ex tali. n. actu p̄abulo uolūtatis in
actu ſuo icipit ↄplacere uel diſplicere. Et
ſic pꝫ ꝙ libertas ar. ſiue facultas q̄ dicit̃ li.
ar. i rōe ichoat̃ ⁊ i uolūtate ↄſūat̃. et q̄m pe
nes illꝺ pricipalr̃ r̃ſidꝫ penes qꝺ ↄſūat̃. ideo
pricipalr̃ libertas ar. ⁊ dñium i uolūtate ↄſi-
ſtit. et iterū ꝙ illꝺ i quo res ichoat̃ ſe hꝫ p
modū materiat. illꝺ i quo ↄſūat̃ ſe hꝫ p mo-
dū formal̃. ⁊ adiectiū r̃ſpcū ſubſtātiui ſe hꝫ
p modū iformātis. iꝺo i noiatiōe illiꝰ poteſta
tis nomē r̃ñdēs rōi ſignificat ſubſtātiē. nomē
r̃ñdēs uolūtati ſignificat̃ adiectīe. ⁊ ꝓpterea
magis uocat̃ iſta facultas li. ar. q̄ꝫ arbitraria
libertas. Et p hoc pꝫ r̃ñſio ad primū obie-
ctum in ↄ̄riū. ¶ Ad illꝺ ꝟo qꝺ obicit̃ ſcꝺo.
ꝙ rō r̃git iraſcibilē ⁊ ↄcupiſcabilē. Dicēduꝫ
ꝙ ſiue uis iraſcibil̃ ⁊ ↄcupiſcabil̃ itelligat̃ de
appetitu brutali ſiue ꝺ potētia appetitiua rō
nali utrāq̄ꝫ hꝫ r̃gere. rō p modū diſponentis
⁊ ↄſulētis q̄ꝫtū ē ꝺ ſe. ꝙ aūt r̃gat p modum
ipātis. hoc ñ ē niſi mediāte uolūtate q̄ dat ei
auctoritatē. Uolūtas aūt ñ dicit aliā potētiā
p eēntiā a ↄcupiſcibili ⁊ iraſcibili. ſꝫ nomiat
ipꝫ appetitū ut rōcinatū ſiue rōi ↄiūctū. et
ſic eiꝰ ē r̃gere ⁊ ipare. ↄcupiſcibil̃ aūt ⁊ iraſ
cibil̃ eadē pōm affectiuaꝫ noiant. ⁊ ita dicit̃
iferiores ñ q̄ꝫtū ad pōm. ſꝫ q̄ꝫtū ad officiuꝫ.

⁊ hinc eſt ꝙ liberꝫ arbitrium ſm rem comp
hendit iſtas potentias. uidelicꝫ rationalem.
iraſcibilẽ ⁊ concupiſcibilem. ſicut dicit Au
guſtinus de quinqꝫ reſponſionibus cum de li
bero arbitrio loquimur non de parte anime
loquimur. ſed de tota. hinc eſt ꝙ cum cete
re uirtutes non indocte ponantur in libero
arbitrio. non huic obuiat illud quod ꝯſueuit
dici. ꝙ tres uirtutes theologice ſunt in ra-
tionali concupiſcibili ⁊ iraſcibili. Uoluntas
enim ut iam dictum eſt non nominat aliam
potentiam ſm eſſentiam ⁊ naturam ab iraſ
cibili ⁊ concupiſcibili. licꝫ alio modo noiet.
¶ Ad illud quod obicitur. ꝙ ratio iudicat
⁊ uoluntas ſequitur. Dicendum ꝙ duplex
eſt iudicium rationis. Quoddam eſt i ſolo
dictamine. ⁊ hoc eſt rationis ſm ſe. Aliud
eſt iudicium diffinitiuū ut fiat uel non fiat.
⁊ illud nūꝙ̄ eſt ſine uoluntate. Quātūcūqꝫ
enim ratio deliberet. in eam ptem terminat
diffinitiuum iudicium. quoniam preoptat uo
luntas. et ideo cum dicitur ꝙ uoluntas ſe-
quitur iudicium. ſi intelligatur de iudicio qḋ
conſiſtit in ſolo dictamine. non eſt ſemp ue
rum ꝙ ad illud ſequatur uoluntas neceſſa-
rio. Si autem intelligatur de iudicio diffini
tiuo. ex hoc non ſequitur ꝙ uoluntas ſequa
tur principaliter actum alienum. immo po
tius actum alienum trahit ad propriuꝫ ¶
Ad illud quod ultimo obicitur. ꝙ refrenatio
eſt mediante actu rationis. Dicendum ꝙ
uerum eſt ꝙ actus rationis requiritur. ſed
nūꝙ̄ ab illo eſt principaliter refrenatio. ꝙ̄tū
cunqꝫ enim ratio dictet actum uoluntatis eē
malum. nūꝙ̄ uoluntas ſe retrahit niſi uelit.
et ideo ſicut poſſibilitas ſcribendi principa-
lius dicitur eſſe in manu ꝙ̄ in oculo. licet ad
ad eam concurrat. ⁊ uis oculi ⁊ uis manus.
Sic intelligendum eſt in propoſito. Ex p̄-
dictis ergo patet quid ſit liberum arbitrium
ſm rem et qualiter ſe habeat ad rationem
et uoluntatem. Si enim omnia que prede-
terminata ſunt inſimul conferantur. in unuꝫ
puto ſatis poſſe quietari intellectum. ſi q̇s
autem in aliquo predictorum quieſcere ue-
lit. reliqua non ptractans non ita euidenter
inoteſcet ei que ſit liberi arbitrii quidditas
et eſſentia.

IN PARTE ISTA Sunt
dubitationes circa litteram.
Et primo queritur de hoc qḋ
dicit ꝙ philoſophi diffinientes
liberum arbitrium dixerunt eſſe liberuꝫ de
uoluntate iudicium. ¶ Uidetur enim ꝙ ta-
lis diffinitio a philoſophis aſſignata nec ſit
bona nec ſic ſm artem phiſicam aſſignata.
Philoſophꝰ in ſexto topicorum repreben-
dit diffinitionem equicolam in qua ſunt
tot uocabula ex parte diffinitionis quot ex
parte diffiniti. utpote ſi quis diffiniens tuni-
cam nigram dicat eam eſſe collobium atrū.
Sed ſic eſt in propoſito. Si tu dicas ꝙ nō
eſt diffinitio. ſed rationis interpretatio.
Tunc eſt queſtio. Quare liberꝫ arbitrium
potius uocatur ſic ꝙ̄ dicatur liberum iudi-
cium. ¶ Item uidetur ꝙ ad philoſophos
non ptineat diffinire liberum arbitrium.
quia cum anima ſit imago dei ſm liberum
arbitrium ut dicit Ricardus. ⁊ mediante libe
ro arbitrio mereatur. Philoſophi autē nō
cognouerunt animam eſſe dei imaginē. nec
meriti originem. uidetur ꝙ liberum arbi-
trium nec ſciuerunt nec potuerunt diffinire.
¶ Reſponſio. Dicendum ꝙ ſicut predictuꝫ
eſt. p̄dicta notificatio potius eſt nominis in
terpretatio ꝙ̄ diffinitio. Magis aūt facul-
tas illa cenſetur hoc nomine ut dicatur libe
rum arbitriū ꝙ̄ liberū iudiciū. p eo ꝙ iudi-
cium importat actum rationis regulatū ſm
regulas ueritatis ſiue ſuperne legis. Arbi-
triū uero importat actum rationis regulatuꝫ
ſm imperium uoluntatis. Unde ille dicitur
iudex cuius eſt ſm iura cauſam terminare.
Ille autem dicitur arbiter qui ad ꝓprium uo
luntatis meritum cauſam terminare habet.
⁊ quoniā liberꝫ arbitriū quantum eſt de ſe.
determinare habet de agendis iuxta uolun-
tatis nutuꝫ magis ꝙ̄ iuxta iuris preceptuꝫ.
hinc eſt ꝙ magis proprius nominatur p no
men arbitrii ꝙ̄ per nomen iudicii. Ex hoc
ergo ⁊ ex predictis colligitur ꝙ magna fuit
ſapientia in eis qui impoſuerunt nomina.
Non eiꝫ ſine cauſa hec facultas duplici noie
cenſet. nec ſine cā uocabulū ſpectās ad rōem
potiꝰ dicit argumētū ꝙ̄ iudiciū. Eſt. n. li. ar.
facultas duaꝝ potētiaꝝ ita ꝙ rō ſe hꝫ in rōne
materialꝰ ⁊ diſcernere hꝫ ad nutū uolūtatis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad illud ergo quod obicitur q philoſopho
rum non eſt liberum arbitriuz cognoſcere.
Dicendum q de libero arbitrio eſt loqui
dupliciter. Aut ſm q eſt principium ope
rum moralium. Aut ſm q eſt principium
operum gratuitorum. et primo modo eſt
de conſideratione philoſophorum. illorum
maxime qui uerſati ſunt circa mores cōpo-
nēdos quorum liberum arbitrium eſt princi
pium ſm regulam ⁊ dictamen iuris natura-
lis. quod eſt unicuiqȝ impreſſum. ¶ Scd̄o
modo eſt de conſideratione theologorum.
quia ſic habet aſpectū ad diuinam gratiam.
cuiꝰ gratie cognitio eſt per fidem catholicā
ſine qua omnia opera hominum uana ſunt.
⁊ ſi etiam uideantur laudabilia. et in hac
conſideratione deficit philoſophoꝝ pitia.
Et per hoc patet obiecta. ¶ Item queritur
circa hoc q dicit. q ſm predictam aſſigna
tionem in his tantum uidetur eſſe liberum
arbitrium qui uoluntatem mutare poſſunt.
Si enim liberum arbitrium non tantūmodo
eſt in homine ſm ſtatuȝ uiatoris. immo etiā
ſm ſtatum comprehenſionis ⁊ beatitudinis
ſicut determinatum fuit ſupra diſtinctione
ſeptima. Predicta aſſignatio ſiue diffinitio
non uidetur eſſe congrua. ¶ Preterea. Non
ſolūmodo hi qui habent uolūtatem inuerti-
bilem habent liberi arbitrii de uoluntate iu-
dicium. ergo falſum dicit Magiſter qui di-
cit q predicta aſſignatio ſolum his conuenit
qui habent uoluntatem uertibilē. ¶ Iuxta
hoc queritur cum diuerſe aſſignationes li-
beri arbitrii ponantur a ſanctis. ⁊ unius rei
unica eſt diffinitio que ſit illarum aſſignatio
num differentia. Auguſtinus enim diffinit
ſicut habitum eſt in diſtinctione precedenti
ſic. Liberum arbitrium eſt facultas uolūta-
tis ⁊ rationis qua malum eligitur ꝛc. ¶ An
ſelmus in libro de libero arbitrio diffinit ſic.
Liberum arbitrium eſt poteſtas ſeruādi re-
ctitudinem propter ſeipſam. ¶ Bernardus
in libro de libero arbitrio diffinit ſic. Libe-
rum arbitrium eſt conſenſus ob uoluntatis
in amiſſibilem libertatem ⁊ rationis indeclia
bile iudicium. ¶ Queritur ergo que ſit iſta-
rum rationum differentia. De ſingulis
eiȝ diſputare parum eſt utile ⁊ parum facit
ad propoſitum. ¶ Reſponſio. Dicenduȝ
q uerbum Magiſtri propoſitum non refer
tur ad illam notificationem philoſophorum
in hac diſtinctione propoſitam. Liberū ar-
bitrium eſt libeꝝ de uoluntate iudicium. ſed
ad illā refertur que poſita fuit in precedenti
diſtnictione. Liberum arbitriuȝ eſt facultas
rōnis ⁊ uoluntatis qua bonum eligitur ꝛc.
Et quantuȝ ad illam dicit Magiſter q non
conuenit liberum arbitrium alicui niſi ſolum
ſm ſtatum mutabilitatis ¶ Unde nota q li
berum arbitrium poteſt tripliciter conſide-
rari. Aut in ſui generalitate ſm q conuēit
creature ⁊ creatori. et ſic diffinitur ab An-
ſelmo cum dicitur Liberum arbitriuȝ eſt po
teſtas ſeruandi rectitudineȝ ꝛc. Aut ſm eē
quod habet in creatura non concernendo ſta
tum. et ſic eſt diffinitio illa Bernardi. Li-
berum arbitrium eſt cōſenſus ꝛc. Aut quā
tum ad ſtatum uiatoris. et ſic eſt illa Aug.
Liberum arbitrium eſt facultas ꝛc. Poſſunt
tamen nihilominus predicte notificationes
aliter diſtingui ab inuicem. Liberum enim
arbitrium habet comparationem ad actum.
habet etiam comparari ad actum ⁊ obiectū.
habet tertio comparari ad actum ⁊ obiectū
et finem ultimum. Quantum ad primam
conſiderationem diffinitur a Bernardo.
Quātum ad ſcd̄am ab Auguſtino. Quan
tum ad tertiam ab Anſelmo. et hoc patet
conſideranti ipſas notificationes. ¶ Unde
Anſelmus diffiniens liberum arbitrium. nō
ſolum dicit ipſum eſſe potentiam ſeruandi
rectitudinem. ſed etiam addit propter ſe.
Propter enim dicit cauſam finalem ⁊ refer-
tur hoc q eſt ſe ad rectitudinem. ut ſit ſen-
ſus. propter ſe ideſt propter ipſam rectitu
dinem. Sed hic attendendum eſt q alia eſt
rectitudo que ſeruatur et alia propter quaȝ
ſeruanda eſt. hec enim eſt creata. illa icrea-
ta. quia tamen una intelligitur in altera. hoc
relatiuum ſe cum refertur ad rectitudinem
creatam. poteſt ſupponere pro rectitudine
increata ut in ipſa creata rectitudine intelle
cta. ſicut prima ueritas in omni ueritate. et
prima bonitas in omni bonitate. ¶ Item
queritur de hoc q dicit. Sed aliter accipi
tur liberū arbitriū in creatore q̄ȝ i creaturis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Sed contra hoc. Quia Anſelmus de libero arbitrio dicit ꝙ eadem debet eſſe diffinitio liberi arbitrii in homine ⁊ in deo. ſicut eadē ratio eſt hominis ⁊ aſini in animali. ¶ Itē hoc uidetur ꝑ rationem quam ipſe aſſignat ꝙ liberum arbitrium eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem que non tamen conuenit creatori. immo etiam creature. ¶ Item ſi aīa ſm liberum arbitrium maxime deo aſſimilatur. uidetur ꝙ liberum arbitrium in deo ⁊ homine ſit conformiter. ¶ Reſponſio. Dicendū ꝙ eſt loqui de libero arbitrio ſm generales conditiones. ⁊ ſm ſpeciales. Si loquamur ſm generales conditiones. ſic liberum arbitrium dicit facultatem liberam a coactionē ⁊ ordinatam ad rectitudinis conſeruationem. ⁊ hoc modo reperitur in creatura ⁊ deo conformiter ⁊ ſm eandem rationem: non conformitate ⁊ unitate uniuocationis. ſed potius analogie ⁊ conſimilis habitudinis que inter deum ⁊ creaturam eſſe poteſt. ſicut in primo libro oſtenſū fuit. Alio modo eſt loqui de libero arbitrio ſm proprietates ſpeciales. ⁊ ſic liberum arbitrium eſt facultas que quidem non eſt ſubſtantia rei. ſed quedam habilitas. ſicut etiā eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem ꝙ nō eſt ipſa rectitudo. ideo poteſt a rectitudine obliquari quantum eſt de ſe in creatura. In deo aūt liberum arbitrium eſt ipſa diuina eſſentia. eſt etiam ipſa iuſticia. ideo nec obliquari poteſt. nec mutari. et quantum ad has conditiones ſpeciales. dicit Magiſter liberum arbitrium aliter in deo. aliter in creaturis ceteris reperiri.

Ex PREDICTIS perſpicuum ⁊c. ¶ Supra agit Magiſter de libero arbitrio ſm id qđ eſt in generali. In hac pte agit de diuerſis ſtatibus eius in ſpeciali. oſtendens ꝙ ſm diuerſos eius ſtatus diuerſi ſunt libertatis gradus. pro eo ꝙ libertas arbitrii minui habet per peccatum. ¶ Et quoniā non omnis libertas habet diminui. ideo ps iſta continet tres particulas. ¶ In prima aſſignat Magiſter gradus libertatis in hoīe ſm diuerſos ſtat⁹. ¶ In ſcđa uero aſſignat diuerſas differētias libertatis. ibi Eſt nāq; libertas arbitrii triplex. ¶ In tertia uero breuiter epilogat oſtendens q̄tum ad quod genus libertatis liberum arbitriū intelligi debeat minui per peccatum. ibi Ex predictis iam apparet per peccatum ⁊c. ¶ Prima pars habet tres particulas. ¶ In prima determinat gradus libertatis. ¶ In ſcđa uero aſſignat ſtatus diuerſos hominis in quibus libertas habet augeri ⁊ minui. ibi Et poſſunt notari in homine quattuor ſtatus ⁊c. ¶ In tertia uero determinat per quid minui habet arbitrii libertas. ibi Unde māifeſtū ē ꝙ propter penalitates. ¶ Similiter pars iſta ſcđa tres habet partes ſm triplicem libertatis differentiam. ¶ Primo enim agit de libertate a coactione. ¶ Scđo de libertate a culpa. ibi Eſt ⁊ alia libertas a peccato. ¶ Tertio agit de libertate a miſeria. ibi Eſt iterū libertas a miſeria ⁊c. Aliarū autem ptiū ſubdiuiſiōes manifeſte ſunt in lr̄a.

peruenire ſicut pꝫ in igne qui cū deorſum ē
ſua leuitate pōt ſurſū ferri. ergo aut liberuꝫ
ar. miſerabilius fuit inter ceteras creaturas.
aut ſi alie creature per naturā hn̄t potētiaꝫ
puenīēdi ad ſuū finē. uidetur multo forti⁹ ꝙ
in hoc hō poſſet ꝑ uirtutē nature an̄ ſtatum
miſie. ¶ Itē natura nihil facit fruſtra nec de
ficit in neceſſarijs. ſꝫ nihil eſt magis neceſſa
riū q̄ꝫ illud ſine quo nō pōt btificari. ergo cū
ptās merēdi huiuſmōi ſit. uidet̄ ꝙ hoc ineēt
ei ꝑ naturā oī grā circūſcripta. ¶ Itē circū-
ſcripta grā itelligam⁹ hoīeꝫ in ſtatu nature
ſuare diuīa mādata. aut ergo meretur aliq̄d
aut nihil. ſi nihil. ergo fruſtra opatur qđ nō
pōt eē ſine aliqua pena. hoc aūt nō poterat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eē in natura inſtituta. Si aliq̄d meretur cū
opus rectū ſit ad beatitudinē ordinatū. videt
ꝙ ex puris naturalibus mereri poſſit ꝑmiū
eternū. ¶ Cōtra. Ro. vj. Grā dei vita eter
na. Et glo. Nihil aliud in nobis dn̄s coronat
q̄ȝ munera ſua. ergo tā ex tex. q̄ȝ ex glo. col
ligitur ꝙ vitā eternā nō ꝯtingit mereri abſȝ
grā. ¶ Itē d̄s nullo mō indiget bonis nr̄is.
ergo ſi acceptat bona nr̄a hoc nō ē ꝑpt' ſuā
aliq̄ȝ utilitatē. ſȝ hoc ē ꝑ merā benignitatē.
ergo niſi diuina iuſticia deſcēdat ꝑ grāȝ im-
poſſibile ē ꝙ reputet aliquē dignū glīa ꝑpt'
aliqua opa q̄ faciat. ¶ Itē meritū ⁊ premiū
debent eſſe ꝓportionabilia. ſȝ natura q̄ȝtū-
cūq̄ȝ eminens improportōabilis ē ⁊ alterius
generis ē q̄ȝ ſit btitudo glorie. ergo īpoſſibi
le ē mereri gloriā per pura naturalia. ¶ Itē
nobilior ē ſubā q̄ȝ opa. ſȝ d̄s nunq̄ȝ acceptat
hoīeȝ abſq̄ȝ munere grē. ergo nec opatiōeȝ
hoīs reputat meritoriā niſi ꝓcedat a libero
ar. ⁊ a grā. ¶ Rn̄dēdū ꝙ nō ſolūmō gratia
neceſſaria ē ad merēdū ꝑ ſtatū nature lapſe
ſȝ etiā ſm ſtatū nature inſtitute. lȝ ſm ſtatū
nature lapſe magis indigeat libeꝝ ar. dono
grē. In ſtatu nāq̄ȝ nature inſtitute neceſſaria
erat grā. tū ꝑpter ꝯditōeȝ retribuentis. q̄m
ipſe d̄s bonoꝝ nr̄oꝝ nō indiget. ideo nec ac-
ceptat hoīeȝ propter opa. nec aliq̄d merituȝ
obligare pōt ipſū ſm rōnē dati ⁊ accepti. iō
ad hoc ꝙ aliquod bonū op᷒ creature ſue ad
remunerandū deo ꝯplaceat neceſſe ē ꝙ ipi᷒
gratuite bonitatis influentia in opante prece
dat per quā creatura ipſi creatori grata exi-
ſtat. Silr̄ ꝑpter ꝯditionē retributōis impoſ
ſibile erat libeꝝ arbitriū mereri ſine auxilio
grē gratū facientis pro eo ꝙ illud ꝑmiū qd̄
meremur eſt btitudo eterna. btitudo eterna
ꝯſiſtit in hn̄do eū qui eſt oē ⁊ ſūmū bonum.
et ē ſup oēȝ naturā exaltatus ⁊ lucē habitat
inacceſſibilē. et ideo impoſſibile ē ꝙ hō me-
rendo ad illud ſummū bonū aſcēdat ⁊ pueni
at niſi per aliqd̄ adiutoriū quod ſit ultra na-
turā. ſic ergo homo in ſtatu nature inſtitute
abſq̄ȝ dono gratie mereri non poterat. tum
propter ꝯditionem retribuentis. tum propt
conditionem retributionis. In ſtatu vero na-
ture lapſe non ſolūmō indiget grā ad merē
dum propter has ꝯditiones ſed etiam ꝑpt
conditionē operantis ⁊ operatōis meritorie

Operans. n. in ſtatu nature lapſe ſemper ē
in peccato ⁊ dei aduerſarius ⁊ inimicus niſi
a peccato releuetur per grē donum. et ideo
quicquid faciat niſi voluntas eius preueniat
a grā que deo recōciliet nihil meretur meri-
to condigni pro eo ꝙ ē aduerſarius ⁊ inimi
cus. Deus aūt opera non acceptat niſi prius
acceptet perſonā ſicut innuitur Gen. iiij. Re
ſpexit dn̄s ad abel ⁊ ad munera eius. prius
dicit ad abel. ⁊ poſtea ad munera eius. Pro-
pter ꝯditionē etiā operationis neceſſaria eſt
gratia. quia nulla eſt operatio meritoria niſi
recta. ⁊ nulla eſt recta niſi fiat ex recta inten
tione. ⁊ nulla poteſt eſſe recta intentio que
niſi bonū ſūmū omni bono preponit. nulla
auteȝ intentio pōt hoc facere in ſtatu nature
lapſe ſine dono gratie. et ꝑpterea qualēcūq̄ȝ
vel quātācūq̄ȝ faciat homo opationē abſq̄ȝ
grā non meretur. quia nō penſat deus q̄ȝtuȝ
ſed ex quanto hoc faciat. Patet ergo ꝙ mul
tiplex eſt neceſſitas gratie ad merenduȝ. ſ.
propter conditiones retribuentis. ⁊ retributi
onis. operantis ⁊ bone opationis. ita ꝙ hec
quadruplex neceſſitas ꝯcurrit ad ſtatum na
ture lapſe. ⁊ duplex ad ſtatum inſtitute. Et
hoc ē quod dicit magiſter in littera ꝙ homo
indigebat gratia operante ⁊ cooperante ſm
ſtatum nature inſtitute. lȝ non ſm omnem
modum gratie operantis. ¶ Ad illud ergo
quod obr̄ in ꝯtrariū de auctoritate Aug. et
Dam. dō ꝙ illud dictū eſt nō quia poteſtas
liberi ar. ⁊ nature ſit ſufficiens in opus meri
toriū. ſȝ quia natura bene ordinata ꝯcordat
cum gratia ⁊ diſcordat a culpa. ¶ Ad illud
quod obr̄ ꝙ dei perfecta ſunt opra. dō ꝙ ē
perfectio quantum ad eſſe primum. et eſt ꝑ-
fectio quantum ad eſſe ſecundū. et perfectio
quantū ad eſſe ſecundum duplex eſt. quedā
enim ē que habet ortū a perfectione ſm eē
primū ſicut illa perfectio que attenditur in
actibus que oriūtur ex principiȷ̄ ſubiecti. Eſt
alia perfectio quantum ad eſſe ſecūdū que n̄
cātur a pfectione ſm eē primū ſȝ potius eſt
ſupra illud ſicut pfectio i eē gratuito vel glī
oſo q̄ q̄dē ē i nobis n̄ ex nobis ſȝ ex deo. cū
ergo dr̄ ꝙ dei pfcā ſūt opa. hoc intellr̄ q̄ȝtū
ad eē primū ⁊ q̄ȝtum ad eſſe ſecūdū qd̄ cātur
ab illo. quantum vero ad illud eſſe ſecunduȝ
quod non cauſatur a perfectione ſm eſſe

primum ueritatem non habet. non enim fe-
cit deus omnes beatos ⁊ glorioſos. ſed illos
ſolos beatificauit quos predeſtinauit confor
mes fieri imaginis filij ſui. hoc enim diſpo-
nit dare per merita tanq̄ȝ bonum laudabile.
Et ratio hui⁹ aſſignata fuit ſupra vi. xxiiij.
¶ Ad illō quod obī̄ ꝙ alie creature poſſūt
peruenire in finem ad quem ſunt per uirtu-
tem nature. vō ꝙ non eſt ſimile. quia finis
creature rationalis eſt ſūmum bonum quod
eſt ſupra omnem naturam. finis uero aliarū
creaturarū eſt bonum creatum quod ē infra
terminos nature. ideo creatura ratiōalis ma
gis indiget dono gratie ut poſſit peruenire
in ſuum finem q̄ȝ alie creature. ¶ Ad illud
quod obī̄ ꝙ natura nō deficit in neceſſarijs
iam patet reſponſio ex predictis. hoc enim
intelligitur de neceſſarijs que quideȝ atten-
duntur quantum ad eſſe primum uel quan-
tum ad eſſe ſecundū quod cauſatur ex prin
cipiis nature. Quantuȝ uero ad illud eſſe ſe
cundum quod eſt ſupra naturam neceſſe eſt
naturam deficere. et tale eſt eſſe gratuitum
⁊ glorioſum. nullum tamen ex hoc ſit natu-
re preiudiciū. quia deus defectuȝ nature ſup
plet. ⁊ ſemper preſto eſt cum ſe offert tem-
pus ⁊ locus complere ⁊ dare quod natura nō
poterat. ¶ Ad illud quod ultimo obī̄ utruȝ
homo mereretur aliq̄d uel nihil ſi facit opa:
vō ꝙ non meretur aliquid de condigno ſed
de congruo. et ſic merendo diſponeret ſe ad
grāȝ. ⁊ ideo non operaretur fruſtra. Ex pre
dictis patet quantum humana natura ī ſtatu
innocentie eguerit gratia.

Q Oſequenter queritur utruȝ homo
in ſtatu innocētie habuerit gratiaȝ
gratum facientem. Et ꝯtra hoc q̄
runtur duo. ¶ Primo queritur utrum ha-
buerit gratiam ante lapſum. ¶ Secundo q̄
ritur utruȝ ſimul tempore ꝯditus fuit in gra
tuitis ⁊ naturalibus.

C Irca primum ſic proceditur ⁊ q̄ri-
tur vtrum homo ante lapſum ha-
buerit gratiam. ¶ Et ꝙ ſic uidetur.
Luce. x. Qui expoliauerunt eum magis im
poſitis ⁊c. Et exponunt ſancti ⁊ glo. ꝙ ex-
poliauerunt eum gratuitis ⁊ uulnerauerunt
in naturalibus. ergo ſi hoc intelligitur ī pri-
mo homine. primus homo non tantum ha-
buit naturalia ſed ⁊ gratuita ante peccatum
¶ Item Ber. Cum uideret patrem noſtruȝ
omnium hominū emulus charitate circunda
tum et omni uirtute ueſtitū. et hoc accepiſſe
terrenū hominem quod ipſe per ſuperbiaȝ
amiſit inuidit inſanabilis homicida. Ex hoc
ergo patet ꝙ primus homo ⁊ charitatē ha
bebat ⁊ omnem uirtutem. ¶ Item adā poſt
ſoporē prophetauit ſicut innuitur ī textu gñ.
⁊ in gloſis. hoc antē non fuit niſi quia intro
ductus fuit in illo ſopore in ſecretum celeſtis
curie ſicut plures dicunt auctores. ſed nulluȝ
decebat illuc introduci qui non haberet grāȝ
gratū facienteȝ. ergo ⁊c. ¶ Item a deo rece
pit mandatū diſcipline. ſed ſi illud mandatū
ſeruaſſet abſq̄ȝ grā nihil meruiſſet. ſi ergo
illud mandatū eēt ſibi in meritū obedientie.
videtur ꝙ deus nō dederit ſibi in preceptū
ꝓpter gratie adiutoriū. alioq̄n dediſſet ī ma
lum. quod nullo mō decet facere deū. ¶ Iteȝ
peccatū ade arguitur fuiſſe maxime. ſȝ nullū
donū in uia ē maius grā gratū faciente. ergo
ſi maior ingratitudo fuit ade q̄ȝ in peccato
alioꝝ poſteroꝝ. et poſteri eius poſt acceptū
donū gratie deū offendūt. uidetur ꝙ ipſe añ
peccatū habuerit donū grē gratū faciētis.
¶ Sȝ ꝯ. Deus ſciebat ipm̄ ſtatim lapſurū.
ergo ſciebat ꝙ illud grē donū in nullo eſſet
ſibi utile. ſȝ potius eēt ſibi in nocumētū. Si
ergo ſapiens artifex non ꝺȝ aliquid fruſtra
facere uel etiā quod v̄tatur in opis ſui dānū
⁊ nocumentū. uidetur ꝙ non dederit illi gra
tiā. ¶ Itē adam quia iuſticiam originalem
habuit quando peccauit ⁊ uoluntarie perdi-
dit nunq̄ȝ eam recuperauit. ergo pari rōne
ſi habuiſſet donum grē gratū facientis nec
ipſe nec aliquis poſterorum eius grām recu
peraſſet. ſi ergo ipſe grām gratū facientem
recuperauit. uidetur ꝙ ante lapſum eam nō
habuerit. ¶ Itē adā hēbat optima naturalia
nullā habebat pronitatē ad malū nec difficul
tatē ad bonū. ergo ſi charitatē ⁊ grām habu
iſſet totaliter deo adheſiſſet. ergo nunq̄ȝ in
peccatuȝ cecidiſſet. ſed ꝯſtat ꝙ cecidit. ergo
grām ante lapſum non habuit ¶ Itē lucifer
non habuit grām gratū facientē ſicut ꝓbatū
fuit ſ. ſi adā grāȝ gratū faciētē habuit ⁊ ab
illa cecidit. ergo ð altiori gradu cecidit q̄ȝ an
gelus. ergo uidet̄ ꝙ pccm̄ ei⁹ fuit icurabilius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄ȝ peccatum angeli. ſi ergo hoc conſtat eſſe
falſum. adam ante peccatuȝ non habuit gr̄e
donum. ¶ Item debet prius aliquis ꝓbari
q̄ȝ in amicum aſſumi. Hoc non ſolum eſt ue-
rum in amicitia humana ueruȝ etiam in ami
citia diuina. Unde dicitur Heb. viij. Abraaȝ
pater noſter tentatus eſt ⁊ per multas tri-
bulationes probatus dei amicus effectus eſt
Si ergo nullus habet dei grām quin habeat
amicitiam. uidetur ꝙ ante tentationem adā
non habuerit. quia ſtatim poſt tentationem
peccauit. ergo non habuit gratiam ante la
pſum. ¶ R. Ad predictoꝝ intelligentiam
eſt notandum ꝙ ꝯtra hoc duplex conſueuit
eſſe opinio. Quidam enim dicere uoluerunt
ꝙ adam non habuit gratiam gratum facien
tē pro eo ꝙ non uidetur credibile ꝙ lapſus
eſſet ſi tale adiutoriū habuiſſet. Ad auctori
tates autem ⁊ rōnes reſpōdent dicentes ꝙ
adam habuit multas gratias gratis datas ⁊
naturam habuit ualde bonam. ⁊ propterea
ſancti uidentur aliquando dicere ipſum ha-
buiſſe gratuita ante lapſuȝ. non quia habuit
donum gratie gratum facientis ſed donum
gratie gratis date. et per illud poterat ten-
tationi reſiſtere et ad gratiam gratum faci
cientem ſe diſponere. Sed qm̄ auctoritates
ſ̄ctoꝝ exp̄ſſe uidentur dicere de gratia gra
tum faciente. ſicut patet in illis quas magi-
ſter adducit in littera. ⁊ huic etiam conſona
re uidetur ſcripture auctoritas ⁊ rōnis pro-
babilitas ¶ Ideo eſt alia opinio ꝯmunior ve-
rior ⁊ probabilior quam etiam magiſter ſu
ſtinet in littera. ſ. ꝙ adam ante lapſum gra-
tiam gratum facientem habuit per quam n̄
ſolum malo reſiſtere ſed etiam in bono pro
ficere potuit. ⁊ illa gratia ita bene adiut⁹ ita
bene meruiſſet mandatum domini obſeruā
do ſicut demeruit tranſgrediendo. Hanc er
go opinionē ſuſtinendo concedere poſſum⁹
rōnes que ad primam partem inducuntur.
¶ Ad illud autem quod obr̄ in ꝯtrariuȝ ꝙ
deus ſciebat ſtatim ipſum lapſurum. Dō ꝙ
propter hoc non debuit dimittere donum
gr̄e ſibi dare duplici rōne. Primum quidem
quia ſimul cum hoc preſciebat ꝙ bonū de-
bebat de lapſu eius elicere. Secundo uero
quia deus in conferendo non attendit futura
peccata ſed idoneitatē p̄ntem ad grāȝ. ſicut
patet cum confert gratiam in tempore pre-
ſenti etiam eis quos ab eterno reprobauit.
et in utroqȝ eorum ꝯmendatur dei largitas
⁊ ſapientia. et arguitur hominis ingratitudo
⁊ iniuſticia in hoc ꝙ adam a tam benefico ⁊
tam benigno ſe auertit ſine cauſa. ¶ Ad il
lud quod obr̄ ꝙ non potuit recuperare ori-
ginalem iuſticiam quam habuit quando pec
cauit. Dō ꝙ non eſt ratio. ſ. ꝙ uolūtarie ami
ſit iuſticiam illam. ſed ſimul cuȝ hoc facit qȝ
iuſticia originalis non tm̄ reſpiciebat uolun-
tatem liberatiuaȝ ſed etiam reſpiciebat ipaȝ
naturam inſtitutam. Gratia autem reſpicit
ipſam uoluntatem liberam ut eſt libera. Et
quoniam uoluntas defacili uertitur ⁊ reuer-
titur. Natura autem cum corrupta eſt non ſic
defacili releuatur. Hinc eſt ꝙ magis poteſt re
cuperari gratia q̄ȝ prima iuſticia. q̄ȝuis utra-
qȝ fuerit per peccatum amiſſa. Eſt etiaȝ alia
ratio quare non recuperatur originalis iuſti
cia. Sed hec manifeſtabitur infra cum agetur
de originali peccato. ¶ Ad illud quod obr̄
ꝙ ſi adam habuiſſet grām inſeparabiliter
adheſiſſet deo. Dō ꝙ hoc non oportet. quia
libeꝝ arbitriuȝ habens grām moueri poteſt
propter gratie inclinationem. et frequenter
mouetur nihil conſiderans de eo ad quod
mouet gratia. Unde ſepe cōtingit ꝙ homo
magne charitatis inordinate afficitur pro eo
ꝙ nō ſemper actualiter fertur in illud ſūmū
bonum circa quod habet imenſum deſideri
um. Sic enim intelligendū ē accidiſſe ipſi ade
Quis enim homo habens charitatem qui
peccaret ſi deum pre oculis ſemper haberet
et actu ꝯſideraret quantum deus amabilis ē
et q̄ȝ nefas eſt offendere eum. ¶ Ad illud
quod obr̄ ꝙ lucifer non habuit grām gratū
facientē. Dō ꝙ ueꝝ eſt. Ex hoc tamē non ſe-
quitur ꝙ homo peccauerit maiori ingratitu
dine pro eo ꝙ lucifer proximior erat ſtatui
glorie. Simul enim recepiſſet gratiam ⁊ glo
riam. Homo uero ſic conditus fuit ut longe
an̄ gl̄iaȝ hr̄et grām. ⁊ ideo poſitus eſt in ter
ra quaſi lōge a celo diſtās. ac p hoc in tranſ-
grediendo nec adeo cecidit de alto ut lucifer
nec adeo fuit ingratus. nec adeo per pecca-
tum deprauatus. ¶ Ad illud qd̄ obr̄ ꝙ pri⁹
oȝ hō tentari q̄ȝ in amicū aſſumi. Dō ꝙ illud
intelligitur de illa amicitia q̄ facit hoīeȝ deo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

priuatũ ⁊ familiarē per quem modum dicit
ipſe dominus apoſtolis Jo. xv. Uos autem
dixi amicos ⁊c. De amicitia autem large di
cta hoc non poteſt intelligi apud deum. ſed
poſſet intelligi de amicitia apud homines
pro eo ꝙ niſi deus gratiam daret in pro-
bando potius reprobaret ꝗꝫ approbarꝫ. nō
enim habemus unde poſſimus approbari a
deo niſi per eius donum. non ſic autem ē de
homine reſpectu hominis. Et ſic patet idē.
SEcundo queritur utrum homo ſi-
mul conditus fuerit in gratuitis et
naturalibus ¶ Et ꝙ ſic uidetur per
textum. Gen. i. Faciamꝰ hoīeꝫ ad imaginē ⁊
ſimilitudinē noſtraꝫ. ſicut exponit aug. ⁊ ha
bitum eſt s̄. vi. xvi. Imago eſt in naturalibꝰ
et ſimilitudo in gratuitis. ergo ſi hō factus ē
ad imaginē ⁊ ſimilitudinē. uidetur ꝙ ɔditus
fuerit ſimul in naturalibus ⁊ gratuitis. ¶ Itē
eccle. xvii. Deus de terra creauit hominē. ⁊
poſt. et ſm̄ ſe ueſtiuit illum uirtute. ergo hō
a ſui conditione primaria fuit uirtute ueſtitꝰ
et ſi hoc. redit idem quod prius ¶ Itē dam.
Fecit deus hominem inocentē. rectum. virtu
oſum. ſine ſollicitudine. ſine triſticia. oī uirtu
te decoratum. omnibus donis ornatũ. ergo
uidetur ꝙ homo in gratuitis fuerit conditus
¶ Item hoc uidetur rōne. Deus fecit hoīeꝫ
perfectum quantũ ad etatem ⁊ quantum ad
ɔditioneꝫ ab exordio ſue ɔditōis. ergo pari
rōne uidetur ꝙ fecerit eum perfectum ꝗtũ
ad uoluntatis rectitudinē. ſed uoluntatis re-
ctitudo cōſiſtit in dono gratie. ergo uidetur
ꝙ donum gratie habuerit in initio conditio
nis ſue ¶ Item ad hoc ꝙ alicui detur gratia
requiritur diuina liberalitas ⁊ recipientis ido
neitas. Sed deus in primordio cum adam
condidit liberaliſſimus erat. et adam a ſue
conditionis primordio ad ſuſcipiendā grāꝫ
idoneitatē habebat. ergo ab ipſo conditiōis
primordio deus ei grām conferebat. ¶ Sꝫ
contra. Aug. dicit ꝙ homo in ſue ɔditionis
primordio habuit vnde poſſet ſtare ſed nō
vnde poſſet proficere. ¶ Item magiſter ſu
pra dicit. vi. xxiiij. Poterat homo per auxi-
liũ gratie creationis reſiſtere malo ſed non
proficere in bono. ſed ſi habuiſſet grām gra
tum facientē ab exordio creationis potuiſſꝫ
utrunqꝫ. ergo ſi non potuit proficere in bo-

num. patet ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ magis conuenit
gratia cum gloria ꝗꝫ natura cum gratia. ſed
in homine gratia precedit gloriam. ergo pa
ri rōne. imo multo fortiori natura preceſſit
tempore donum gratie. ¶ Item per gratiā
fit matrimoniũ inter deum ⁊ animā. ſed lex
matrimonij eſt ut non fiat abſqꝫ mutuo con
ſenſu. ergo uidetur ꝙ nulli debeat adultero
gratia dari niſi precedat conſenſus. ſi ergo
adam prius fuit ꝗꝫ conſentire poſſet. ergo
non ſimul habuit naturam ⁊ grām. ¶ Iteꝫ
donum gratie infructuoſũ eſt niſi recogno-
ſcatur a deo. nemo enim in ſe gratiam reſer
uare poteſt niſi pro illa deo gratus exiſtat.
ergo ſi magis tenet rōnem gratuiti quod ē
naturalibus ſuperadditum ꝗꝫ quod eſt natu
ralibus inditum. et donum mere gratie eſt
gratuitum. ergo uidetur ꝙ non ab ipſa crea
tione ſed poſt donum gratie fuerit collatum
¶ R. Ad predictorum intelligentiā eſt no-
tandũ ꝙ ɔtra hoc duplex fuit opinio. Qui
dam nāqꝫ dicere uoluerunt ꝙ homo fuerit
creatus non ſolum in naturalibus ueruꝫ etiā
in gratuitis. tum propter dei liberalitatem.
tum ſecundo propter hominis idoneitateꝫ.
Sed quoniam ſanctorum auctoritates uidē
tur ſonare contrarium. ideo eſt alia opinio
ɔmunior ⁊ probabilior. ꝙ homo prius tem
pore habuit naturalia ꝗꝫ gratuita. vnde ſm̄
hanc opinionem in ſtatu inocentie diſtinguū
tur duo tempora. Quoddam enim fuit tem
pus in quo habuit tantuꝫ naturalia. quoddā
uero in quo habuit ⁊ naturalia ⁊ gratuita. et
ſm̄ diuerſitateꝫ huius duplicis temporis diſ
ſoluitur apparens ɔtrarietas in auctoritati-
bus ſanctorum. nam quedam uidentur dice-
re ꝙ homo habuit gratiam. quedam vero
ꝙ non. ⁊ utreqꝫ uerum dicunt pro diuerſis
temporibus. Ratio autem quare dominus
uoluit poſt naturam dare gratiam cuꝫ poſſꝫ
dare ſimul ſumitur ex triplici ordine. ſ. ab
ordine ſapientie. bonitatis. ⁊ iuſticie. Ordo
ſapientie hoc requirebat ut ſicut eſſe gratu
itum eſt alterius generis ꝗꝫ eſſe naturale ſic
in diuerſis temporibus homini conferretur.
et ſicut elementa mundi prius tempore fūt
creata ⁊ diſtincta ꝗꝫ ornata propter ordineꝫ
ſapientie cōmendandum. ſic etiam fieret
contra hominem qui eſt minor mundus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ordini etiam bonitatis hoc cõpetebat. hoc
enim ordine dicitur aliquid ordinari in ſuuꝫ
finē. tunc ergo gratia homini ordinate dat̃
quando datur ſm ꝙ eſt utilior ⁊ fructuoſior
tanto autem gratia dei eſt nobis utilior et
fructuoſior quãto pro ea deo gratiores exi
ſtimus. et ideo ſic debuit dari ut ex ipſo or
dine dandi cognoſceretur illud donū eē gra-
tuitum. et propterea nõ fuit a creatione in-
dita. ſed nec iam perfecte ⁊ ɔſtitute fuit ſup
infuſa. Ordo etiam iuſticie hoc requirebat.
deus enim ſm legem ɔmunem requirit ali-
quam preparationē ⁊ diſpoſitionē a parte
noſtra ad hoc ꝙ infundat alicui grãm ſiue i
eo cui infundit ut in adulto. ſiue in alio adiu
uante ſm ꝙ cõtingit in paruulo. et ideo gr̃a
ñ fuit homini ɔcreata. ſꝫ dilata fuit quouſq̃
homo per actum ⁊ uſum rõnis quodãmodo
ſe diſponeret ad illam ſuſcipiendã. ut ſic ue
rificaretur illud aug. in primo homine. Qui
creauit te ſine te non iuſtificat te ſine te. Pꝫ
ergo ꝙ multiplex ordo hoc exigebat ut ho
mo prius fieret in naturalibus q̃ꝫ in gratui-
tis formaretur. et ɔcedende ſunt rõnes que
hoc oſtendunt. ¶ Ad illud quod obr̃. Facia
mus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ⁊c.
dō ꝙ ſimilitudo attenditur ibi in gratuitis
gratis datis. vel dicendū ꝙ deus dicitur fe-
ciſſe hominē ad ſuã imaginē ⁊ ſimilitudinē
non quia ſtatim cum dedit imaginem ſimul
etiam dederit ſimilitudinē. ſed quia alteruꝫ
dedit. ſ. imaginē. ⁊ ad alteruꝫ habilē fecit. ſ.
ad ſimilitudinē. quoniã poſtmodū pro loco
⁊ tempore ei dedit. vnde quantum eſt ex ui
verbi non poteſt ɔcludi ꝙ ſimul ⁊ ſemel fue
rit in homine imago dei ⁊ ſimilitudo. Et p
hoc patet rñſio ad duas auctoritates ſequē
tes Eccle. ſ. ⁊ Dam. quia ſic intelliguntur ñ
quia ſtatim deus ut hominem ɔdidit v̓tute
ueſtiuerit ⁊ ornauerit ſed quia tunc diſpoſi-
tū fecerit ⁊ non longe poſt tempore ɔpleuit
¶ Ad illud quod obr̃ de perfectione etatis
⁊ cognitionis. dō ꝙ non eſt ſimile. quia pfe
ctio etatis ⁊ cognitionis non tm̃ elongatur a
perfectione nature ſicut perfectio gratie. vñ
homo per uim nature ſibi inditã põt pueni
re ad pfectam etatē ⁊ proficere ad cognitõeꝫ
ſed nunq̃ poteſt per ſe homo in habitū gr̃e
niſi deus infundat mera ſua benignitate. ¶

Ad illud qđ obr̃ ꝙ hõ erat idoneus. ⁊ deus
erat liberaliſſim⁹. dō ꝙ ds maiorē idoneita
tē expectabat q̃ q̇dē ɔpeteret ordini ſapien
tie ⁊ bonitatis ⁊ iuſticie ſicut prius oñſum ē.
et ideo gr̃am nõ ſtatim dedit ſꝫ diſtulit pro
eo ꝙ ſic deus operatur liberalr̃ ut tñ ſua li-
beralitas nõ excludat ſapiētiã nec iuſticiam.

Conſequenter q̃ꝫtum ad tertiū ar-
ticulū queritur q̃ꝫtã grãm homo
primus habuit. ¶ Et primo eſt
queſtio de quantitate gr̃e primi hoīs q̃ꝫtum
ad donoꝝ multitudineꝫ.

Circa primū ſic proceditur ⁊ querit̃
utrū habuerit tot v̓tutes añ lapſū
quot habuit poſt lapſū. ¶ Et ꝙ ſic
uidetur. primo p Dam. dicētē ꝙ ds fecit ho
minē omni v̓tute circūdatū ⁊ oib⁹ bonis or-
natū. ergo nõ uidetur ꝙ aliq̇s habit⁹ v̓tutis
q̇ ſit in nobis deeſſet eidē. ¶ Itē ex pte co-
gnitõis nõ cognoſcimus plura q̃ꝫ adã cogno
uit. nec plures hēm⁹ in nobis ſcias. ergo pari
rõne ex pte affectõis nõ uidetur ꝙ plures ī
nobis hēam⁹ habit⁹ v̓tutū q̃ꝫ habuit prim⁹
hõ. ¶ Itē ɔnexio ē in v̓tutib⁹ ſicut ſancti di-
cūt. et ſuo loco oñdetur in tertio. ergo ſi adã
habuit aliq̃ꝫ v̓tutē neceſſe fuit ꝙ oēs habue
rint. ergo tot habuit quot nos hēm⁹. ¶ Itē
aut aliq̃ꝫ v̓tutē hēmus quã nõ habuit adaꝫ.
aut nõ. ſi nõ. ergo tot uirtutes habuit quot
nos habemus. Si ſic. aut ergo illius uirtutis
fuit adã capax. aut nõ. ſi nõ. ergo uidetur ꝙ
p pcc̃m creuerit in nobis boni capacitas. qđ
q̇dē abſurdū ē dicere. Si ſic. cū ds daret ade
grãꝫ ꝑ capacitatē ſuã. uidet̃ ꝙ oēꝫ uirtutem
quã nobis ɔfert poſt lapſū ⁊ ipſi ade ɔtule-
rit añ lapſū. ¶ Sꝫ ō. Uirt⁹ fortitudinis ɔſi-
ſtit in ppeſſione terribiliū. ſꝫ in adã in ſtatu
inocētie ñ poterat eē talis ppeſſio. ergo nec
fortitudo. ¶ Itē tēpantia ɔſiſtit ī coercēdis
prauis carnis paſſiõib⁹. ſꝫ tales nõ poterant
repiri ī natura inſtituta. ergo nec tēpantia.
¶ Itē pñia ɔſiſtit in deteſtatiõe maloꝝ ppe
tratoꝝ. ſꝫ nullo mõ ɔtingebat in ſtatu inocē
tie de peccatis ɔmiſſis dolere. ergo tunc nec
erit in hoīe uirt⁹ pñie. ¶ Itē q̇ hꝫ donū pſe
uerãtie ñ cadit a iuſticia. ſꝫ adã cecidit. ergo
pſeuerãtiã ñ hūit. hāc aūt multi hūt in ſtatu
nature lapſe. ergo ñ oīs v̓t⁹ q̇ nc̄ ē fuit ī ſta
tu inocētie. R̄. dō ꝙ cū ſit ɔpatio m̄ltitudis

gratie donoꝝ ad ſtatū nature lapſe ⁊ ad ſta
tū nature inſtitute hoc poteſt intelligi uel de
donis gratie gratis date. vel de donis grē
gratū facientis. Si intelligatur de donis grē
gratis date ſic ſe habent ſicut excedentia et
exceſſa pro eo ꝙ aliqua dona gratie gratis
date habuit adam in ſtatu illo utpote imor-
talitatē ⁊ impaſſibilitatē que ñ habuit aliqͥs
poſterioꝝ eius. ⁊ aliqua dona gratie gratis
date habent poſteri ſui que ipſe non habuit
ſicut eſt gratia ſanitatū ⁊ operatio uirtutuꝫ
⁊ gratia linguaꝝ ⁊ ꝯſimilia. Ratio autē hui⁹
diuerſitatis uenit ex hoc ꝙ alia dona expe-
diebant illi tēpori ⁊ alia ꝯpetunt iſti. Si aūt
loquamur de donis grē gratū faciētis ſic illa
dona ꝯnexionē hñt q̄ꝫtū ad habitus ⁊ q̄ꝫtuꝫ
ad actus qui perfectōis ſunt ſic ꝯcedendū ē
ꝙ in equali multitudine fuerūt in primo ho
mine in qua reperiuntur in eius poſteritate.
Sed dico q̄ꝫtū ad habitus ⁊ q̄ꝫtū ad actus q̇
perfectionis ſunt ſicut rōes ad primā ptem
inducte oſtendūt. quantū vͦo ad actus q̇ hñt
imperfectionē ānexā non ꝯtingebat vͦtutes
ſm ſtatum illum in adam ponere. Et ꝑ hoc
patet rñſio ad tria obiecta quoꝝ unum ē de
temperātia. alteꝝ de fortitudine. ⁊ tertiū de
patiētia. que omnia procedūt ſm actus ha-
bentes imperfectionē aliq̄ꝫ ānexā que q̇deꝫ
imperfectio nō ꝯpetit alijs vͦtutibus ſm oēꝫ
ſtatū ſed ſolū ſm ſtatū pñtis meriti. ¶ Ad
illō aūt quod obr̄ de pſeuerātia. dō ꝙ pſe-
uerantia vno mō dicitur propoſitū pſeuerā
di in bono. et hoc mō ē uirtus uel diſpō ꝯñs
vͦtutes inſepabiliter. Alio mō pſeuerantia ē
ꝯtinuatio in bono uſq̄ꝫ in finē. et ſic nō dicit
habitū ſed potius dicit ſtatū. et hūc primus
homo nō habuit. Ex hoc tñ nō ſequitur ꝙ
aliqua vͦtute caruerit ꝑ eo tp̄e quo in gratia
pmanſit. ¶ Si quis autem querat cuiuſmodi
actus habuerint vͦtutes ī primo hoīe q̇ imp
fectionē hꝫ ānexā in actibus ſuis ſm ſtatuꝫ
nature lapſe. dō ꝙ actus illi in ſtatu inocen
tie plurimū ꝯformes erāt actibus quos ī pa
tria vͦtutes ſunt habiture. cuiuſmodi ſūt illi
detminat magiſter. iij. li. di. xxxiij. ⁊ ibi ſuo
loco determinabitur dāte deo.

Secundo q̄ritur utrū dona gratuita
fuerit eque magne efficacie ad me
rendum ante lapſum ſicut ſunt poſt lapſuꝫ.
¶ Et ꝙ fuerint maioris efficacie tunc q̄ꝫ nunc
uidetur. Quanto pfectior eſt cognitio tāto
pfectior ē dilectio. ⁊ q̄ꝫto maior ē dilectio tā
to opus noſtrū ē deo acceptabili⁹. Prima ꝓ
poſitio pꝫ ꝑ illud ꝙ q̄ꝫtū cognoſcis tantū di
ligis. Si ergo in adā ſm ſtatū inocētie cla-
rior fuit cognitio. uidetur ꝙ charitas ad me
rēdū fuerit efficacior. ¶ Itē albi⁹ ē qd̄ ē nigro
impmixti⁹. ergo magis eſt meritoriū qd̄ mi
nus hꝫ in ſe de demerito. ſꝫ oīa noſtra meri
ta quodāmō permixta ſunt culpe ſm illud
yſa. xliiij. Omnes iuſticie noſtre ſicut pān⁹
menſtruate. ſi ergo in adā ſm ſtatū inocētie
omnia merita fuiſſent impermixta culpe. ui
detur ꝙ ſm illū dona gratuita erant multo
maioris efficacie. ¶ Itē meritū eſt a gratia
ſimul ⁊ arbitrij libertate. q̄ꝫto ergo libeꝝ ar
bitriū magis gratie obedit tanto gratia effi
cacius in actū ſuū exit. ſed tunc natura ma-
gis erat obediens gratie q̄ꝫ nunc cū eſt cor-
rupta. ergo tunc dona gratuita erant ad me
rendū efficaciora. ¶ Item amor uiſibiliū et
ſollicitatio circa terrena impedit hominem
ne iungatur perfecte deo. ſi ergo in ſtatu pri
mo nulla uigebat in homine ꝯcupiſcentia. ui
detur ꝙ deo perfectius ⁊ diuturnius adhere
bat. et ita magis ad merendū diſpoſit⁹ erat.
¶ Sed ꝯtra. ij. Thi. ij. Nō coronabitur niſi
qui legitime certauerit. Sꝫ magis impugna
tur homo ſm ſtatum nature lapſe q̄ꝫ ſm ſta
tum nature inſtitute. ergo ſi has pugnas ui
cit glorioſius triumphat. etſi glorioſius tri-
umphat maiorem meretur coronā. ergo ⁊c.
¶ Itē phūs dicit ꝙ ars ⁊ vͦtus ē circa diffici-
lia. ergo ſi hoc per ſe ueꝝ eſt. q̄ꝫto actus vͦtu
tis eſt difficilior tanto vͦtuoſior. ſi ergo ma-
ior eſt difficultas in perficiendis mandatis
nunc q̄ꝫ eſſet in ſtatu nature inſtitute. uidet
ꝙ maior eſt efficacia merendi. ¶ Item ſi hō
ſtetiſſet aut xp̄s non eſſet incarnatus. aut ſi
eſſet incarnatus nunq̄ꝫ fuiſſet paſſus. ſꝫ xp̄s
ſua paſſione non ſibi meruit ſed nobis. ⁊ tā
merita noſtra q̄ꝫ ſacramenta efficaciam ha-
bent a paſſione ⁊ eius fide. Si ergo iter oīa
q̄cūq̄ꝫ deo poſſunt placere hoc fuit deo acce
ptiſſimū ꝙ xp̄s ſe obtulit hoſtiā dō ⁊ pr̄i. ⁊
īde ſumūt efficaciā merita nr̄a. ⁊ illā efficaciā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nō hal uiſſent merita in ſtatu nature iſtitute
ergo uidetur ꝙ nō eēnt efficaciora. ¶ Item
natura nō deficit in neceſſarijs ut dicit phūs
Si hoc ē uerꝫ in natura creata. multo magis
uerꝫ ē in natura increata. et ſi diuina ꝓuiden
tia nō deficit bob⁹ de quibus minus cura ei.
multo minus nec deficit hoībus. ſed natura
hūana magis indiget adiuuari q̄ꝫ indigeret
ante lapſuꝫ. ergo uidet̄ ꝙ nunc deus homini
det fortius ⁊ efficaci⁹ adiutoriū. ſi ergo effi-
cacia meritoꝝ attēditur ſ̄ magnitudinē cha-
ritatis ⁊ gratie. uidet̄ ꝙ nunc dona gratuita
in merēdo ſint maioris efficacie ¶ R̄ꝫ. dō ꝙ
efficacia meriti principalr̄ ex tribus uenit. ſ.
ex difficultate opis. ex prōptitudine uolūta-
tis. ⁊ ex magnitudine charitatis. Difficltas
operis multū facit ad meritū ⁊ adeo facit vt
homo qui ē multo minoris charitatis q̄ꝫ an
gelus poſſit mereri ut ꝑueniat ad ſublimita
tē angelicaꝫ ſ̄m ꝙ colligitur ex illo quod dr̄
Math. xj. de Joanne baptiſta. Qui minor
ē in regno celoꝝ maior ē eo. Nō ē dubitan-
dū quin ioannes ſit exaltatus ad ordines ex
cellentiū angeloꝝ. ⁊ tn̄ ſ̄m ſtatū uie minoris
charitatis erat q̄ꝫ aliquis coꝝ. Promptitudo
uolūtatis plurimū facit ſi uoluntas prompta
ē ꝑ illud quod hꝫ accepta ē ad meritū. quan-
tacūq̄ꝫ. n. ſit in hoīe gr̄a niſi ſit uolūtas gr̄e
ꝯſentanea nunq̄ꝫ eliciet opera meritoria. et
q̄to magis uolūtas gr̄e ſubiacet ⁊ ꝯformat̄
tanto magis hō ī opibus meritorijs exercet̄
Magnitudo charitatis principalr̄ inter oīa ē
que facit ad meritū. q: ſ̄m illius q̄titatē attē
ditur remuneratio premij ſubālis. pōdus. n.
amoris ē quod dat ualorē opib⁹ meritorijs.
Si ergo fiat ꝯparatio efficacie merēdi ī do-
nis gratuitis ſ̄m ſtatū poſt lapſuꝫ ⁊ ſ̄m ſta-
tū ante lapſū. rn̄deri poteſt ꝙ q̄tum ad pri
mam cōditionē. ſ. quantū ad difficultatē effi
caciores ſunt virtutes nunc q̄ꝫ tunc fuerint.
nunc enim magis impugnatur ⁊ impugnan
do probatur ⁊ exaiatur v̄tus q̄ꝫ tūc ſicut pꝫ
in ſanctis martyribus. Et ſic procedūt rōes
oñdentes dona gratuita ad merendū eē nunc
efficaciora. Quantū autē ad ſecūdā ꝯditōꝫ
. ſ. q̄tū ad prōptitudinē uoluntatis efficacio-
res fuiſſent v̄tutes in merendo tunc q̄ꝫ nunc
pro eo ꝙ uoluntas tunc quaſi cōtinue fuiſſꝫ
in bonis opibus deo placentibus ſine retar-

dation e. nunc aūt ſiue ex laſſitudine ſiue ex
ſubreptione frequenter ceſſat a bonis opib⁹
⁊ intendit aliqñ rebus nociuis. aliqñ inutili-
bus. tū ꝑpter difficultatē ad bonū. tū ꝑpter
pronitatē ad malū. Et q̄tum ad hanc ꝯditi-
onē procedūt rōnes probantes ꝙ dona gra-
tuita in ſtatu nature inſtitute fuiſſent ad me-
rendū efficaciora. Et per hoc pꝫ reſpōſio ad
utrāq̄ꝫ partē. procedūt eniꝫ ꝑ diuerſas uias.
ſ̄m quas ſe habent dona gratuita in meren
do ut excedētia ⁊ exceſſa. ⁊ reperitur in eis
ſ̄m diuerſas cōditiones maior ⁊ minor effi-
cacia. et ſic nulla eſt inter rōes illas repugnā
tia. vtreq̄ꝫ. n. verꝫ ꝯcludūt ſ̄m diuerſam uiā
¶ Si aūt queratur ulteri⁹ de maioritate ef-
ficacie q̄tū ad tertiā ꝯditionē. tūc rn̄dendū ē
ꝙ aut fit ꝯparatio particularis pſone ad par
ticularē pſonā. aut ſtatus ad ſtatū. Si primo
mō dō ē ꝙ ſe haberēt ſicut excedētia ⁊ ex-
ceſſa. ſatis. n. ꝓbabiliter credi pōt ꝙ aliqui
ſunt qui hn̄t maiorē gr̄aꝫ aliquib⁹ q̄ fuiſſēt
in ſtatu inocētie ſi adam ſtetiſſet. ſed alij v̄o
minorē aliquib⁹ ſicut dici ꝯſueuit cū ꝯpatur
ſtatus legis ſcripte ad ſtatū legis euangelice
Si aūt cōparetur generalr̄ ſtatus ad ſtatum
tunc non uidetur uſquequaq̄ꝫ certum in quo
ſtatu dñs homini magis munus charitatis
⁊ gratie tribuiſſet pro eo ꝙ ſ̄m diuerſas cō
ditiones reperitur maior ⁊ minor idoneitas
in homine ſuſcipiente. et qō plus eſt magni
tudo gratie diſtribute plus attenditur ſ̄m di
ſtinctionē diſtribuentis que cognitionē nr̄aꝫ
latet. Hec autem pars probabilioꝛ uidetur
et magis auctoritatibus ꝯſonat ut dicamus
ꝙ deus maiora munera gratie clargitus eſt
homini lapſo q̄tum dediſſet homini ſi ī ſta
tu inocentie permanſiſſꝫ. tuꝫ quia homo ma
iori adiutorio gratie indiget. tum etiaꝫ quia
decet deum de malo magis bonuꝫ elicere q̄ꝫ
ſit illud bonum quod adimendo malū nocet
tum etiam quia mediator ⁊ interceſſor pro
nobis interpellat quē decet exaudiri in omni
bus pro ſua reuerentia. vnde cum appareat
uultui dei ſemper ad interpellanduꝫ pro no
bis in cruce oblatus fuerit ⁊ quotidie offera-
tur. valde probabile uidetur ꝙ maius mun⁹
gratie tribuatur nobis q̄ꝫ ſi ipſe non fuiſſet
incarnat⁹ uel pro nobis oblat⁹. ⁊ hoc expſſe
uidet̄ inui Jo. vij. cū dr̄ ꝙ ſpiritus nōdū erat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

datus. quia Jeſus nondum erat glorificatus
Unde cū aſcendit in altum tunc dedit dona
hominibus. Ex hac ergo triplici rōne quaꝝ
vna ē in ꝯmendatione miſericordie. ſecūda in
ꝯmendatōe ſapientie. et tertia in ꝯmēdatiōe
diuine iuſticie. ſatis rōabilr̄ colligitur ꝙ nūc
magis ſicut efficacia dona gratuita ad merē
dum. quoniā in ſtatu innocētie nō ſolū rōne
difficultatis uerū etiā rōne gratie ⁊ charita-
tis. ꝙpꝑis nō abſurde dici poſſit ꝙ maioꝛ effi
cacia in merendo erat tunc q̄ꝫ nunc rōe prō-
ptitudinis uolūtatis. et hac uia ꝓcedūt rōnes
que ad primā parteꝫ inducuntur ſicut patet
intuenti. aliter enim non cogunt. ¶ Nā illō
quod primo obr̄ ꝙ maioꝛ erat tunc dilectio
quia maior cognitio. ꝺō ꝙ ueꝝ eſt de dilcōe
ſm ꝙ ſe tenet ex parte potētie ꝯcupiſcibilis
ſed non eſt ueꝝ de dilectione ſm ꝙ ſe tenet
ex parte gratie animā eleuantis. Et ſi obijci
at ꝙ utraqꝫ ꝯmenſuratur cognitioni. ꝺō ꝙ
illud non eſt ueꝝ de omni cognitione ſed de
cognitione experimētali. hec aūt nō magis
uiguit in primo parente q̄ꝫ uiguerit in ſāctis
qui fuerunt ⁊ ſunt in ſtatu nature lapſe. ¶
Ad illud uero quod obr̄ ꝙ meritum magis
erat in experimentū demerito in ſtatu inno
centie. ꝺō ꝙ hoc uenit ex hoc ꝙ uolūtas nō
eſt ita ꝓmpta propter grauitatē carnis ꝯiū-
cte ⁊ prompte ꝯcupiſcentie ꝯtracte. et ratio
illa procedit ex parte promptitudinis uolū
tatis. ſimiliter ⁊ due rōnes ſequentes.

In parte uero iſta ſunt queſtiones
circa lit. Et primo queritur de hoc
quod dicit. Dicimus adam nō tūc
habuiſſe uirtutes qn̄ peccauit. ¶ Uidetur enim
dicere falſū ꝙ ſi nō habuit eas quando pec-
cauit. ergo an̄ amiſit eas q̄ꝫ peccaret. ſꝫ v̄tu
tes nō pn̄t amitti ſine peccato. ergo an̄ pec-
cauit. ¶ Iuxͣ hoc queritur utrū hō qn̄ pecca-
uit erat ſapiēs uel ſtultus. Si ſapiēs. ergo nō
peccabat. Si ſtultꝰ. ergo nō uidetur ſtultitia
eſſe pena peccati. ¶ Rꝫ. ꝺō ꝙ tēpus ꝯmiſſi-
onis peccati ade pōt duplr̄ determinari. aut
ſm ichoationē. aut ſm ꝯſūmatiōeꝫ. vtroqꝫ
iſtoꝝ modoꝝ ſermo magr̄i hꝫ v̄itatē ſ intel
lectū dr̄ie. Si. n. intelligat de initio ut ſit ſen
ſus nō habuit v̄tutes qn̄ peccauit. i. qn̄ pec-
care ichoauit. ꝺō ē ꝙ ſmo ille intelligit ꝙ n̄
habuit v̄tutes q̄ꝫtū ad uſū. lꝫ hr̄et v̄tutes q̄ꝫ

tū ad habitū. ut in peccati ſui inchoatōe quo
dāmō v̄tutes habuit ſ habitū ſꝫ caruit ſ uſū
Si aūt intelligatur de tp̄e ꝯſūmatōis pecca
ti. ſic ꝯſūmatio peccati fuerit in inſtāti. uel ſi
mul ſint pcc̄m ꝯſūmari ⁊ eē. ſic etiā ꝓdictus
ſmo v̄itatē hꝫ nō ſolū propter hoc ꝙ adam
tūc nō habuerit v̄tutes q̄ꝫtū ad uſū ueꝝ etiā
q̄ꝫtū ad habitū. ſi. n. tūc habuerit v̄tutis habi
tū. ſicut. n. i peccato ſimul ē amitti ⁊ amiſſū
eē. et ſi amiſſū ē non habetur. planū ē ergo
ꝙ qn̄ peccauit v̄tutes non habuit. nec tn̄ ex
hoc ſequitur ꝙ nō amiſit. amittere. n. i his
que ſubito amittūtur n̄ ponit habere i actu
ſed habuiſſe de ꝓterito. ⁊ nō habere de pn̄ti
Hoc aūt manifeſtatur melius in quarto i tra
ctatu ꝺ iuſtificatōe impij. Et ꝑ hoc patet illa
duo que obiecta ſunt. ¶ Itē queritur de hoc
qꝺ dicit. Nūc ergo ne forte, mittat manū ſuā
⁊ ſumat de ligno uite ⁊c. Si. n. hoc ueꝝ eēt.
iam ſequeretur ꝙ adā ex primo peccato nō
incidiſſet in neceſſitatē moriendi. quod eſt ꝯ
textū. In quacūqꝫ die comederis morte mo
rieris. ¶ Itē lignū uite ſignū erat illius ligni
uite quod xp̄s ē quod eſt in medio paradiſi
eccleſie. ſꝫ iſtud lignū potius obeſt q̄ꝫ proſit
his q̄ indigne ſumūt. ergo uidetur ꝙ ſi adā
comediſſet de illo ligno potius nocuiſſet q̄ꝫ
profuiſſet. ergo nō uiueret in eternū. ¶ Rꝫ.
ꝺō ꝙ v̄buꝫ illud ē uerbū domini loquētis ad
angelos. vnde lr̄a illa ſupplenda ē ſic. nūc er
go. ſupple uidere. ne mittat manū ſuam ⁊c.
hoc aūt dixit dn̄s non ꝙ adā in eternū uiue-
ret ſi poſt peccatū de illo ligno comederet.
ſed quia longiori uixiſſꝫ tp̄e. vn̄ uerbū illud
pōt itelligi fuiſſe v̄bū miſericordie. qꝛ dn̄s no
lebat ipꝫ diu uiuere i calamitate pn̄tis uite i
quā retruſus erat merito ſue culpe. vel pōt
eſſe uerbū rigoris iuſticie ut quia adā guſtā
do cibū ligni uetiti ſe indignū reddiderat ad
ꝑcipiēdū effectū ligni uite. Ideo dn̄s in v̄bo
premiſſo in quo fert ſn̄iam ꝯtra eū indicat
ſe adā duplici bono priuare. ſ. ligni eſu ⁊ li-
gni effectu. nō quia poſt peccatum poſſet ad
illum effectum peruenire. ſed qꝛ merito pec
cati meruit amittere utrunqꝫ. Et ſic patent
illa que obiecta ſunt. ¶ Uerūtamē illud qꝺ
obr̄ de ſacramento altaris non eſt ſimile.
quia illius ſacramēti efficacia ſpūalis ⁊ ei de
betur reuerentia, gl̄iaris rōne ſue dignitatis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝛ excellentie. nullū aūt horū reperitur in eo
qui māducat ꝛ bibit indigne. nō ſic aūt erat
de illo ligno uite. ¶ Itē queritur de hoc qđ
dicit. ꝙ miſit euꝫ deus de paradiſo uolupta
tis in locū ſibi ↄgruū. Uidetur. n. ꝙ hoc non
debuerit deus facere. Cū enim deus ſit ma-
ioris miſericordie qꝫ ſit homo. ꝛ nos uidea-
mus peccatores ſuſtineri intra eccleſiā que ē
paradiſus quedā. nō uidetur ꝙ deus debuit
eū eijcere ſꝫ potius longanimiter ad penitē
tiā expectare. ¶ Itē quero quare dixit mū
dū iſtum fuiſſe ſibi locū ↄgruum. vel enim
erat deterioratus uel nō. Si nō erat deterio
ratus non uidetur ꝙ eſſet habitatio ſibi con
grua poſt culpā. Si deterioratus erat. uidetur
ꝙ magis debuiſſet deteriorari locus ille in
quo peccauerat qꝫ ille in quo nō peccauerat
¶ Iuxta hoc queritur de quo ſeruit ille locꝰ
homini. quia modo non ſeruit. nec poſt diē
iudicij ſeruiet. ergo uidetur ꝙ fruſtra factꝰ ſit
locus ille. ¶ R. dō ꝙ deus hominē de para
diſo eiecit equo iudicio. ita ꝙ ſimul fuit ibi
miſericordia ꝛ ueritas. veritas nāqꝫ fuit ibi. qꝛ
ſicut angelus de paradiſo eiectus eſt. quia
ibi peccauerat. ꝛ ſe indignum illo reddiderat
ſic ꝛ homo de amenitate paradiſi terreſtris
eijci debuit. Miſericordia etiā ibi fuit. ut hō
in loco maioris calamitatis exiſtens ꝛ ſciens
extrā paradiſum terreſtrē eſſe quaſi exuleꝫ
in hoc mundo ſeipm̄ reputaret. ꝛ p̄ſnteꝫ uitā
ↄtemnēdo ad bona inuiſibilia aſſurgeret et
illa deſideraret. ꝛ ſic ad illa perueniret. ſi. n.
temporalia amaret impediretur ne ſpūalia
apprehenderet. et ſi nūc amat corruptus cō
cupiſcentia quādo eſt in hac ualle miſericor
die. quāto magis tūc amaret ſi eſſet in illius
paradiſi amenitate poſtqꝫ morbo ↄcupiſcen
tie corruptus eſſet. tanta enim extunc adhe
rentia quieti ſpūali inhereret ut nūqꝫ eternā
requireret. et ideo cū eo actū eſt miſericor-
diter ꝛ iuſte. Et per hoc patēt dubitationes
premiſſe. Patet eniꝫ ꝙ non eſt ſimile de pa
radiſo eccleſie. patet etiam ꝙ locus iſte ma
gis eſt ↄgruus ſtatui miſerie. etiam ſi uterqꝫ
deterioratus eſſet. Poſtremo patet ꝙ locus
iſte fruſtra non eſt. multū enim facit ad nr̄aꝫ
eruditionē. et occaſionē nobis. prebet requi-
rende ſalutis in qua ↄſiſtit ſūma ꝛ perfectio
totius humane vtilitatis. ¶ Item queritur
de hoc quod dicit. ꝙ lignū illud non ↄferret
imortalitatē niſi ſepe de illo ſumeretur. hoc
enim uidetur eſſe falſum. quia imortalitas
perfecta ponit hominē extra ſtatum animali
tatis. ſꝫ frequēs comeſtio ponit hoīeꝫ ī ſtatu
aīalitatis. ergo per frequentē uſū ligni non
pduceretur ad perfectā imortalitatē. ¶ Iteꝫ
frequentatio alicuius rei non uariat effectuꝫ
ſm̄ ſpēm ſed ſolum ↄfirmat uel intendit. er
go ſi unica comeſtio nō poterat facere imor
talitatē. videtur pari rōe ꝙ nec frequētatio
¶ R. dō ꝙ magiſter hic dubioſe loquitur
nec ſine cauſa. vtraqꝫ enim pars poteſt ſu-
ſtineri ſatis probabilr̄. et ꝙ lignū uite unica
comeſtione ↄferret imortalitatē. Nec huic
obuiat ꝙ dominus p̄cepit ade ꝙ de omni
ligno paradiſi comederet. preceptū eni affir
matiuū nō obligat ad ſemper ſed pro loco ꝛ
tempore. Poteſt etiam intelligi ꝙ nō ↄfert
illū effectuꝫ vnica comeſtione ſed pluribus.
et hoc quia lignū illud nō ↄferebat imortali-
tatē ſicut cauſa principalis ꝛ effectiua ſed ſi
cut diſpoſitiua. ꝛ quēadmodū uidemꝰ in me
dicina ꝙ frequentata diſponit ad ſanitatem
ad quem nō ſufficiēter diſponeret ſimul ſū-
pta. ſic ꝛ in ppoſito intelligenduꝫ. Et p hoc
patent que obiecta ſunt. procedūt eniꝫ ac ſi
lignū uite eſſe principale effectiuū imortali-
tatis. de effectu autem iſtius ligni planius ha
bitum eſt ſupra. hec autē dicta ſufficiant.

¶ Diſtinctio. xxx.

In ſuperioribus inſinuatū ē ꝛc.
Pars iſta in qua magr̄ determi
nat de hoīs lapſu diuiſa fuit in
tres ptes ꝑ triplicē drīam cor-
ruptōis peccati. In quaꝝ una pſona corrūpit
naturā. In altera v̄o natura pſonā. In tertia
v̄o pſona corrūpit ſeipam. Et prima quidē
ↄſiſtit in pccō primi parētis. Secūda in pccō
originali. et tertia in pccō actuali. Prima er-
go pte terminata aggredit̄ hic magr̄ ptē ſe
cūdā. Diuidit̄ autē ps iſta in ptes qͦttuor. In
quaꝝ prima determinat qđ ſit originale pec
catū. In ſecunda v̄o qualr̄ traducat̄. infra di.
xxxi. Nūc ſupeſt inueſtigare ꝛc. In tertia v̄o
qualr̄ deleat̄. infra. di. xxxij. Qm̄ ſupra di-
ctum eſt peccatum originale eſſe vitium ꝛc.
In quarta uero utrū peccatū originale multi
plicetur ꝛ intendatur per peccata proximoꝝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

parentū infra di. xxxiij. Predictis adijciendū
eſt ⁊c. Pars iſta que continet pñtem diſtincti
onē diuiditur in partes tres. In prima ponit
partem proemialez. In ſecunda determinat
propoſitū principale. ibi Primo uidendū eſt
qͦ fuerit ⁊c. In tertia determinat quandam
in dētē dubitationē de ueritate humane na
ture. ibi Ad hoc aūt quod diximus in adam
fuiſſe ⁊c. Prima pte remanente indiuiſa me-
dia pars diuiditur in tres. In prima inquirit
utrum originale peccatū ſit:· et dato ꝙ ſit in
quirit vtrum ſit culpa uel pena:· Unde dili-
genter inueſtigandū quid ſit ⁊c. In tertia q̄-
rit utrum ſit ɔcupiſcentia uel alia culpa:· ibi
Nuncupereſt uidere quid ſit illud pccm̄ ⁊c.
Harum autez partiū ſubdiuiſiones in litte-
ra plane ſunt.

AD intelligentiā autē huius partis
ſm tria que determinat magiſter
in littera incidit hic q̄ſtio ɔtra tria
¶ Primo nanqꝫ queritur de originalis pec-
cati entitate. ¶ Secundo de quidditate. ¶
Tertio ⁊ ultimo de ueritate humane nature
¶ Quantū ad primunz articulū queruntur
duo. ¶ Primo queritur utrū corruptio que
eſt in natura humana inſit ei ex primo ortu
ſue ɔditionis uel ex merito prime trāſgreſ
ſionis:· ¶ Secūdo dato ꝙ merito trāſgreſ
ſionis eſt queſtio utrum propter peccatum
ade humana natura ſit corrupta penaliter
tm̄an etiam penaliter ⁊ culpaliter:·

CIrca primū ſic proceditur ⁊ q̄ritur
vtrū in humana natura corruptio
quam uidemus inſit ei ex ſue con-
ditionis primordio. aut ex peccati merito:·
¶ ꝙ non inſit ex ſue cōditionis primordio ſꝫ
ex peccati merito uidetur tam ex ordine diui
ne iuſticie. q̄ꝫ ex ordine diuine ſapientie. q̄ꝫ
ex ordine bonitatis. Differt enim triplex or
do in creaturis. quia per iuſticiā fit ordinatio
remunerationū ⁊ meritorū. per ſapientiā vo
ordinatio partiū ad ſe inuicē. per bonitatem
uero ordinatio rex in ſuū finem. ¶ Ex pte
uero diuine iuſticie arguitur ſic. Nulli iuſte
infligitur pena niſi precedat culpa. Sed nihil
aliud eſt pena q̄ꝫ paſſio inuolūtaria in rōnali
creatura. ergo nullo modo talis paſſio fuit i
homine anteq̄ꝫ preceſſerit in eo culpa. ergo
talis corruptio non fuit in humano genere a
primordio ſue ɔditionis ſed ex merito trāſ
greſſionis. ¶ Item a ſūma iuſticie equitate
nulla procedit curuitas ⁊ obliquitas. ſed hu-
mana natura non ſolū corrupta eſt corrupti
one penalitatis uerū etiā corruptione curui-
tatis. quia uidemus hoīes corruptōe ſibi in-
dita inclinari ad maluꝫ. ergo nunq̄ꝫ a diuina
iuſticia proceſſit ꝙ humana natura ſit corru
pta a ſui primordio. ergo ſi corrupta ē hoc
eſt ſolum peccati merito. ¶ Ex ordine aūt
ſapientie arguitur ſic. Ubicūqꝫ eſt ſūma ſapi
entia ibi eſt ſūma pulchritudo. ſicut exponit
aug. in li. de tri. vj. cur ſpēs appropriatur fi-
lio. Sed a ſūma pulchritudine nihil procedit
fedū. nihil turpe. nihil quod rōnalē offendat
aſpectuꝫ. ſed in homine rōe utente ſunt ali-
que paſſiones ɔnaturales de quibus rōabilr̄
erubeſcit. ergo talis paſſio nunq̄ꝫ fuit in ho-
mine a ſua prima origine. ⁊ fuit ſic uel meri
to tranſgreſſionis. ergo ⁊c. ¶ Item ubicūqꝫ
intelligitur ſūma ſapiētia. intelligitur ſūma
ueritas ⁊ ſūma equalitas. ſed a ſūma equali
tate nulla debet ꝓcedere iproportōabilitas.
ſed duratio ⁊ ɔſeruatio corporis ſm ſtatum
preſentis miſerie ē iproportōabilis anime q̄
ē eius forma. quia hoc ē tēporale. illud ppe-
tuū. ergo nunq̄ꝫ humana natura ſic ꝓducta
fuit in ſui primordio a ſūma ſapientia. vide
tur ergo ꝙ in hoc ceciderit ex ꝓpria culpa.
¶ Ex ordine diuine bonitatis arguitur ſic.
A ſūma bonitate nihil ꝓcedit qͦd ſit magis
ꝓpiquū ad malū q̄ꝫ ad bonū cū uniuerſa ppt̄
ſemetipām ſūma bonitas operetur. ſed ſen
ſus ⁊ cogitatōes hominū ꝓne ſunt in maluꝫ
ab adoleſcētia ſua ſm ꝙ dicit ſacra ſcriptu-
ra. ergo ī illa corruptōe in qua ē nō fuit na-
tura hūana a ſūma bonitate ꝓducta. ¶ Itē
nihil quod ꝓcedit a ſūma bonitate ē dignuꝫ
maledcōe. ſꝫ multe ſunt paſſiones in nobis
maledcōe digne ppt̄ quas tā Job q̄ꝫ Iere-
mias maledixit diei ſue in qua natus eſt. in le
ge maledicebātur ſteriles mulieres. ergo nō
videtur ꝙ humana natura ī ea corruptione
qua nūc ē creata ſit a ſūma bonitate. uidetur
ergo ꝙ in hanc corruptōeꝫ ⁊ ſtatū deuenerit
merito culpe. cū. n. ſit ɔ̄ ordinē bonitatis ſa-
piētie ⁊ iuſticie ɔ̄ quē ordinē icōueniēs ē deū
aliq̄d facere. ¶ Sꝫ ɔ̄. Primo oſtēdit ꝙ hoc
nō repugnet ordini diuine iuſticie. quia nō ē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

maioris ĩnocentie homo qꝫ ſit ouis uel agnꝰ
Sed ouis mortalis ⁊ paſſibilis producta fuit
a deo ita ꝙ in nullo ex hoc derogatur diuie
iuſticie. ergo pari rõne uidetur ꝙ ſi talẽ pro
duxiſſet hominẽ qualis nũc ẽ non uideretur
in aliquo derogari eidem. ¶ Itẽ ꝙ non re
pugnet ordini ſapientie uidetur. ſm idẽ exẽ
plar ſm quod deus ꝓduxit hominẽ de terra
produxit etiam alia animãtia ⁊ corpora mi
xta. Sed hoc non repugnat pulchritudini di
uini exẽplaris ꝙ ex quattuor elementis cõ
poſita ſint corruptibilia. imo hoc facit ad or
dinem uniuerſi ſicut in pluribus locis oſten
dit Aug. ergo non uidetur eſſe cõtra ordinẽ
ſapientie ſi deus eaſdẽ proprietates ⁊ paſſi
bilitates indidit a natura hoĩbus quas etiã
dedit alijs animalibus. ¶ Item ꝙ non ſit ꝯ
ordinẽ bonitatis diuine uidetur. Ad ſũmam
enim bonitatẽ ſpectat dare unicuiqꝫ inclinati
onẽ ꝯpetentẽ ſue nature. ſed ſicut anima ra
tionalis delectari habet in bono ſimpliciter.
ita ⁊ ſenſibilis in bono ut nunc. ⁊ ſicut terra
habet quieſcere deorſum. ita ⁊ ignis ſurſũ
Si ergo deus omnibus dedit proprias incli
nationes. ergo a primaria hominis ꝯſtituti
one erat diuerſitas appetituũ in ſenſibili et
rõnali. erat nihilominus appetitus diuerſus
in elementis corpora ꝯſtituentibus. Si ergo
diuerſitas prime inclinatõis facit rebellionẽ
et diuerſitas ſecũde inclinationis corruptõẽ
uidetur ꝙ ſi hoc modo homo conditus eẽt
in nullo derogaretur ordini bonitatis diuine
¶ Item ꝙ talis fuerit homo conditus uide
tur poſſe perſuaderi ex ratione ſumpta ſm
principia naturalis philoſophie. Cum enim
ſit homo minor mundus propter quẽ omnia
facta ſunt dicitur habere naturalẽ ꝯformita
tem ad mundũ maiorẽ qui propter ipſum fa
ctus eſt a ſua primaria conditione. Sed ita
uidemus in maiori mundo ꝙ inferiores or
bes ꝯtrario motu mouentur orbi ſuperiori
ſm ꝙ dicunt philoſophi naturales. ergo pa
ri rõne uidetur ꝙ in homine per naturã por
tio ſenſitiua mouetur ꝯtra iudiciũ rõnis. ſed
hec eſt corruptio que in nobis eſt maxime
inordinata. ſi ergo hec eſt a prima conditõe
uidetur ꝙ ⁊ omnis alia. ¶ Itẽ hoc uidetur
alia rõe ſumpta per principia moralis philo
ſophie. Dicit enim moralis philoſophus ꝙ

uirtus eſt difficillimoꝝ operatiua. non ẽ ali
qua uirtutis laus ubi nulla eſt difficultas. Si
ergo homo fuit conditus ad uirtutem diſpo
ſitus. uidetur ꝙ a ſua prima ꝯditione habu
erit difficultatẽ faciendi bonũ ⁊ uitandi ma
lum. ⁊ in tali fuiſſet diſpoſitus ꝙ omnis uir
tus habere poſſet in eo ſuũ uſum. ergo ui
detur creatus fuiſſe cũ huiuſmodi corrupti
onibus. ¶ Item hoc uidetur rõne ſumpta
ſm principia theologie. Dicit enim per ſcri
pturã ſpiritus ſanctus ꝙ uia perueniẽdi ad
gloriã ⁊ ſublimitatẽ eſt per ignominiã ⁊ hu
militatẽ. uia perueniẽdi ad coronam eſt per
tẽtationẽ ⁊ pugnã. uia pueniendi ad q̃etẽ ⁊
trãquillitatẽ eſt ꝑ labores ⁊ tribulationes. Si
ergo homo debuit ſic fieri ꝙ eſſet diſpoſitꝰ
peruenire ad gloriam ⁊ uictoriam et pacem
perfectam. uidetur ꝙ humana natura in ꝑe
nalitatibus ⁊ corruptibilitatibus in quibus
nunc eſt a ſue conditionis primordio fuerit
conſtituta. ¶ R. dõ ꝙ abſqꝫ dubio natura
humana in has tentationes deiecta eſt meri
to prime preuaricatõis. non inſtituta a pri
mordio ſue conditionis. hoc enĩ fidei ueri
tas explicat. ſacre ſcripture auctoritas con
firmat. rationis ꝓbabilitas manifeſtat. Hoc
fides clamat que dicit filium dei paſſum eſſe
ut nos a morte eriperet in quam nos indu
xerat primus parens. Sacre ſcripture aucto
ritas cõfirmat que dicit Gen. ij. qualiter ho
mo per culpam inobediẽtie penã mortalita
tis incurrit. Ratio autem hoc manifeſtat ſi
cut prius in opponẽdo monſtratũ eſt tã ex
ordine qui reſpicit diuinã iuſticiã qꝫ ex ordi
ne qui reſpicit ſapientiam. qꝫ ex ordine qui
reſpicit bonitatẽ ſũmã. Attendendũ eſt tñ
ꝙ ratio in inquirendo dupliciter poteſt pro
cedere. aut prout eſt adiuncta radio fidei. et
ſic procedit aſpiciẽdo ad cauſas ſuperiores.
aut prout iudicio proprio relicta eſt. et ſic ꝓ
cedit inſpiciendo ad cauſas inferiores ⁊ natu
ras. acquirit enim ſcientiã per uiam ſenſus
⁊ experientie. Primo modo doctores catho
lici rõcinãtur ⁊ fideles circa ea que ſunt fidei
et ſm hunc modũ rõcinandi multum eſt hoc
conſonũ rationi ꝙ deus in tanta miſeria et
calamitate in qua nunc eſt homin ẽ a princi
pio nõ fecit. imo dicere contrariũ magne im
pietatis uidetur eſſe pie et ſane menti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Secundo modo rõcinando proceſſerunt
philoſophi qui non aſpexerunt in hominis
ↄditione ſuũ principalẽ actorẽ. ſꝫ aſpexerũt
principia ↄponentia ⁊ operatões quas habꝫ
per uirtutẽ nature. Et ſm hunc modũ ratio
potius diſcordat ueritati catholice ꝙꝫ ↄcordꝫ
Et hec ẽ ratio quare philoſophi qui fuerũt
tm̃ ueritatis indagatores non peruenerunt
ad lapſus humani ↄditionẽ. quia eis uidebat
ualde rõnabile hominẽ ſic fuiſſe ↄditum. cuꝫ
tñ doctoribus catholicis non ſolum fide ſed
etiam rõnum euidentia certitudinalr̃ eius cõ
trariũ appareat eſſe ueꝝ. Unde ⁊ rões que
hoc oſtendunt ↄcedende ſunt. ¶ Ad illud er
go quod primo obr̃ ꝙ deus fecit ouem paſ
ſibilẽ que tñ non peccauit. ↄ̃d ꝙ non eſt ſi
mile de homine ⁊ oue. homo enim qui rõis
particeps eſt capax eſt beatitudinis ⁊ iuſticie
et per oppoſitũ culpe ⁊ miſerie. vnde ſicut ĩ
homine obligari culpa eſt ſic et pati pena ẽ.
In oue autem neutrũ ↄtingit reperire. ideo
paſſibilitas ouis nihil facit ad ordinem nec ↄ̃
ordinem diuine iuſticie cuius eſt conſiderare
meritoꝝ exigentiã. non ſic autem eſt de paſ
ſione in natura humana. ¶ Ad illud qḋ obr̃
ꝙ ſm idem exemplar alia genera animaliũ
facta ſunt corruptibilia ↄ̃d ꝙ nõ ẽ ſimile pro
eo ꝙ alia animalia ab homine non habẽt for
mam ↄplectiuã incorruptibilẽ. in ſolo autem
homĩe anima eſt imortalis per naturã ſicut
oſtenſũ fuit ſupra. et ideo mortalitas in alijs
animalibus non ponit aliquã ꝓportionẽ per
fectibilis ad ſuam perfectionẽ ſicut ponit in
homĩe. ac per hoc nec ita repugnat mortali
tas in alijs animalibus ordini quem ſapiẽtia
ſeruat in rerum ↄditione ſicut mortalitas re
perta in homine ¶ Ad illud qḋ obr̃ ꝙ ſũme
bonitatis eſt dare unicuiqꝫ ſuam inclinatõeꝫ
ↄ̃d ꝙ hoc ueꝝ eſt ſaluo ordine qui attendi
tur inter res ſm ꝙ ↄparantur adinuicẽ. quo
niam bonitas non preiudicat ſapientie. et qꝛ
ſm ordinẽ nature corpus debꝫ eſſe ſubiectũ
anime. et ſenſualitas ſubiecta debet eſſe rõi
ſic debuit deus dare inclinationẽ taꝫ corpori
hominis ꝙꝫ ſenſualitati carnis ꝙ in nullo ꝑ
iudicaretur rectitudini rõis. et hinc eſt ꝙ ⁊ ſi
ſenſualitas bonum ut nunc appeteret. nulla
tñ erat rebellio in ipõ homine. quia tñ ap
petebat ſicut ratio dictabat. nunc autem eſt
rebellio. quia preter iudiciũ rõnis frequenter
appetit. et propter hoc brutales facti ſumꝰ
⁊ iumentis inſipientibus ↄparati. cum tamẽ
homo in primordio conditus fuerit in hono
re ⁊ dignitate rõnis. Et per hoc manifeſta
eſt reſpõſio ad ſequens. Unde quod obr̃ de
diuerſitate motuũ orbiũ celeſtiũ. etſi enim ui
deatur ineſſe ↄtrarietas. nõ tamen eſt ↄtra
rietas ibi. imo ordinatio recta ꝑ eo ꝙ ſpera
ſuperior ſemper mouet inferiores. ⁊ nunꝙꝫ
inferior ſuperiores. nunc autem in nobis nõ
eſt ſic pro eo ꝙ uidemus aliã legem in mẽ
bris noſtris repugnantẽ legi mentis noſtre
⁊ captiuantẽ nos in ſeruitutem peccati. ¶
Ad illud quod obr̃ ꝙ uirtus ẽ difficillimorũ
operatiua. dicẽdũ ꝙ quedã ẽ difficultas que
uenit ex genere operis. quedã uero ex defe
ctu operantis. Prima difficultas eſt de eſſen
tia uirtutis. virtus enim inquantũ virtus cir
ca magna conſiſtit ⁊ ardua. hec autem diffi
cultas fuit in primo homine. homo enĩꝫ ita
perfecte deo obediuiſſet ⁊ ita perfecte deo
adheſiſſꝫ ſicut perfectio uirtutis obedientie
⁊ amicitie hoc requirit. ⁊ ſic de alijs uirtuti
bus. Eſt et alia difficultas que uenit ex de
fectu operantis. et iſta quidẽ non eſt de eẽn
tia uirtutis imo accidit ỽtuti ſm ꝙ uirtus ẽ
Et ideo ad hoc ꝙ homo eſſet uirtuoſus nõ
oportuit hanc difficultatẽ reperire in homĩe
in primordio. et ꝙ illud ſit uerum hoc planũ
eſt. quanto enim aliquis magis proficit ĩ uir
tute tanto magis operatur cum minori dif
ficultate ex parte ſua. ſi ergo hec difficultas
eſſet de eſſentia uirtutis ſm ꝙ homo profi
ceret minueretur in eo ỽtutis excellentia qḋ
nemo dubitat falſum eſſe. ¶ Ad illud autẽ
quod obr̃ de uia ꝑueniendi ad ſaluteꝫ ſm ſa
cre ſcripture inſtructionem. dicendũ ꝙ ſacra
ſcriptura tradita eſt homini lapſo ⁊ documẽ
ta tradit per que perducatur ad penitentiaꝫ
ſm ꝙ competit ſtatui preſenti. Ideo ex his
non poteſt argui ꝙ talis debuerit homo fie
ri ut per hanc uiam deueniret. tales enim in
ſe ſunt ualde aſpere. ſi autem homo nõ pec
caſſet nec cum aſpitate ſed cum lenitate per
ueniſſet ad ſuum finem. et eſt ſimile quia ſa
nitas conſeruatur per bona cibaria ⁊ ſuauia
ſed non recuperatur niſi per potationes
amaras.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Secundo querit̃ utrū merito prime
tráſgreſſionis humana natura fue
rit corrupta penalr̃ tm̃ an etiá cul
pabilr̃. Et q̀ culpabilr̃ corrupta ſit videtur
Ro. v. Sicut p unū hoiem peccatū intrauit
in mundū ⁊ p peccatū mors. ⁊ ita in omnes
hoies mors ptranſit in quo oēs peccauerūt.
Ex iſto v̀bo colligit̃ q̀ omnes in adam fue
rūt infecti ⁊ peccatores ꝯſtituti. Si forte di
cas ſicut dicunt pellagiani. q̀ ptranſit p imi
tationē. Cōtra. Ephe. ij. Eramus natura fi
lij ire ſicut ⁊ ceteri. ſed nemo eſt filius ire ni
ſi p culpá. Si ergo p naturá omnes eram⁹
filij ire. omnes p naturá ꝯtrahimus culpaꝫ.
ergo in ceťis natura humana culpabilr̃ eſt in
fecta. Item Jo. iij. Niſi renatus qs fuerit
ex aqua et ſpū ſancto. ſed nullus a premio
etno excludit̃ niſi p peccato. ſi ergo omnes
non baptiʒati excludunt̃ ſiue ſint parui ſiue
adulti. ergo omnes ex quo nati ſunt habent
culpá. ſed non culpam quam fecerint cū huic
ſñie ſubiaceant ante uſum rōnis. ſicut pꝫ in
paruulis incircūciſis. Gen. xvij. ergo hec eſt
culpa q̄ p naturalē gñationē repitur i quolꝫ.
ergo ⁊c. Itē ſi tota natura eēt in una pſo
na. corrupta illa pſona quantū ad eē neċe ē
totá natura corrūpi quantū ad eē. ergo pari
rōne ſi corrumpet̃ quantū ad bn̄ eē. corrum
petur tota natura quantū ad bn̄ eē. ſicut eni
ſequit̃ ſi adam morit̃ homo morit̃. ſic ſequit̃
ſi adam peccat homo peccat. Cum ergo to
ta natura eēt in adam quando peccauit uiď
q̀ tota in eo peccauerit. ac p hoc tota i oib⁹
⁊ ſingulis culpabilr̃ infecta fuerit. Itē ve
nenato fonte p ꝯñs uenenant̃ riuuli á fonte
ꝓcedētes. ſi ergo oēs hoies ꝓceſſerunt ab
adam ſicut rami a radice ⁊ riuuli a fonte. ⁊
ipſe infectus fuit morbo ꝯcupiſcētie q̄ fuit i
eo culpa. uiď q̀ ⁊ ceťos corrupit eodē corru
ptionis gñe. ⁊ ita culpabilr̃. Itē ſicut ſe hꝫ
inocēs reſpectu inocētis gñandi ſic peccator
reſpcū pccōris. ſꝫ ſi adam ſtetiſſꝫ in ſua ino
cētia oēs filios genuiſſꝫ inocētes. ergo tota
humana natura eēt inocēs ⁊ pura quātū eēt
ex ipo. hoc ſatis planū ē. ergo pari rōne cū
peccauit totá humaná naturam ꝯſtituit pec
catricem ita q̀ oēs filios gigneret pccōres.
Itē quia adam peccauit factus ē mortal̃.
⁊ quia mortalis eſt neceſſe fuit q̀ gñaret oēs
filios mortales. ſꝫ ſicut ſe hꝫ effectus ad effe
ctū ita ſe habet cauſa ad cām. ſi ergo cauſa
mortalitatis fuit culpa ⁊ mortalitas perſone
ade totá humaná naturá fecit mortalē ⁊ to
tam corrupit penalr̃. pari rōe uidetur q̀ cul
pa ade totaꝫ naturá humaná infecerit culpa
bilr̃. ⁊ oēs ex illo exeūtes corrupit culpabilr̃
Si ergo culpa que oibus ineſt per naturam
eſt culpa originalis. colligitur ex oibus his
rōibus q̀ ponere ſit culpá originalē. Sꝫ
contra. Eze. xviij. Filius non portabit iniq
tatē pr̃is. ⁊ pr̃ ⁊c. Si ergo hec lex diuina ē.
ſꝫ per diuiná legē quiſqꝫ peccat ſibi ⁊ ñ alij
iuxta illud puer. ix. Si ſapiens eris tibimet
ipſi eris. ſi aūt illuſor ſolus portabis malū.
ergo non uidetur q̀ ex peccato pr̃is fili⁹ ha
beat infici culpabilr̃. Itē tam in nouo q̄ꝫ i
veteri teſtō nuptie ꝯceſſe ſunt tanq̄ꝫ bone ⁊
licite. ſꝫ ad nullū bonū neceſſario ſequit̃ ma
lū. ſꝫ ad nuptias neceſſario ꝯſequeretur ma
luꝫ ſi ꝓles culpá ꝯ̄heret a ſua origine. ergo
uel nuptie ſunt male ⁊ illicite qď eſt ꝯtra ſa
cram ſcripturá ⁊ xp̄iana fidem. vel non eſt
peccatū originale. Itē corrupta re tranſ
mutabili ⁊ minus nobili non ꝓpter hoc cor
rumpitur qď eſt intranſmutabile ⁊ nobile. ſꝫ
perſona hominis eſt tranſmutabilis ⁊ min⁹
nobilis q̄ꝫ nature. tota. n. natura ſpēi perpe
tua eſt ⁊ magis nobilis q̄ꝫ una perſona ſin
gularis. ergo impoſſibile fuit eaꝫ a perſona
ade totalr̃ ⁊ per culpam infici. Itē in mal̃
gñalr̃ eſt uerū q̀ malū habitū precedit ma
lus actus. quāuis ecōtrario ſit i bonis. ergo
habitual̃ corruptio nature oritur ex actuali
cl̄pa ipſius nature. Sꝫ natura q̄ꝫtū eſt de ſe
eſt recta ⁊ non peccat. q̇ꝛ peccatū ꝓprie ē uo
luntatis. ergo nō uidetur q̀ tota natura in
fecta fuerit. uel etiá poterit infici. Itē nul
lū naturale eſt culpabile p eo q̀ naturalib⁹
nec laudamur nec uitupamur. ſed originalis
corruptio eſt naturalis cū ſit eadē apud oēs.
ergo uidetur q̀ iſta duo ſint incōpoſſibilia.
q̀ aliqua corruptio ſit culpabilis. ⁊ q̀ ſit ori
ginalis; ergo non uidetur q̀ natura tota a p
ſona potuerit culpabilr̃ infici. Itē nullū ne
ceſſariū eſt uolūtariū. ſed corruptio original̃
eſt neceſſaria. ergo nō eſt uolūtaria. ſꝫ nihil
ē peccatū niſi ſit uoluntariū ſm q̀ dic̄ aug.
in li. de li. ar. ergo impoſſibile eſt originaleꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

corruptõez eſſe culpã. redit ergo idem quod
pri⁹ q̷ nulla culpa ſit originalis. ⁊ q̷ natura
humana in adã nõ fuerit infecta culpabilr̃.
¶ Dr̃ q̷ abſq̷ dubio tota natura hoc ẽ na-
tura in oĩbus hoĩbus ſeĩalr̃ ab adam deſcen-
dẽtibus corrupta ẽ nõ ſolũ penalr̃ ſꝫ etiã cul
pabibilr̃. hoc. n. manifeſtat uiſionis dei carẽ
tia. rõal' erubeſcẽtia. ⁊ ↄcupiſcẽtie p̄dñantia.
Carẽtia uiſionis dei hoc manifeſtat. q̷ null⁹
vꝫ eterno bono ad qđ factus ẽ priuari niſi ĩ
ſe hẽat aliquid ꝑ quod indignus ſit diuino
aſpectui pñtari. tale aũt nõ eſt niſi culpa. Si
ergo oẽs quotquot ſunt uiſione dei priuanť
niſi ꝑ baptiſmu fluis uel flaminis renaſcanť.
planũ eſt q̷ oẽs quotquot ſunt ↄ̄hũt ex ſua
origine culpã. Erubeſcẽtia etiã rõis hoc ma
nifeſtat. Nullus. n. rõaliter erubeſcit de his
paſſionibus quas hꝫ a natura niſi inſit ei ꝑ
aliquã culpã. ſꝫ oĩs homo naturalr̃ erubeſcit
ex mẽbrorꝫ genitaliũ motu. ex hoc ergo col
ligitur ⁊ manifeſtatur q̷ quilꝫ in ſe ĩpo non
tm̃ penalr̃ ſed etiã uitupabilr̃ ⁊ culpabilr̃ eſt
corruptus quantũ ẽ ex ſua naturali origine.
Predñantia ↄcupiſcẽtie hoc euidentiſſime
manifeſtat. certũ ẽ. n. q̷ tũc aĩa hoĩs ẽ ordi-
nata qñ ſpũs ẽ ſub deo ⁊ caro ⁊ v̓tutes aĩa-
les ſunt ſub ſpũ. ⁊ ſeq̃tur rõis impĩũ. ab op-
poſitis ergo tũc aĩa hoĩs eſt ꝑuerſa qñ caro
⁊ v̓tutes aĩales p̄ſunt ſpũi rõali. ⁊ hoc quidẽ
eſt planũ nõ tm̃mõ ꝫ fidẽ uerũ etiã ꝫ phiaꝫ.
ſed in hoĩe uigor ↄcupiſcẽtie ⁊ lex mẽbrorũ
qua unuſquiſq̷ hꝫ a natiuitate captiuat ĩpꝫ
⁊ ei p̄dominatur. Ex hoc ergo clarꝫ ⁊ aptuꝫ
ẽ q̷ aĩa cuiuſlꝫ hoĩs a natiuitate peruerſa ẽ.
⁊ inordinata. Sꝫ ſicut ordinatio in hoĩe ⁊ re
ctitudo iuſticia ẽ. ſic ꝑuerſitas ⁊ deordinatio
culpa ẽ. Si ergo aĩa cuiuſlꝫ hoĩs ꝑ legẽ ↄcu-
piſcẽtie ꝑuerſa ẽ a ſua origine in quolꝫ hoĩe
indubitanter ponẽdũ eſt eſſe pccm̃ originale
quantũ ẽ a ſua prima natiuitate. ⁊ de hoc ne
mo dubitat niſi qui neſcit quantus ſit uigor
ↄcupiſcẽtie ⁊ qualr̃ ſps rõalis deo vꝫ ſubeẽ.
Cõſtat. n. q̷ nõ ſubeſt ſpũs nr̃ pfcẽ deo niſi
diligat ĩpꝫ ſup oĩa ⁊ ꝑpter ſe. planũ ẽ etiaꝫ
q̷ nullus in ſtatu nature corrupte deũ diligit
ſup oĩa ⁊ ꝑpter ſe ſine dono gr̃e. imo neceſ
ſario uincitur a uigore ↄcupiſcẽtie ut magis
amet ſe q̃ꝫ aliquod bonũ apparẽs. Planũ ẽ
ergo q̷ aĩa cuiuſlꝫ hoĩs in ſua natiuitate pec

catrix eſt cũ ſubuerſa ⁊ inordinata ſit ſicut
oſtẽſũ eſt. ⁊ ideo dicit apo. ro. vij. in perſona
hoĩs lapſi. Uideo aliaꝫ legẽ in mẽbris meis
repu. legi mẽtis mee. ⁊ cap. me in le. pcci. et
exclamat. infelix ego hmo q̃s me liberabit
de corpe mortis h⁹. ⁊ rñdit. gr̃a dei ꝑ Jeſuꝫ
xp̄m. hanc ergo legẽ ⁊ inordinatõez ad deũ
ſi q̃s uelit attendere nullo mõ dubitabit ho
minẽ eẽ peccatorẽ a ſua natiuitate. imo ita
certũ eſt v̓t nullo mõ dubitari poſſit de origi
nali ſicut etiã nec de actuali. hoc tñ ignoraue
runt phi ⁊ etiã aliqui heretici. q̷ neſcierunt
attendere ĩ in quo attẽditur rectitudo aĩe ⁊ iu
ſticia ⁊ ꝑ quanto aĩa dici vꝫ ad deũ ordĩata
Conſtat ergo q̷ tota humana natura corru
pta ẽ nõ ſolũ penalr̃ ſꝫ etiã culpabilr̃. a quo
aũt corrupta fuerit hoc planũ ẽ ex ĩpa ſcri-
ptura q̷ ab adam. Potuit aũt totã naturam
corrũpere ⁊ culpabilẽ facere ſuo pccõ triplici
ↄditõe ↄ̄hente. Prima ẽ q̷ non tm̃ erat hu-
mane nature indiuiduũ ſꝫ totius humane na
ture principiũ. ¶ Secũda eſt q̷ non tm̃ fuit
ſibi datũ mandatũ ſicut ſingulari pſone ſed
tãq̃ꝫ ſtipiti totius humane nature. et hoc bñ
indicat textus. q̷ mandatũ illud deſcendit ꝑ
uirꝫ ad mulierẽ. ¶ Tertia q̷ adaꝫ innocẽtiã ⁊
ĩmortalitatẽ ſuſcepat ꝑ ſe ⁊ ſua tota poſteri
tate. vñ ipſe inocẽs ⁊ ĩmortalis gñaſſet im
mortalẽ ⁊ inocentẽ. q̷ ergo ĩpe erat oĩum
principiũ. ⁊ tranſgreſſus ẽ mandatũ qđ erat
datũ ei ꝫ q̷ erat principiũ ⁊ amiſit illã iuſti-
ciã ⁊ ĩnocentiã quã debebat omnib⁹ poſteris
ↄſuare. hinc ẽ q̷ ꝑ ĩpꝫ originali iuſticia ſum⁹
priuati ⁊ in eius infectõe ceteri ſunt infecti.
nõ tm̃ penalr̃ ſed etiã culpabilr̃. tum ꝑpter
debitũ ordinatõis qđ vꝫ eẽ in nobis. tũ ꝑpt̃
carẽtiã illius inocẽtie quã deberem⁹ habere.
tum ꝑpter p̄dñantiã ↄcupiſcẽtie ꝑ quam aĩe
nr̃e ſunt inordinate ⁊ iniuſte. ⁊ ſi iniuſte ſũt
⁊ inordinate neceſſe eſt eas ſũme iuſticie diſ
plicere. Patet ergo q̷ tota humana natura
corrupta ẽ ñ ſolũ penalr̃ ſꝫ etiã culpabiliter
Patet nihilomin⁹ a quo fuerit corrupta. q̷m
a primo parẽte. qualr̃ aũt illa culpa traduci
habeat hoc deťminabitur infra. Rõnes autẽ
ad primã partẽ ↄcedende ſunt. ¶ Ad illud
ergo qđ primo obr̃ q̷ filius nõ portabit ini
quitatẽ pr̃is. dđ q̷ illud ĩtelligiť de peccato
quo pr̃ peccat ut ſingularis pſona ſic melius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

manifeſtabitur infra. ⁊ ideo locū non habet
in trāſgreſſione primaria, quia illa non fuit
oīo ſingularis ꝑſona ſicut explanatū eſt ſ.
¶ Ad illud qḋ obᷣ ꝙ ad bonū ñ neceſſario
ꝯſeq̄tur malū. ꝺḋ ꝙ uez eſt per ſe loquēdo
vñ ad nuptias nō neceſſario ſeq̄tur genitꝛ ꝓ
lis corruptio inquātū eſt ibi maris ⁊ feīe ꝯiū
ctio naturalis ſʒ inquātū illi ꝯiūctioni adiun
cta ē corruptio uitioſa feīs ob peccatū primi
parētis. ¶ Et ſi tu obiiciās ſicut obiicit he-
reticus ꝙ qualīcūq̄ȝ ſequatur malū omittē-
dū eēt id bonū. ꝺḋ ꝙ illud nō eſt uez niſi qñ
malū ꝑponderat bono. nūc aūt nō ē ſic. qꝛ in
gñantibꝰ nō eſt ulla culpa. in gñato ꝟo meliꝰ
ē ſic eē q̄ȝ nō eē maxime cū ſubueniat̄ ei per
grām baptiſmalē. ¶ Ad illud quod obᷣ ꝙ
corrupto minꝰ nobili ⁊ trāſmutabili nō corrū
pitur magis nobile ⁊ ꝑpetuū. ꝺḋ ꝙ illḋ uez
ē ⁊ locū hʒ qñ illud qḋ eſt magis nobile ⁊ ꝑ
petuū nō depēdet a minꝰ nobili ⁊ trāſmutabi
li. nō ſic aūt ē in ꝓpoſito. qꝛ tota natura hu-
mana depēdebat a pſona ade q̄ȝtū ad exñti
am. vñ ſi adā fuiſſʒ mortuus totū genꝰ hūa-
nū eēt in eo corruptū. ¶ Ad illud qḋ obᷣ ꝙ
malū hitū ꝑcedit malus actꝰ. ꝺḋ ꝙ hoc uez
ē. uerūtñ ex hoc nō opʒ ꝙ malū habitū na-
ture ꝑcedat malꝰ actꝰ nature ꝭ ꝙ natura. ſʒ
ſufficit ꝙ ꝑcedat malus actꝰ pſone eo ꝙ na-
tura ⁊ pſona ſunt indiuiſa. et ideo corruptio
pſonalis pōt effici naturalis ſic oñdit Anſel.
de ꝯceptu ꝟgi. Pōt tñ dici ꝙ ⁊ſi natura i ſe
non peccauerit. tñ ꝑut erat in adam peccauit
inquātū erat oīuʒ hoīuʒ principiū. ¶ Ad illḋ
qḋ obᷣ ꝙ nullū naturale eſt culpabile. ꝺḋ ꝙ
ſic dicit Aug. differt dicere naturā ⁊ naturaʒ
corruptā. poteſt ergo aliquid eē naturale qḋ
ꝯſequitur ipam naturā ꝭ primā ꝯſtitutionē
Alio mō quod ꝯſequitur naturā ⁊ corrupti-
onē. Dico ergo ꝙ illud qḋ ē naturale quod
ꝯſequitur naturā ꝭ inſtitutionē nullo modo
eſt culpabile. illud ꝟo quod ſic naturale ē ꝙ
ꝯſequitur naturā ꝭm corruptionē culpabi-
le eſt. et tale eſt originale. Et ſic patet illud
¶ Ad illud quod obᷣ ꝙ nullū neceſſariū eſt
uolūtariū. ꝺḋ ꝙ ſi hoc reſpectu eiuſdē ꝟita-
teʒ poſſit habere. tñ reſpectu diuerſoꝝ non
neceſſe eſt ꝙ habeat ꝟitatē. quod eniʒ ē ne
ceſſariū uni uolūtariū pōt eſſe alteri. ⁊ ſic eſt
in originali quod quidē ⁊ſi nobis ſit neceſſa
riū tñ de tñ fuit uolūtariū ⁊ rōe illiꝰ uolūtatis
nobis iputat̄ i pccm̄. vñ dicit̄ oēs peccaſſe i
ipo. hoc aūt meliꝰ oñdetur cū manifeſtabitur
qualiter originale peccatū traducitur.

Oꝯſequēter q̄rit̄ de ſecundo. ſ. q̄d ſit
origiale pccm̄. Et circa hoc q̄runt̄
duo. ¶ Primo q̄ritur utrū origia
le pccm̄ ſit ꝯcupiſcētia. ¶ Secun
do utrum ſit ignorātia.

Circa primū ſic ꝓceditur ⁊ queritur
vtꝝ origiale pccm̄ ſit ꝯcupiſcētia.
Et ꝙ ſic uidetur. Ro. vi. Non re
gnet pccm̄ in nr̄o mortali corpe. Ibi glo. pec
catū. i. fomes pcci. ſʒ fomes pcci nō eſt aliud
q̄ȝ ꝯcupiſcētia. ſi ergo fomes pcci ē pccm̄ et
nō eſt pccm̄ actuale. reſtat ꝙ ſit originale.
¶ Itē ro. vii. Cōcupiſcētiā neſciebā eē pec
catū ⁊c. Glo. Cōcupiſcētia ē vñ oīa mala ꝓ
ueniūt. ſi ergo illud quod eſt origo oīum ma
loꝝ ē originale pccm̄. uidetur ꝙ pccm̄ origi
nale nihil aliud ſit q̄ȝ ꝯcupiſcētia. ¶ Itē hoc
ipʒ uidetur rōe. Quales ſunt actꝰ tales ſunt
habitꝰ. ſʒ ꝯcupiſcere ē pccm̄. ergo neceſſitas
ꝯcupiſcēdi mala ē ⁊ pccm̄. ſʒ neceſſitatē ꝯcu
piſcēdi a natura ꝯhimꝰ. ſi ergo peccatū qḋ
a natura ꝯhitur eſt pccm̄ originale. uidetur
ergo ⁊c. ¶ Itē in omni pccō ē ꝯuerſio aliq̄
ad ꝯmutabile bonū in actu uel in hitu. ſi er-
ho peccatū originale ē peccatū. ergo ē ibi ali
qua cōuerſio inordinata ad bonū ꝯmutabile
Sʒ ꝯuerſio inordinata ad bonū ꝯmutabile
nihil aliud ē q̄ȝ ꝯcupiſcētia. ergo neceſſe eſt
pccm̄ orginale eē ꝯcupiſcētiā. ¶ Sʒ ꝯ. Ro.
. vii. Peccatū occaſione accepta opatū eſt in
me oēȝ ꝯcupiſcētiā. Hoc nō pōt intelligi de
pccō actuali. ergo intellr̄ ꝺ originali. Si ergo
opans nō ē opatū. ergo ꝯcupiſcētia nō ē ori
ginale peccatū nec ecōuerſo. ¶ Itē Beda di
cit ꝙ q̄ttuor nobis ſunt inflicta ꝓpter primū
peccatū. ſ. ignorātia. infirmitas. ⁊ malicia. ⁊
quartū ex his ꝯcupiſcētia. Sʒ quod ē in-
flictū pccō nō eſt ipʒ peccatū. ergo ſi hec me
rito originalis pcci ſunt nobis iflicta ꝭ ꝙ di
cit beda. ergo ⁊c. ¶ Itē ꝯcupiſcentia manet
cū grā. originale peccatū nō pōt manere cuʒ
grā. ergo originale pccm̄ nō ē ꝯcupiſcentia.
¶ Si tu dicas ꝙ ꝯcupiſcētia manet cū grā in-
quantū ē remiſſa. ⁊ ſic ē pena. inquantū aūt
eſt intēſa nō manet. ⁊ ſic eſt pena. Contra.

Magis ⁊ minꝰ nõ diuerſificãt. ergo ſi ↄcupi
ſcẽtia remiſſa nõ eſt culpa ſed pena. pari rõe
uidetur ꝙ nõ ↄcupiſcẽtia intẽſa. ¶ Itẽ ↄcu-
piſcẽtia poſtq̄ꝫ remiſſa ẽ intendi põt ⁊ in pri
ſtinũ dñiuꝫ reuocari ſicut expimẽto pꝫ. ſi er
go originale peccatũ eẽt iterabile. tũc ⁊ ba-
ptiſma qḋ eſt ↄ̃ inſtitutionem ecclĩe. ¶ Eſt
ergo q̃ſtio quid eſt origiale pccm̃ p eẽntiã.
Et cũ a magr̃o dicatur ⁊ ab Aug. eẽ ↄcupi-
ſcẽtia ſicut pꝫ in lr̃a. ab anſel. aũt in li. de cõ
ceptu v̓gi. dicatur eẽ debite iuſticie carentia
q̃ſtio ẽ quõ iſta duo v̓ba pñt eẽ ſimul v̓a ⁊ i
quo hoꝝ v̓boꝝ magis explicatur q̇d ſit ori
ginalis culpa. ¶ Rñdendũ ꝙ ſicut actuale
peccatũ nõ dicit oĩmodã priuatõem eo ꝙ ñ
tm̃ dicit auerſionẽ. imo etiã quandã ↄuerſio
nẽ. nõ etiã dicit oĩmodã boni priuatõeꝫ. imo
relinq̇t aptitudinẽ ⁊ aliquẽ actũ priuãdo cir
cũſtantiã erga ipm̃. ſic ⁊ in originali ſuo mõ
intelligendũ ẽ. vnde ſicut nõ dicitur peccatũ
actuale eſſe in aliquo ex hoc ſolo ꝙ careat
iuſticia. qꝛ tũc lapis diceretur peccatũ hr̃e. ſꝫ
ex hoc ꝙ aliquã inclinatõeꝫ hꝫ ad aliquid i
qua cũ deberet eẽ iuſticia nõ reperitur. qꝛ ſic
etiã originale peccatũ dr̃ eẽ in aliquo ñ ſolũ
quia caret iuſticia originali ſꝫ etiã qꝛ curui-
tatẽ hꝫ ⁊ neceſſitatẽ ↄcupiſcẽdi. vñ queãd-
modũ uidemꝰ in egritudine corpali utpote i
paraliſi ꝙ talis morbꝰ ineſt ex quadã diſſo
lutõe v̓tutis. ita tñ ꝙ nõ oĩo priuatur virtus
motiua ſicut in mortuo. ſed aliquo mõ ma-
net nõ potẽs mẽbꝝ regere. et ita ſeq̇tur ptiꝫ
ex poſitõe. partim ex defectu manꝰ tremula
tio. ſic intelligẽdũ ẽ tã in actuali q̄ꝫ in origi-
nali pccõ. queãdmodũ ergo ſi q̇s q̄reret q̇d
eſſet peccatũ carnis duplr̃ poſſet ei notifica
ri. ſ. rõe inclinatõis deordinate ut dicatur eẽ
imoderatꝰ appetitꝰ rei tractabilis ſm carnẽ. et
rõe priuatõis boni ut dicatur eẽ priuatio ca-
ſtitatis ⁊ ↄtinẽtie. ⁊ utroq̄ꝫ mõ rñdetur ↄue-
niẽter. ſic cũ q̄ritur q̇d ſit originale pccm̃. re
cte rñdetur ꝙ ſit ↄcupiſcẽtia iordinata. recte
etiã rñdetur ꝙ ſit debite iuſticie carẽtia. ⁊ i
vna iſtaꝝ rñſionũ clauditur altera. licꝫ vna
notificet ipm̃ originale rõne eiꝰ qḋ eſt in ipo
hñs modũ ↄuerſionis. altera uero rõne pri-
uationis. Concedẽdũ ẽ ergo ſicut rões oſtẽ-
dunt et magr̃ dicit in lr̃a. ꝙ originale pccm̃
eſt ↄcupiſcẽtia. ⁊ hec nõ q̄cũq̄ꝫ ſed ↄcupiſcẽ
tia ꝑut claudit in ſe debite iuſticie carentiaꝫ.
hec aũt eſt ↄcupiſcẽtia imoderata ⁊ intenſa
adeo ut ſit carnis ad ſpũm pdñantia. ⁊ talis
ſemp eſt iuncta carẽtie debite iuſticie. ⁊ h̓ ꝙ
ineſt nobis ab origine dr̃ pccm̃ originale. et
hoc eſt qḋ dicit glo. ſup illud Beati quoꝝ re
miſſe ſunt iniq̇tates. Glo. iniq̇tatẽ dicit fo-
mitẽ qui añ baptiſmũ nõ tm̃ pena eſt ſꝫ cul-
pa. poſt baptiſmũ v̓o pena tm̃ ẽ ⁊ nõ culpa.
nõ. n. deletur ut oĩo nõ ſit ſed ut nõ ſit pccm̃
Concedẽde ſunt ergo rões que hoc oñdũt.
¶ Ad rões aũt ad oppoſitũ ſatis planũ eſt
rñdere per ea que dicta ſunt. ¶ Ad illud er
go quod obr̃ primo ꝙ peccatũ opatur ↄcu-
piſcẽtiã. dḋ ꝙ illud itelligitur de ↄcupiſcẽtia
quantũ ad actũ quã dr̃ opari mandatũ. qꝛ oc
caſionalr̃ excitat in nobis ipaꝫ ↄcupiſcẽtiam
que ſe hꝫ per modũ habitꝰ. ¶ Ad illud v̓o
quod obr̃ ꝙ cõcupiſcẽtia ẽ inflicta per pccm̃
dḋ ꝙ itelligit de ↄcupiſcẽtia ꝑut remiſſa. et
ſic ſortitur rõeꝫ pene. ⁊ hoc mõ nõ eſt origi
nalis culpa ſed ipſius ſequela. Et p hoc pꝫ
rñſio ad ſequẽs quod obr̃. ꝙ manet ſiml̃ cũ
gr̃a. nõ. n. manet ꝑut dictũ ẽ in opponẽdo ꝑ
ut intẽſa eſt. quia ſic dicit a ſe ꝑuerſionẽ ac p
hoc originalis iuſticie priuatõꝫ ꝑut ẽ remiſſa
p gr̃e pñtiã hoc nõ dicit. ¶ Et ſi obijcias ꝙ
magis ⁊ minꝰ ſpẽꝫ nõ uariant. dḋ ꝙ ↄ̃ſi illud
locũ hꝫ in naturalibꝰ. nõ tñ hꝫ locũ i morali-
bꝫ. qm̃ v̓tutes ⁊ uitia in moribꝰ attendũt pe
nes medianteꝫ ⁊ eius extrema que ſunt ſu-
perfluũ ⁊ diminutũ. et hoc nõ ſolum ueꝝ eſt
apud moralẽ phũm ſed etiã apud theologũ
qui dicit ꝙ amor creature citra deũ uel ſub
deo nõ eſt peccatũ mortale. ſi v̓o ſupra deũ
intẽdat mortale peccatũ efficitur. ¶ Ad illḋ
uero quod obr̃ ꝙ ↄcupiſcẽtia remiſſa iteruꝫ
põt intendi. dḋ ꝙ ↄ̃ſi intendi poſſit ⁊ inten-
datur hoc eſt per peccatũ actuale. ↄcupiſcen
tia uero intenſa non dicebatur eſſe peccatuꝫ
originale niſi prout ſic ↄtrahebatur a prima
origine. ⁊ qꝛ hoc nõ põt eẽ niſi ſemel q̄ tñcũ
q̄ꝫ ⁊ quotienſcũq̄ꝫ ↄcupiſcẽtia intendatur ori
ginale peccatum non iteratur.

Secũdo queritur circa hoc utrũ pec
catũ originale ſit ignorãtia. ¶ Et ꝙ
ſic uidetur. Super illu ps. Delicta
iuuentutis ⁊ ignorãtie mee. glo. Ignorantie
mee. i. originale peccatũ quod ẽ in paruulis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

paulo añ delicta ignorantie dicit ea que ſūt
in paruulis qui peccato originali tenentur.
¶ Itē Hug. in li. de ſacris. in. vij. pte. Ori
ginale peccatū ē uitiū qđ naſcendo acq̄rim⁹
per ignorātiā in mente ⁊ ɔcupiſcētiā carnis.
ergo uidetur ꝙ originale peccatū ſit ignorā
tia. ¶ ꝙ ſi tu dicas hoc eē dictū per cām. obui
at illud qđ dicit ɔñter hugo in pte eadē. Iſta
q̄ttuor mala in hoīe apparent. ſupbia. igno-
rantia. mortalitas. ⁊ ɔcupiſcentia. ſupbia mē
tis tm̄ culpa eſt. mortalitas carnis pena tm̄.
ignorātia uero culpa ⁊ pena. ſʒ nō ē niſi cul-
pa originalis. ergo ⁊c. ¶ Itē originale pccm̄
maxime hʒ deleri p fidei ſacr̄m. ergo dire-
cti⁹ opponitur ipi fidei que eſt in cognitiua.
q̄ȝ uirtuti exiſtenti alicui in affectiua. ſi er-
go ignorantia dicit priuatōeȝ v̄tutis dirigē-
tis cognitiuā. uidetur ꝙ peccatū originale ſit
proprie ignorātia. ¶ Itē pena r̄ndet culpe
Sed originali pccō proprie debetur pena ca
rētie uiſionis dei. ergo ſi hoc dicit priuatōeȝ
ex pte cognitiue. uidetur ꝙ ⁊ ipſū originale
ꝙ ſi hoc ueꝝ ē redit idē quod prius. ¶ Iteȝ
ſicut peccatū ē in ɔcupiſcēdo ea que nō ſūt
appetēda. ſic peccatū ē in diſcernēdo ea que
nō ſunt diſcernēda. ergo ſi habere neceſſita
tē ad ɔcupiſcēdū ē culpa. ſic habere neceſſi-
tatē ad diſcernēdū. ſed paruulus utrāq̄ȝ ne-
ceſſitatē hʒ ⁊ nō hʒ niſi originale. ergo ſicut
ponitur originale peccatū in paruulo eē ɔcu
piſcibilitas ſiue ɔcupiſcētia. ſic dʒ ēt poni eē
ignorātia. ¶ Sʒ ɔ̄. Beda dicit ꝙ ꝓpter pec
catū q̄ttuor ſunt nobis inflicta. ſ. ignorātia.
⁊ infirmitas ⁊c. ergo cū peccatū originale nō
dicatur infirmitas pari rōe nec ignorātia q̄ ē
pena pro ipſo inflicta. ¶ Itē aug. ad valen-
tinū. Ignorātia in his que ſcire nō potuerūt
pena eſt pcci. ſed ignorātia in paruulis ē in-
uincibilis. ergo uidet̄ ꝙ ſit pena ⁊ nō culpa.
maxīe cū uideam⁹ paruulos propter igno-
rātiā excuſari ab oī culpa. ¶ Iteȝ originale
peccatū deletur in baptiſmo. ſed eque bene
ē ignorās paruulus baptizatus ſicut nō ba-
ptizatus. ergo ignorātia eē nō pōt peccatū.
¶ Itē ſi aliq̄s ex aliquo actu ſuo cadat ī fu-
riā non dr̄ in eo eē culpa ſed pena. ergo pari
rōne ſi aliq̄s ex pccō primi parētis in igno-
rātiā cecidit. nō dʒ dici culpa originalis. ſed
eius pena. et pōt hic eē locus a maiori. quia
magis dʒ iputari ignorātia in culpā in quā
incidit ex actu proprio q̄ȝ ex actu alieno. ¶
Itē cū peccatū originale ſit ɔcupiſcētia ut ꝓ
batū ē ś. et aug. dicit. ſi eēt ignorātia cū ɔcu
piſcētia ⁊ ignorātia ſint diuerſoꝝ gñuȝ tūc ī
quolʒ eēt p̄ſalitas orig. aliū pccōꝝ qđ oñdet
inferius eē falſū. ¶ R̄ndēdū ꝙ ſicut ś dcm̄
fuit de ignorātia in adultis ipſā. ſ. nō eē pec
catū niſi prout hʒ uolūtatē ɔcomitātē ſicut
ecōtra cognitio nō ē virtus niſi ei ſit iuncta
affectio. ſic p hūc modū intelligēdū ē in pro-
poſito. ꝙ ignorantia ſi pure dicat neſciētiā
ſic tm̄ eſt pena. ſi uero dicat neſciētiā ut eſt
ɔiūcta ɔcupiſcētie ſic ē culpa. pro eo ꝙ talis
ignorantia oppoſitionē hʒ cū v̄tute ⁊ gratia
Grā. n. aduenīēs in aīaȝ nō ſolūmō rectifi-
cabit affectionē p charitatē ſed ēt cognitiuā
per fidē. nō. n. pōt dirigi uolūtas niſi pariter
dirigatur ⁊ rō ⁊ libertas arbitrij ſimul in rōe
⁊ uoluntate ɔſiſtit. Hoc ergo mō ɔcedi pōt
peccatū originale eē ignorātiā. et ſic intellr̄
magr̄ Hugo ⁊ glo. ⁊ procedūt rōes que ad
primā partē inducūtur. ¶ Ad illō tñ qđ obr̄
de carētia uiſiōis dei. dō ꝙ rō illa duplr̄ defi
cit. primū q̄dē q̄ carentia uiſiōis dei nō tātū
debetur pccīs q̄ reſpiciunt cognitiuā ſʒ etiaȝ
affectiuā cū uiſio eſt tota merces q̄ redditur
oībus uirtutib⁹ ex meritorijs opibus. Scdō
uero q̄ cū dicimus paruulos puniri carentia
uiſionis in hoc intellr̄ per ɔñs ꝙ priuētur ⁊
dote fruitōis ⁊ dote tentōis. ¶ Rōes aūt q̄ ad
oppoſitū inducūtur procedūt de ipſa igno-
rantia ꝑ ꝙ dicit purā neſcientiā. ⁊ ſic ē pena
nō culpa. ꝑ aūt ꝙ hʒ iūctā ɔcupiſcētiā culpa
ē. nec tñ ex hoc ſeq̄tur ꝙ in nobis ſint pl̄a
pccā originalia ſicut ɔcludit rō vltima ꝓ eo
ꝙ ubi ponitur unū propter alteꝝ ibi unum
tantū. cū ergo dicim⁹ ignorātiā rōe ɔcupiſcē
tie eē peccatū originale nō propter hoc po-
nim⁹ in nobis plura originalia differentia p
eſſētiā. ſed hoc ponimus. ꝙ cū originale ſit
unū deordinat ⁊ uitiat totā aīam non ſolū ꝑ
affectiuā ſed etiā ꝑ cognitiuā. ita tñ ꝙ prin
cipalius affectiuā. vñ magis notificatur ori-
ginale per ɔcupiſcentiā ⁊ debite iuſticie ca-
rentiā q̄ȝ per ignorantiaȝ. q̄ tam ɔcupiſcen
tia q̄ȝ debite iuſticie carentia notificant ipſū
originale ꝑ ꝙ eſt culpa. et ideo predicatur d̄
ipſo predicatione per eſſentiā. ¶ Ignorantia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

d

aũt notificat magis ꝙ̄ ꝙ eſt uitiũ cognitiuaꝫ
deordinãs. vnde magis predicatur de pccõ
originali ꝙ̄ ꝙ ipſa ignorantia peccatũ eſt p̄-
dicatione per cauſaꝫ q̄ꝫ per eẽntiam. et hoc
inſinuat ipſuꝫ v̄bꝰ Hug. cũ dicit ipſuꝫ ori-
ginale eſſe uitiũ quod ꝯximus per ignoran-
tiã. Hoc etiaꝫ declarat ipſe Anſel. in li. de
ꝯceptu v̄gi. vbi dicit ꝙ omne peccatũ ẽ iniu
ſticia. ⁊ oĩs iuſticia ⁊ iniuſticia in uolũtate ꝯſi
ſtit. Et ſic patet quid ſit originale peccatuꝫ
per eẽntiam. quoniã eſt ꝯcupiſcẽtia ⁊ debite
iuſticie carẽtia. Patet etiã quõ originale pec
catũ ab Hug. dicitur eẽ ignorantia. ⁊ p ꝯñs
ea q̄ ad utrãqꝫ partẽ ſunt adducta.

QVſequenter ꝯ tertiũ articulũ q̄rit
de v̄itate hũane nature. Et cũ duo
ꝯcurrant ad hoc ꝙ aliquid dicatur
de v̄itate hũane nature. materia. ſ. ⁊ forma.
ad quartũ libꝝ ſpectat dicere de v̄itate hũa
ne nature ex parte forme ubi agitur de rõe.
Ad hũc uero locũ ſpecat inquirere de v̄itate
humane nature ex parte materie. Inquirit
utrũ mat̃ialr̃ aliquid extrinſecũ in v̄itatẽ hu
mane nature poſſit trãſire. ¶ Circa hoc er
go duo querẽda ſunt. ¶ Primo q̄ritur utrũ
aliquid tranſeat in v̄itatẽ humane nature p
actũ gñatiue. ¶ Secũdo queritur utꝝ aliq̄d
trãſeat i v̄itatẽ nature hũane p opꝰ nutritiue

CIrca primũ ſic ꝓceditur ⁊ queritur
utrum aliquid tranſeat in ueritatẽ
humane nature p actũ generatiue
Et ꝙ nõ uidetur. primo auctoritate doctoꝝ
auctenticoꝝ. ſ. magr̃i ſñiarũ ⁊ Hug. Ait. n.
magiſter in lit. ſic. Omne quod in humanis
corporibus naturalr̃ eſt deſcẽdit a primo pa
rente lege propagatõis ⁊ in ſe actũ ⁊ multi
plicatũ eſt nulla exteriori ſubſtãtia in id trã
ſeunte ¶ Similiter magr̃ Hugo de ſancto
vic. in fine ſexte partis. De ſubſtãtia coſte
in ſe diuina uirtute abſqꝫ extrinſeco addita
mẽto multiplicata corpus mulieris factũ eſt
quẽadmodum poſtea naturã humanã a pri
mis parentibus in ſequentẽ generationẽ ſe-
minatam a modico iam in tantũ multiplica-
tam cernimus ut multa hominũ millia ex eo
iam excreuiſſe uideamus. ¶ Item hoc ipm
oſtenditur ſm auctoritatẽ ſanctoꝝ. Dicit. n.
Anſel. in li. de ꝯceptu uirginali. c. ij. loquẽs
de primis parentibꝰ. Quia tota humana na
tura in illis erat ⁊ nihil extra ipos erat tota
infirmata eſt ⁊ corrupta. Et quod maius eſt
Aug. ix. ſuper Gen. ad lit. dicit ꝙ nos fui-
mus in adam ſm rõem ſeminalem ⁊ ſm coꝛ
pulentã ſubſtantiã. caro autem xp̄i fuit ſolũ
ſm corpulentaꝫ ſubſtantiam. ꝙ ſi hec uera
ſunt ꝙ tota caro ⁊ omniũ poſteroꝝ caro fu
it in adam. ergo nihil extrinſeci per uirtutẽ
generatiuã tranſit in ipaꝫ. ¶ Item uidetur
hoc auctoritate euangeliorũ. Mathei. xv.
Omne quod per os intrat in uentreꝫ uadit
⁊ in ſeceſſuꝫ emittitur. ergo non uidetur ꝙ
ex aliquo quod ab homine comeditur ꝑlis
corpus ꝯſtituatur. Et Math. vij. Omne ex
trinſecũ introiens in hominẽ non poteſt euꝫ
coinquinare. quia non intrat in cor ſed in uẽ
trem et in ſeceſſum exit purgans oẽs eſcas
Ibi glo. Quãuis tenuiſſimus humoruꝫ ⁊ li-
quens eſca cum in uenis ⁊ artubus decocta
fuerit et digeſta per occultos meatus quos
greci poros uocant ad inferiora dilabitur et
in ſeceſſum uadit. ¶ Item hoc ipſum uide-
tur rõne. Primo per ueritatẽ generationis.
generare eniꝫ eſt de ſui ſubſtantia aliquam
producere. Si ergo omnes uere ⁊ recte di-
cuntur ab adam geniti ⁊ filij ade. omnes ſu
mus de aliquo quod eſſet eius ſubſtantia ꝓ
pagati. ſed qua rõne manus mea uel pes ad
membruꝫ conſtitui habet ex eo quod fuit in
adam. eadẽ rõne ⁊ ſingula membra. uidetur
ergo ꝙ totum corpus cuiuſlibꝫ hominis ex
ade ſemine fuit conſtitutũ. et hoc ſi nihil ex
trinſecũ tranſit in ueritateꝫ humane nature
per actũ uirtutis generatiue. ¶ Iteꝫ hoc ipꝫ
uidetur per legem cognatõis. quoniã ſtipes
non poteſt ꝯtrahere cum aliquo ex ipſo pro
cedẽte. nec aliqui approximãtes ſtipiti pñt
adinuicem ꝯtrahere. hoc autem non eſt niſi
propter unitatem carnis ⁊ ſanguinis. ergo
uidetur ꝙ non de ſuperfluitate nutrimenti.
ſed de ſubſtantia patris proles generetur. ⁊
non ſolũ de ſubſtantia patris proximi. imo
etiã patris remoti. alioquin uana erit lex co
gnationis. quod non ſolum eſt contra ueri-
tatem ſacre ſcripture. imo etiã ꝯtra dictamẽ
nature. ¶ Item hoc ipſum uidetur per ꝯdi-
tionẽ reſurrectõis. Neceſſe eſt eniꝫ unicuiqꝫ
anime propriũ corpus reddi. eſto ergo ꝙ ali
quis nutritus de carnibus humanis generet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prolem. ſi ſemen illud de alimēto ſumptum
eſt cū huius alimentū eēt de veritate alteri⁹
corporis hominis rediret ad primū corpus.
ergo iſte nō reſurgeret qui gn̄atus ē ex illo
ſemine. ergo anima priuaretur proprio cor-
pore. ſi ergo hoc eſt impoſſibile reſtat ⁊ illō
ipoſſibile eē. ſ. q̄ aliquid extrinſecū tranſeat
in ſemine. Augetur etiā qō in primo pente
deciſum fuit ſe ipſo. nō alterius appoſitōe.
¶ Sed ꝯ. Phūs in li. de aīalibus dicit q̄ ſe-
men eſt ſuperfluitas ultimi cibi. ſi ergo me
dicis in his que ſunt circa ſuā ſciaꝫ credēdū
eſt. ⁊ naturalibus ſimiliter in his que dicunt
circa ſuā ſciam credendū eſt. ergo cū deter-
minare de generatōe hois pertineat ad phi
loſophū naturalē. credendū eſt ei q̄ ſemē ſit
ex ſupfluo nutrimēti ſic q̄ aliquid extrinſe
cū in ṽitatē humane nature poſſit tranſire.
¶ Itē cū ſuper illud Luce. xj. Btūs uēter ⁊c
¶ Itē uel ex eodē fonte ⁊ lac nutriendis et
ſemen procreandis pueris emanat. de ſeie
ergo uirginis potuit ꝯcipi qui de eius lacte
potuit nutriri. ¶ Item aug. in li. de ṽa reli.
Alimenta corpori non apta per ꝯgruos me
atus eijciūtur quoꝝ aliud redditur fetulētiſſi
mū terre ad alias formas aſſumendas. aliud
per totū corpus exalat. aliud totius aīalis la
tentes nūeros accipit ⁊ inchoatur in proleꝫ.
nūeros etiam uocat ſeminales rōnes. p iſtā
auctoritatē expreſſe colligitur q̄ ſemen ſit
ex alimento. ¶ Si forte tu dicas q̄ aug. in-
telligit quantū ad partē ſeminis ſm materiā
Obuiat ipſa auctoritas que dicit q̄ alimētū
accipit numeros. i. rōes ſeminales. illa enim
pars dicitur eſſe pars ſm ſpēm ſupra quaꝫ
fundatur uirtus actiua ⁊ ꝯuerſiua. In eadē ēt
auctoritate ſubiungit q̄ ex illo alimento ſic
traducto omnia membra formantur. ⁊ planū
eſt ſm medicos q̄ membra radicalia ex par
tibus ſm ſpēm hn̄t formari ſiue ex humore
radicali. ¶ Itē hoc ſpm uidetur rōe. Omne
augmētū quod fit per naturā uel fit per ra-
refactionē. uel fit per additioneꝫ. ſi ergo ex
illo ſemine quod ab adam deciſum fuit oēs
homines naturalr̄ producti ſūt neceſſe ē illō
eē auctū uel per rarefactionē. uel per additio
nē. ſed per rarefactionē nō poſſet. q2 nec tot
atomi fuerunt in illo ſemine quot homines
ſunt in eo producti. ſi ergo auctū eſt hoc ē p

additōeꝫ. aliquid ergo extrinſecū intrat in ſe
minis humani ꝯſtitutione. ¶ q̄ ſi tu dicas ter
tiū modū augendi eē per multiplicationē na
ture poſſibileꝫ. Obr̄ ꝯtra hoc per Hug. de
ſancto vic. qui dicit q̄ facere aliquid in ma
ius ſm ſubāꝫ ⁊ quantitatē ſine appoſitione
hoc eſt ſoli deo poſſibile. ¶ Itē impoſſibile
ē aliquē per uirtutē nutritiuā nutriri niſi ap-
ponatur aliquid extrinſecū per quod q̄s nu
triatur. ergo pari rōne impoſſibile eſt ṽtutē
augmētatiuā augmētare ſubām niſi addat
aliquod extrinſecū per quod augmentetur.
aut ſi pōt in ſe ipſo augmētari quare n̄ pōt
p ſe ipſū nutriri. ¶ Itē de nobilitate augm̄
tantis eſt q̄ poſſit aliā materiā ad ſe ipſꝫ tra
here ⁊ in ſe ꝯuertere ſicut ignis conuertit in
ſe aerē. ſi ergo potētia generatiua in homie
ꝯpleta eſt ⁊ perfcā. ⁊ rō ſeīalis in eo maxīe
eſt actiua. uidet̄ q̄ poſſit agere in extriſecā
materiā ⁊ in ſe ꝯuertere. ⁊ rōem ſeminalē ei
ꝯmunicare. ⁊ ſi hoc. per op⁹ ṽtutis gn̄atiue
in ueritateꝫ humane nature poteſt aliq̄d ex
trinſecū tranſire. ¶ R/. Intelligendū eſt hic
q̄ ſicut expreſſe pꝫ in lr̄a opinio magr̄i ſen
tētiaꝝ fuit q̄ nihil extrinſecū in ueritatē hu-
mane nature tanſeat per gn̄ationē. hec autē
poſitio multū apparet eē probabilis. multū
ſi quis attendat uerba ſcōꝝ. ⁊ ſimul cūꝫ hoc
ꝯditionē reſurrectōis ⁊ legē cognatōis. hanc
ergo poſitionē quidā ſuſtinuerūt dicentes q̄
talis multiplicatio ſine extrinſeci appoſitiōe
in humana natura ſit per uirtutē ſupnaturalē
Alij q̄ hoc fit per uirtutē ſupercelestē. Ter
tij q̄ hoc fit pe uirtutē elemētarē. Primi di-
xerūt q̄ ſicut ds ſibi refuat aīaꝝ creationeꝫ
ppter eaꝝ imortalitatē. ſic ēt ſubāꝫ corpoꝝ
humanoꝝ multiplicat ⁊ augmētat ſine addi
tōe extrinſeca ſicut multiplicauit panes euā
gelicos. ⁊ ſicut multiplicauit coſtā ṽ qua for
mata ē eua. ⁊ hoc quia corpora humana ſūt
ad imortalitatē ordinata. nō tn̄ dicitur face-
re mirabilia ſic multiplicādo. quia hoc facit
quaſi faceret per naturā. natura enim alēdo
⁊ nūtriedo quaſi fouet extrinſec⁹. ſed deus ē
qui nutrimētū pſtat intrinſecus. huic aūt mō
dicēdi obuiat ⁊ ſenſus ⁊ rō ⁊ auctoritas. Sē
ſus obuiat. q2 ſic uidemus hoiem ex homīe
produci ſicut aſinū ex aſino ⁊ ſicut plantaꝫ
ex planta. ſi ergo alia corpora naturalia ſūt

ex materia addita et ſenſus noſter fallitur.
vidẽdũ ē ſimiliter eē circa corpora hũana.
Ratio etiã obuiat. qꝛ nõ ē gñatio naturalis
niſi ea in qua natura eſt uere agẽs ⁊ uere ꝓ-
ducẽs ſibi ſimile. Si ergo mł̃tiplicatio hoīs
ex hoīe eēt ꝑ v̾tutē ſupra naturã ⁊ nõ ꝑ v̾tu
te ipiꝰ nature. gñatio hoīs ex hoīe ñ eēt na-
turał̃. ⁊ ſi hoc ñ eēt gñatio v̾a. Repugnat ēt
autoritas. dicit. n. aug. x. ſup gñ. ad lit. ꝙ fui
mꝰ i adã ꝑ corpulẽtã ſubãꝫ ⁊ ꝑ rõneꝫ ſeialē.
xp̄s tñ ꝑ corpulẽtã ſubãꝫ. ſꝫ ſi corpa noſtra
educerēt̃ ex ſeie ade ꝑ v̾tutē ſ̾ naturaꝫ iã in
ip̄o deberēt dici ſicut ⁊ xp̄s eē ſolũmõ ꝑ cor
pulẽtã ſubãꝫ ñ ꝑ rõeꝫ ſeminalē cũ ſeialis rõ
dicat uim actiuã ¶ Alij uero ſuſtinēt p̄dcãꝫ
poſitionē dicẽtes ꝙ talis multiplicatio eſt ꝑ
uirtutē ſupra celeſtē. corpus. n. quinte eēntie
ſiue luminoſũ natũ ē ex ſe emittere lumē ⁊
ſe ip̄ꝫ multiplicare nõ adducẽdo naturã luīs
ex illo corpe quod illuīat ſed ſimul multipli
cat materiã ⁊ formã. ſic ⁊ in ꝓpoſito dicere
uoluerũt ꝙ qꝛ in natura hũana multũ eſt de
natura quinte eēntie põt ſe in ſe ip̄a multi-
plicari. Obuiat etiã huic mõ dicẽdi ſenſus ⁊
rõ ⁊ auctoritas. Senſus qꝛ nullũ corpꝰ celeſtē
multiplicat lumen ſuũ in ſe. ſꝫ ſi multiplicat
multiplicat ex̾ ſe ⁊ in materia extrinſeca. et
iteruꝫ nõ uidemus ꝙ ſol multiplicãdo gñet
ſolē uel producat ſolē. ergo ſi ſꝫm naturam
celeſtem attenditur iſta multiplicatio in hu-
mano ſemine nec multiplicatur in ſe ipſo ni
ſi ab aliquo extriſeco ſupaddito. nec ex tali
multiplicatõe homo ꝓducitur ab hoīe ſicut
nec ſol a ſole. Rõ etiã obuiat qm̃ multipli-
catio per uirtuteꝫ creata eſt ab aliquo ſimili
actiuo. ſi ergo forme tm̃ eſt agere. ⁊ forma
nõ aſſimilatur materie ſed alteri forme im-
poſſibile eſt ergo aliquid multiplicari ꝑ uir-
tutē creatã quãtũ ad principiũ materiale nec
materiã elemẽtarē nec materiã celeſtē. Au-
ctoritas etiã repugnat. qm̃ lumen egrediẽs
a corpore luminoſo corpus nõ ē nec hꝫ in ſe
materiã. ⁊ hoc ſ̾ planius oñſuꝫ fuit. di. xiij.
vbi ⁊ auctoritates ad hoc inducte ſunt. diffi
cile ē etiã explicare ſꝫm iſtã poſitionē qualr̃
natura q̇nte eēntie intret ↄſtitutionē humãe
nature. et niſi hoc ſane intelligatur ſicut ex
planatũ fuit ſ̾. di. xvij. nõ põt de facili ſuſti-
neri ¶ Tertij v̾o ſuſtinēt ꝙ talis multipli-
catio fit ꝑ uirtutē inferioris nature ↄcurrẽte
ſimul potentia ſuſceptiua ex parte materie
⁊ actiua ex parte forme. materia eni quantũ
eſt de ſe non hꝫ extẽſionē. ſꝫ ꝙ extendatur
tm̃ uel plus hoc eſt rõne forme ſibi adiuncte
vnde quãtũcũqꝫ paruꝫ ponatur de materia
ī aliquo corpore capax eēt ualde magne ex
tenſionis ſi eēt aliquod agens qd̄ poſſꝫ for-
mã tante extẽſiõis imprimere. ex parte v̾o
forme eſt ibi potẽtia multiplicãdi ſibi ſimile
Et hinc ē ꝙ cũ ſemē adiuuatur ⁊ ↄfouetur
per alimentũ extrinſecũ uis illa ſeminalis in
ſua materia põt ſeip̄am multiplicare ⁊ cre-
ſcere nullo repugnãte. et ideo nõ opꝫ aliq̇d
extrinſecũ in ueritatē humane nature tranſi
re. Et hoc uidetur aug. ſẽtire cũ dicit ꝙ ex
vno ſemine ſegetũ ⁊ ſilue ſiluaꝝ. populi po
puloruꝫ educi poſſunt. ita ꝙ nihil reperitur
poſtea in omnibus illis quod prius nõ fuerit
inuiſibiliter in illo ſemine primo. Huic poſi
tioni etſi rõnabilior ceteris uideatur. nihilo-
minꝰ tamē ſicut predictis repugnat ſenſus.
rõ. ⁊ auctoritas. Senſus quideꝫ primo repu
gnat. naꝫ ſi in his que generãtur fieret cre-
mentũ per multiplicatõeꝫ abſqꝫ additamẽto
tunc mũdus eēt multo maior q̃ꝫ fuerit a pri-
cipio. et uiſibilr̃ creſceret quotidie. nõ. n. dici
poſſet ꝙ per reſolutionē decem genera fru
mẽti reducantur ad unũ. Ratio ēt repugnat
quia materia nõ ē ſubiectũ trãſmutatõis niſi
ſub aliquo eſſe. vñ etſi materia corporaliuꝫ
per intellectũ abſtrahi poſſit a forma corpa
liũ. nunq̃ꝫ tñ ꝑ uirtuteꝫ alicuius creature põt
expoliari omni extenſiõe uel forma corpea
Propter quod in pluribus locis dicit aug. ꝙ
impoſſibile eſt ex corpore fieri ſpiritum. et
ſuper Gen. ad lr̃am. ⁊ in li. de imortalitate
anime. Si ergo hec materia ſub tali eſſe hꝫ
ſtatũ ⁊ determinationē in ſua extenſione ul
tra quã natura non põt procedere pro eo ꝙ
ſicut dicit phũs. omniũ natura ↄſtantiũ ter-
minus eſt ⁊ ratio magnitudinis ⁊ augmenti
Et alibi ꝙ ex uno pugillo terre poteſt ge-
nerari ignis in millecupla ꝓportiõe. ex uno
tamen pugillo nõ pñt gñari niſi. x. aque. et
ſi hoc inq̃ꝫ ita eſt. impoſſibile eſt ponere ꝙ
aliqua res corporalis in ſeipſa augeat̃ abſqꝫ
rarefactione ⁊ alterius appoſitiõe. hoc dico
opatõe nature. et attendendũ eſt hic ꝙ lõge

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliter loquendū ē de materia ſm eēntiam. ⁊
ſm eſſe ſuū ſiue ſm ſubām. nec eſt dicendū
ꝙ tm̄ ſit de materia in uno puo lapide ſicut
in vno monte. loquendo ſm eſſe ſiue ſubāʒ
q̄uis in materia ſm eēntiā nō ſit ꝯſiderare
tantū ⁊ quantū. Et ſic ratio nō ꝯcordat huic
poſitioni. Auctoritas etiā obuiat. dicit enim
Hugo in. vj. parte. vbi diſtinguit ſex opa
quoꝝ primū ē de nihilo aliq̄d facere. Scðm
eſt de aliquo aliq̄d facere ſm ſubāʒ ⁊ q̄ātita
tē in maius. Tertiū ē opus de aliquibus ali
quid facere ſm ſubāʒ ⁊ quātitate in minus.
Quartū opus eſt de aliquo aliqua facere. n
tū̄ ſm ſubām ⁊ quātitate in maius. Quintū
opus ē de aliquibus aliqua facere. nō tn̄ ſm
ſubāʒ ⁊ quātitatē in minus. Sextū opus eſt
de aliquo nihil facere. De his ſex generibꝰ
opeꝝ ſubiūgit ꝙ primū opus ⁊ ſecūdū ⁊ ter
tiū ⁊ ultimū ſunt ſoli deo poſſibilia. cū ergo
talis multiplicatio ut ibidē dicit ptineat ad ſe
cūdū genus operis. nō ergo fiet ſm v̓tutem
nature inferioris. ꝙ ſi iſta auctoritas n̄ ſuffi
cit oñdit hoc auctoritate aug. v. ſup gñ. ad
lit. circa finē libri. vbi ſic ait. Jlla q̄ pducitur
ex ſeie in ſeie oīa fuerūt primitus. nō mole
corporee magnitudinis ſed ipotētia cāli. nā
illa magnitudo copia terre humoriſq̄ꝫ ꝯge
ſta eſt. ſed illa in exiguo grano mirabilior
pſtantiorq̄ꝫ valuit adiacēs humoꝝ ꝯmixtus
terre tanq̄ꝫ materies uerti in ligni illius qua
litatē ⁊ in ramoꝝ diffuſionē. in folioꝝ uiridi
tatē. non ergo ſemen in ſemetipo augetur
ſine alterius appoſitōe. Adhuc expreſſius ӡ
Gen. ad lit. in fi. decimi. Quid abſurdiꝰ q̄ꝫ
putare ullū eē corpus manēte ſue nature q̄n
titate qđ vndiq̄ꝫ creſcat niſi rarefiat. ergo ſi
quātitas ſeis deciſi manet ⁊ nō rarefit ⁊ vn
diq̄ꝫ creſcit. hoc nō poteſt eē ſine appoſitōe
materie niſi hoc fiat mirabilr̄. Quocūq̄ꝫ ergo
predcōꝝ modoꝝ ſuſtineatur opinio magr̄i
ſiue ēt oēs modi ꝯſentur in vnū. ſiue per ſe
quilʒ adaptetur. plurima occurrunt difficilia
propter que multi recuſant opinionē magr̄i
ſuſtinere in parte iſta. ¶ Secunda opinio
circa iſtā poſitionē eſt aliquoꝝ ſequētiū v̓ba
naturaliū ⁊ medicoꝝ ⁊ dicentiū ꝙ mediante
uirtute generatiua nō ſolū aliq̄d tranſit i v̓i
tateʒ humane nature. imo tota v̓itas prolis
generate eſt ex extrinſeco addito. quia eſt
ex ſupfluo nutrimēti. hoc aūt dicūt eē. quia
modus operādi eſt ordinatus ⁊ delectabilis
⁊ expeditus. Ordinatus quia ibi incipit ope
ratio generatiue ubi ceſſat opatio nutritiue.
natura enim per prius intendit ſibi q̄ꝫ alij. ⁊
ideo materia generatōis ē ſupfluitas ultimi
cibi que quidem etſi ſit ſuperflua operi nu
tritiue. eſt tn̄ neceſſaria opi generatiue. Mo
dus etiā iſte ē delectabilis. qm̄ natura dele
ctatur in emiſſione ſupflui ⁊ triſtatur ⁊ dolet
in emiſſione neceſſarij ⁊ ſibi ꝯiūcti. Si ergo
natura maxīe delectatur in ope gñatiue ma
teria gñatōis ē ex ſupfluo nutrimēti. Mo
dus etiā iſte ē expeditus. qꝛ cū tertiꝰ cibꝰ ſit i
potētia pxīa ut ꝯuertatur in ſingula mēbra.
ſi natura vʒ ex aliquo hūore fabricare corpꝰ
fabricabit ex illo. ſʒ cū nō fabricet ex neceſ
ſario reſtat ꝙ fabricat ex ſupfluo. Qm̄ er
go natura opatur q̄ꝫto pōt breuiꝰ ⁊ delecta
biliꝰ ⁊ ordinatiꝰ. ideo dicūt talē modū pceā
di. ſ. ex ſupfluo nutrimēti maxīe eē ꝯuenietē
nature. Couēit etiā ut dictū ē hoc diſpoſitōi
diuine ⁊ ordinatōi corpoꝝ ad reſurrectionē.
cū. n. ſemē nō reſurgat in generāte ſʒ in ge
nito nō uidetur hūor ille fuiſſe de v̓itate ge
nerātis ſʒ potius ex humidi ſupfluitate. Lʒ
aūt hic modus dicēdi multū uideatur pbabil̓
attēdēti v̓ba phi. obuiat tn̄ ei ſicut ⁊ alij mō
dicēdi ⁊ ſenſus ⁊ rō ⁊ auctoritas. Sēſus q̄dē
qꝛ uidemꝰ plē aſſimilari pauo. ⁊ ſicut aſſimi
latur pauo ita pōt aſſimilari ei q̄ pceſſit uſʒ
ad gnatōeʒ decimā. ergo ⁊ ſic deinceps. er
go uidetur ꝙ aliq̄d ſit in iſto filio traductū a
primo parēte. ⁊ iteꝝ cū videamꝰ hoieʒ ex co
itu attenuari ⁊ ex frequētatōe talis actꝰ mor
tē accelerari. uidetur ꝙ nō ſoluʒ in ſeie fiat
ſupflui emiſſio. imo etiā ꝙ alicuius humidi
radicalis. ⁊ ita ples nō tm̄ eſt de ſupfluitate
alimēti ſʒ etiā de ueritate generantis. ¶ Rō
etiā obuiat. qꝛ ſi ſolū eēt ples de ſupfluitate
cibi pr̄is nec eēt uera gñatio cū gñatio ſit d̓
ſubā generātis. nec eēt uera cognatio. imo
magis attineret hō porco de quo ſūptū ē nu
trimētū q̄ꝫ pr̄i generāti. ¶ Auctoritas etiam
repugnat. qm̄ expreſſe dicit aug. ſup gñ. ad
lit. ꝙ oēs fuimꝰ in adā ſm corpulētā ſubām
⁊ ſm ſeialē rōeʒ. Et qđ maius ē apo. dicit ꝙ
oēs i adā peccauimꝰ ⁊ ꝙ Leui in lumbis erat
Abrae q̄n decimatꝰ fuit. ad heb. vij. Ex hac

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ergo poſitiõe ſi ptractet̃ ſequi uidetur q̃ ſi
oio ples eſſet de ſupfluo nutrimẽti nõ eſſet
generatio nec cognatio uera. Ex pcedenti
uero ſi ponatur q̃ nõ de alimento tranſit in
prolez. ſequi uidet̃ q̃ non ſit gñatio natural̃
Si ergo p certo habendũ eſt q̃ gñatio hoïs
ex hoïe ⁊ uera eſt ⁊ naturalis neceſſe hẽmus
uiã mediã int̃ utranqʒ harꝫ põnuz tenere ut
dicam⁹ q̃ aliq̃d de ſupfluo nutrimẽti trãſit
in ſemẽ. nec tñ oio ſemen eſt de ſupfluo nu
trimẽti. imo aliq̃d eſt ibi de humido radicali
et ex vtroqʒ hꝫ ſemen ppagari. vñ ſicut ui-
demus circa nutritiuã q̃ eſt hũiditas radica
lis ⁊ nutrimẽtalis utpote illa q̃ fluit. et ſic in
telligendũ eſt circa uim gñatiuã. q̃ in ipa eſt
aliqua humiditas radicalis. et etiã aliqua flu
ens ⁊ refluens. et in gñatõe prolis una cur-
rit cũ alia. Tranſmiſit ergo adaz qñ gñauit
primũ filiũ aliq̃d de illa radicali hũiditate. et
illud modicũ p uirtutem nature toti corpori
filij fuit ꝯmixtũ ꝯmixtione pfcã. qꝛ ibi nul-
lã ptes erat ſignificare in corpe filij in qua ñ
eſt aliq̃d de illo hũido qd̃ a p̃re traduxit. Si
ergo fili⁹ ade in generãdo prolẽ ſil̃r aliq̃d de
ſcĩdebat de ſuo humido radicali neceſſe erat
q̃ aliq̃d trãſmitteret de eo qd̃ ſũpſat a p̃re.
et ſic deinceps. et p tanto dicuntur oẽs fuiſſe
in adam. nõ qꝛ ibi fuerit total̃r materia oĩuꝫ
nr̃oꝝ corpoꝝ. ſꝫ qꝛ ibi erat aliquãta materia
⁊ rõ ſeialis ſiue potentia ſeis ꝯuertẽdi ad ſe
materiã. ita ut ſufficeret ad oĩuꝫ pcreationẽ
addito ſibi illo in quo poſſet ſe multiplicare
Et ẽ exẽplũ ſi aliq̃s hr̃et fermẽtũ qd̃ ꝯmi-
ſceret ꝯmixtione pfcã toti paſte. nihil fieret
de illa totali paſta fermentata qd̃ non diceret̃
fieri de illa paſta. et ſimil̃r ſi illa paſta ꝯmi-
ſceretur adhuc alij maiori paſte. et ſic pcedẽ
do quaſi innumerabil̃r panes fermẽtati poſſẽt
fieri ex modico fermento p appoſitionẽ rei
fermentabilis. Sic ⁊ in propoſito ex modico
ſeïe p appoſitõez humoris ſuſceptibilis rõ
nis ſeialis pñt innumerabiles hoïes ppagari.
⁊ iſte modus ſatis ꝯſonat rõi. nec repugnat
uerbis phi. ⁊ ſumptus ẽ ex uerbis aug. ſicut
pꝫ aſpiciendo auctoritatẽ pri⁹ poſitã q̃ ſum-
pta ẽ de li. de uera reli. q̃ alimẽtũ accipit la-
tẽtes numeros toti⁹ aĩalis ⁊ inchoatur in plẽ
Et modũ explicat in fi. ſexti ſup gñ. ad lit.

ſicut pꝫ in auctoritate prius poſita vbi oſtẽ
ditur q̃ ex modico ſeïe generatur arbor ma
gna. Huic ergo mõ dicẽdi tãq̃ʒ magis intel
ligibili ⁊ magis ꝯſono phie ⁊ ſacre ſcripture
magis adhereo. Credo. n. btũm aug. hoc ſen
ſiſſe ſicut ex uerbis eius poſſum colligere.
et ſm hũc modũ ſaluatur ueritas cognatõis
⁊ gñatõis pro eo q̃ aliquid radicabile a pa-
rente traducitur ĩ prolẽ. Suſtinetur nihilomi
nus generatio ⁊ ppagatio eẽ naturalis. quia
hoc fit p alimẽti additionẽ. et ideo ꝯcedẽda
ſunt rõnes oſtendẽtes q̃ aliq̃d de alimento
tranſit in ueritatẽ humane nature mediãte
opere nature. qꝛ nõ ſolũ illud radicale quod
a p̃re deciditur fit de ueritate prolis ſed etiã
illud cũ alimẽto ſupfluo ſibi iũcto. ita q̃ illõ
qd̃ erat ſupfluũ uni ſit neceſſarium alteri.
vtrũq̃ʒ enim erat fundamentũ fabrice totius
corporis generati. ¶ Ad illud autẽ qd̃ pri-
mo obĩ̃ in ꝯ̃rium de auctoritate Aug. ⁊ ma
giſtri. Dĩ q̃ v̄bis eoꝝ coĩter magni nõ aſſẽ-
ſerunt. nec ego ipſos bñ intelligo. nec tamẽ
affirmo illos ueꝝ dixiſſe. ſꝫ magis intelligo
aliã oppoſitionẽ. ¶ Ad illud aũt quod obĩ̃
de auctoritate Anſel. ⁊ aug. iam patet rñſio
dicũt. n. q̃ in adã fuim⁹. qꝛ nõ nulla alia ma
teria ꝯuerſa ſit in corpus nr̃m niſi illa q̃ fuit
in adã. ſꝫ ſiqua alia ꝯuerſa eſt hoc nõ ẽ niſi
p ꝯmixtione cũ illo quod ab adã fuit deciſũ
¶ Et ſi tu dicas q̃ ipſe Anſel. dicit q̃ total̃r
hũana natura erat in adã. Dĩ q̃ hoc nõ dicit
quãtũ ad exñtiã poſſibilẽ ſꝫ q̃ꝫte ad exñtiã
actualẽ q̃ nihil actu erat de ueritate hũane
nature niſi quod in adam erat. aliquid tamẽ
poſſibile erat ad v̄itatẽ humane nature ſed
in operatõe ⁊ uirtute carnis ade. ¶ Ad illõ
quod obĩ̃ de auctoritate euangelica ⁊ ĩ glo.
Dicẽdũ q̃ hoc nequaq̃ʒ intelligit nec uult di-
cere q̃ homo totũ egerat quod mãducat. ſꝫ
qꝛ in illo qd̃ mãducat fit ſeparatio puri ab
impuro p digeſtiones interius factas. et pu-
rum interius retinetur. ⁊ impurum exterius
expellitur. ⁊ pro tanto dicebat dominus q̃
nihil quod in os intrat hominẽ coinquinat.
⁊ ſic uerſſimũ eſt uerbum domini ſm q̃ ua
let ad propoſitũ. poſſꝫ tñ dici q̃ ſeceſſus ibi
uocatur non tm̃ uia inferior per quaꝫ currũt
egeſtiones ſed omnes meatus ſubtiles per

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quos ſit ciboꝝ decolatio. ⁊ glo. ponit ꝙ gre-
ci uocant illos poros. et ita non ſequitur ꝙ
totū alimētū exeat exterius ⁊ nihil de illo i
ueritatē prolis pertrāſeat. ¶ Ad illud quod
obr̄ ꝙ generatio eſt de ſubā generātis. iam
patet rñſio. dico enim ꝙ aliqd de radicali
hūiditate parentis tranſit in plē. ⁊ rōe illi⁹
ſaluatur ueritas generatōis. nec tñ oportet
ꝙ ſit idētitas ſm totū generantis ad gene-
rati. ſicut enim generans nō dat ſe totū ſed
partē ſui. ſic ⁊ genitus nō exiuit a generāte
ſm totū ſed ſm aliquā partē. nec illud totuꝫ
quod a generāte traxit fuit radicale ipſi ge-
neranti. ſed aliquid eſt additū radicali ut poſ
ſit augeri. ¶ Ad illud quod obr̄ de lege co-
gnationis iam patet rñſio. ita bene enim ſal
uatur lex cognatiōis ſi traducitur filius a pa
tre trahendo ab ipſo humorē radicaleꝫ cum
additione extrinſeci ſicut ſi de extrinſeco ni
hil adderetur. imo multo uerius. additio. n.
extrinſeci facit ut linea ꝯſanguineitatis ali-
quando terminetur. ⁊ qui magis diſtāt a ſti
pite minori ꝯſanguineitatis uinculo ꝯiungā
tur. Et ſi obijciat ꝙ ſi traducitur aliquid de
radicali ꝙ pari rōe poſſet totum traduci. et
ꝙ ſit neceſſe illud eē multiplicatū in ſe cum
etiam tot atomi non fuerint in corpore ade
dicendū ꝙ ſemen ⁊ eſt quantū mole ⁊ q̄ꝫtuꝫ
uirtute. quantitas uirtutis ſe tenet ex parte
forme. et poteſt dici ratio ſeminalis. et hoc
cum ſit forma multiplicabilis eſt. hoc eſt po
teſt ſibi ſimilē inducere in materiā ſibi appo
ſitā. Quantitas uero molis ⁊ licꝫ parua ſit.
poteſt tamē adeo extendi ut ꝯmiſceatur ual
de magne quantitati per eam materiā qua
omne corpus in infinitum diuiſibile eſt. ⁊ ſic
magne quantitati pōt ꝯmiſceri ⁊ totuꝫ tra-
here ad naturam ſuam et ex illa totali quā-
titate poteſt aliquid fieri quod non fieret de
primo ſemine per ſe. et quecūqꝫ fiāt ex illa
totali quantitate dicuntur facta per ſe. nec
tamen oportet ibi diſtinguere diuerſas ptes
ex quibus diuerſa fiāt in illo ſemine primor
diali ſed ſolum in proximo pro eo ꝙ illud
per additionem ſuperflui nutrimēti adauctū
eſt. ¶ Ad illud quod obr̄ de lege reſurrecti
onis reſpondent aliqui ꝙ homo non poteſt

generari de carnibus alterius hominis pro
eo ꝙ alimentuꝫ illud quod ꝯuertitur in ſem
debet eē in potentia reſpectu eius in quod
ꝯuertitur. caro autem hominis ſm ſpēm eſt
in actu. et ideo non poteſt in aliū hominem
tranſmutari. ¶ Sed illud non uidetur ſuffi-
cere pro eo ꝙ ex carne poſſūt generari uer
mes. poſſet per ꝯſequens generari planta ⁊
fructus. ⁊ tunc eſſet in potentia reſpectu car
nis humane. et ita per multas eius tranſmu
tationes uidetur ꝙ ex ea ſemen poſſit fieri.
¶ Alij uero dicūt ꝙ caro hominis ſit poſſi-
bilis ad omnē tranſmutationē ſicut ⁊ alia ꝙ
de illa poſſit generari ſemen. et tunc reſur-
get in ipō generato pro eo ꝙ ad ipſum ha
bet eſſentialiorē ꝯparationē ⁊ dominus ſup
plebit illi aliunde addendo ſiue multiplicādo
uirtutē ſeminariā ſicut facit in paruulo. ſed
qua ratione dicitur de una parte ꝙ pōt con
uerti eadem ratione ⁊ de qualibet. et ſic poſ
ſet homo totum corpus exuere. ¶ Ideo eſt
tertius modus dicendi ꝙ caro hominis ſm
ſpēm non poteſt fieri caro alterius hominis
ſm ſpēꝫ propter neceſſariā ordinationē quā
habet ad animā que ipſam uiuificat. vtrum
autē illa ordinatio fundetur in appetitu pul
uerum uel in prouidentia ꝯditionū difficile ē
diſcernere. quocunqꝫ tamē modo ſit ad hoc
plana eſt reſponſio. iſtud autem planius in-
uenitur determinatuꝫ in quarto. vbi mani-
feſtat quid in quo reſurgat. reſurgit autem
ſemen in genito non in generante. quāuis
dictum ſit hic ꝙ ſemen ſit de radicali humi
ditate generantis. aliter autē ſemen eſt radi-
cale generanti ⁊ aliter generato. qꝛ radicale
eſt generanti ſm partem ſui. eſt etiam radi
cale reſpectu uirtutis generatiue. non reſpe
ctu uirtutis nutritiue. virtus autem generati
ua et eius humiditas eſt ordinata ad aliud.
vnde ſi humiditas generatiue decidatur ab
aliquo ſiue alius generetur ſiue non. nunq̄ꝫ
reſurget in eo. et hinc eſt ꝙ quāuis in emiſ
ſione ſeminis fiat deciſio alicuius radicalis
humiditatis. nulla tamen eſt ibi pena. quoni
am illa erat ad alterum ordinata. vnde ma-
net ibi modus operandi expeditus et dele-
ctabilis et ordinatus. Et hoc totum quia

ꝗꝛ illa humiditas in generãte erat ad alteꝝ. in genito uero qꝛ ex ea fabricat̃ totũ corpus ẽ ſicut totius corpis fundamẽtũ. ⁊ tũc qñ aĩa unitur ei incipit eẽ uere ⁊ ꝓprie de ueritate hũane nature. tũc. n. primo incipit hr̃e ad reſurrectõeꝫ neceſſitatẽ. pri⁹ aũt ſolũ erat poſſibile. vnde ſi qua mulier faceret aborſum añ aĩe unionẽ illud nullo mõ reſurgeret.

SEcũdo q̃ritur ꝯ hoc utrũ aliq̃d trãſeat in ueritatẽ hũane nature mediãte opatiõe nutritiue. Et ꝙ ſic uidetur. Primo p aug. q̃. xxij. de ci. dei. dic̃ ꝙ puuli reſurgẽt in pfcõe corpali ⁊ etate uirili quã habituri erãt p eo ꝙ iã totũ in rõne hebãt q̃uis nõ hr̃ent in mole. hec ẽ uerboꝝ ſñia. ergo ſi tam magni ſuſcitabuntur puuli ſicut illi qui multũ comederũt. uidetur ꝙ ſũptio humane nature alimẽtoꝝ ueritatẽ non augeat. ac p hoc nihil de illis in humani corporis ueritatẽ ptranſeat. Item ibidẽ dicit aug. ꝙ ſi aliquis nutriatur de carnibus hũanis caro illa non reſurget in eo qui nutritur ſed in eo in quo primo fuit caro. ſed nihil ẽ alic⁹ niſi qđ reſurget in eo in quo ẽ. ſi ergo caro que p alimẽtũ generata ẽ nõ reſurget i eo in quo ẽ. uidetur ꝙ nihil extrinſecũ tranſeat in ueritatẽ alic⁹ mediãte ope nutritiue. Itẽ ſolũ id dicitur eẽ ueꝝ qđ hꝫ actũ ſibi p naturã ꝯueniẽtẽ. ergo illđ ſolũ ẽ de ṽitate carnis hũane qđ hꝫ actũ ꝯuenientẽ tali carni ſꝫ caro hñs actũ ſibi ꝯueniẽtẽ põt aliã carnẽ ſibi ꝯuertere. et dr̃ caro ſm ſpẽm. ergo illđ ſolũ tranſit in ueritatẽ carnis hũane qđ tranſit in ueritatẽ ſm ſpẽꝫ. ſed mediãte ope nutritiue nihil trãſit in carnẽ hũanã ſm ſpẽm. ſicut phũs uult. alioq̃n erit augmẽtũ in infinitũ. ergo mediãte illa uirtute nihil tranſit i ueritatẽ hũane nature. Itẽ nõ illud ẽ ſoluꝫ de ueritate alic⁹ in quo rei ſubã ſaluatur. ſed ſola hũiditas radicalis ẽ illa que manet quaꝫ ꝯtinuari opꝫ uſq; in finẽ. ergo illud ſolũ trãſit in ueritatẽ hũane nature qđ tranſit in humiditatẽ radicalẽ. ſꝫ nihil põt trãſire in humiditatẽ radicalẽ mediãte nutritiua ſicut dicũt medici. alioq̃n poſſꝫ hõ iuueneſcere ⁊ uitã ppetuare. ergo mediãte hac uirtute nihil trãſit i ueritatẽ hũane nature. Itẽ qđ p naturã gñatur põt etiã p naturã corrũpi. ergo qđ mediante uirtute gñatiue pficit ⁊ creſcit

põt ⁊ diminui ⁊ creſcere. ſi ergo mediãte vi nutritiua aliq̃d i ueritatẽ hũane nature trãſiret. illud poſſꝫ depdi. ⁊ ſic ꝯtinue reſtaurari nouũ. ꝯtigeret ergo aliq̃n ꝙ hõ aliud corp⁹ hr̃et. ſicut uidemus in aqua q̃ exit de fonte. Sꝫ ꝯ. Aug. de uera reli. In huiuſmodi viſibilis corporis ſtructura alimẽta q̃ apta ſũt aſſumũtur. nõ apta uero p ꝯgruos meat⁹ eijciũtur. ſi ergo qđ ẽ de corpis h⁹ ſtructura et integritate ẽ de hũane nature ueritate. uidetur ⁊c. Itẽ oẽ qđ reſurget ẽ de ueritate humane nature. ſꝫ illud i qđ trãſit alimẽtũ mediãte ope nutritiue reſurget. utpote capilli. mat. x. Capil⁹ đ capite ue. nõ pibit. ergo ⁊c. Itẽ ueritas carnis nõ ẽ aliud q̃ꝫ uera caro Sꝫ uera caro ẽ cui debet̃ opatio carnis potiſſima. potiſſima aũt carnis opatio ẽ uiuere p aĩaꝫ. ſꝫ alimẽtũ trãſit in hãc carnẽ mediante ui nutritiua. qꝛ tota caro hoĩs uiuit. ergo ⁊c. Itẽ ubicũq; ẽ nutritio ibi ẽ ꝯuerſio ⁊ aſſimilatio ⁊ unio. ſed ubi eſt aſſimilatio ⁊ unio eiuſdẽ nature fit illud cui unitur ⁊ illud quod unitur. ergo ſi hoc facit uirt⁹ nutritiua ꝯuertẽdo alimẽtũ. uidetur ꝙ p ipaꝫ i ueritatẽ humane nature trãſeat aliquid de alimẽto. Itẽ ſicut ſe hꝫ gñatiua ad ꝓductõeꝫ plis ſiue generati ſic ſe hꝫ nutritiua ⁊ augmẽtatiua ad perfectionẽ ⁊ ꝯſuationẽ nutriti ⁊ augmẽtati ergo ſi aliq̃d trãſit in ueritatẽ humane nature generati mediante generatiua. ſimiliter ⁊ aliquid tranſibit in ueritatẽ humane nature nutriti mediante nutritiua. Eſt ergo queſtio quid ſit ueritas humane nature: ⁊ que differentia ſit inter ueritatem humane nature. et carnem ſm ſpẽm: et rurſus que differentia ſit inter carneꝫ ſm ſpẽm ⁊ carneꝫ ſm materiã: ⁊ quare magis dicatur ueritas humane nature q̃ꝫ ueritas nature aſinine: Hec oĩa ualent ad intelligenda ea que dicuntur i q̃rto in. q. de reſurrectione. R. đ ꝙ propter generalẽ intẽtionẽ qua ueꝝ rei dr̃ ꝯ falſũ ſm quaꝫ intentionem res uera dicitur que habꝫ materiã ⁊ formã ⁊ actum ſibi ꝯuenientem. eſt ⁊ alia intentio ueri duplex. qua. ſ. uerum dicitur ꝯtra permixtũ. altera uero qua ueruꝫ dicitur ꝯtra uanum. et primo horuꝫ modoꝝ dicitur uerum quod eſt purum ⁊ imixtum. altero modo dicitur ueruꝫ quod eſt pmanẽs ⁊ fixum. Cum ergo loquuntur auctores de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

humana natura loquūt̄ ſub uocabulo v̄itatis
uocantes eā naturā. nō eſt enim aliud dicere
v̄itatē hūane nature q̄ȝ naturā humanā v̄aȝ
ſic aūt uocāt eā loquentes de hūana natura
ex parte corporis pro eo ꝙ corpꝰ humanū
preter hoc ꝙ hȝ formā ⁊ opatōeȝ ſibi ꝯueni
entē ſicut ⁊ alia corpora naturalia hēt ordīa
tionē ad īmortalitatē. ⁊ ita quādā īpmixtio
nē in hoc ꝙ nō pōt tm̄ trāſmutari q̄n tandē
reddatur aīe q̄ ipȝ uiuificauit. hȝ nihilominꝰ
q̄ſdā fixionē ſiue īcorruptionē pro eo ꝙ ne
ceſſe ē ipſā aliq̄n fieri īmortalē. rōe ergo or
dinatōis ad incorruptōeȝ ex qua ineſt corpi
hūano nō tm̄ debita opatio ſȝ etiā imper-
mixtio ⁊ quedā incorruptio dr̄ corpus hu-
manū uerū. illud ergo pc̄iſe ⁊ proprie eſt de
ueritate hūane nature qđ ē ordinatū ad īcor
ruptionē ⁊ reſurrectionē. aliquid aūt ordina
tur ad reſurrectionē duplr̄. vl̄ de neceſſitate
vel ꝯgruo. Illud autē ordinatur in nobis ad
reſrectōeȝ de neceſſitate in quo ꝯſiſtit fūda
mētū ⁊ fabrica corporis nr̄i. ⁊ hoc ē illud cui
primo aīa unitur. ⁊ tale tractū ē a gn̄antibꝰ.
⁊ in tale nihil pōt tranſire ope nutritiue ſm
ꝙ nutritiua opatur poſt aīe unionē. Illud v̄o
ordinatur in nobis ad reſurrectōeȝ de ꝯgruo
in quo ꝯſiſtit fabrice nr̄i corpis ꝯplemētū. ⁊
hoc ē qđ facit ad quātitatē corporis pfecti. ⁊
ſic aliquid de alimēto pōt ꝯuerti in ueritatē
hūane nature mediāte ui nutritiua ⁊ augmē
tatiua que ordinātur ad ꝯplēdā fabricā cor-
poris que inchoata fuit mediāte vi gn̄atiua
cui ꝯpetit opari quouſq̄ȝ aīa īfundatur. ⁊ ex
tūc ſequitur opatio nutritiue ⁊ augmētatiue
ad ꝯſuādū ⁊ ꝯplendū corpus. Huic aūt mō
dicendi ꝯcordāt tā naturales phi q̄ȝ medici.
naturalis eni phūs diſtinguit in hoīe duplicē
carnē. carnē ſm ſpēȝ. ⁊ carnē ſm materiā. et
uocat carnē ſm ſpēm illā que habet uim acti
uā ⁊ potentiā ꝯuertēdi alimētū in carnis na-
turā. Carnē uero ſm materiā illā que ſic eſt
caro ut tm̄ nō poſſit aliud in carnē ꝯuertere
ꝓpria v̄tute. Dicit etiā ꝙ uirtus nutritiua
⁊ augmētatiua non ꝯuertit alimētū in carnē
ſm ſpēm ſed ſm materiā. quia ſi aliter eēt
tūc nunq̄ȝ ſtaret augmētū. augmēto eni car
nis creſceret ⁊ uirtus augmētandi. hoc autē
nō ſic ē. et ita caro ſm ſpēm ſolū eſt a gene
rātibꝰ ſiue mediāte generatiua. quāuis caro

ſm materiā. ſ. q̄ fluit ⁊ refluit poſſit eē me-
diāte nutritiua. Et exēplū ē ī uino gn̄ato in
uite qđ hȝ potētiā ꝯuertēdi aquā. ſed illa aq̄
nō hȝ potētiā ꝯuertēdi aliā aquaȝ. q2 ſi hoc
tūc ſemꝑ poſſet q̄s apponere aquā ⁊ mane
ret uinū. hoc aūt nō ſic ē. q2 tm̄ pōt poni de
aqua ꝙ uinū amittit v̄tutē ſuā. ſic ⁊ in pro
poſito intelligēdū ē ꝙ uirtus corporis fabri
catiua pōt dare per ſe carni potētiā ꝯuerten
di. ⁊ illa ꝯuertit quouſq̄ȝ tm̄ adueniat de car
ne ſm materiā quanta erat ibi potētia ꝯuer
tendi. ſicut uidemus in uino. tū ex parte ca-
loris. tū ex parte extēſibilitatis ipius carnis
ſm ſpēm. et hinc eſt ꝙ unꝰ hō magis augm̄
tatur q̄ȝ alter. Et aliq̄n ſtat augmētū quia ca
ro ſuperaduenīēs in fine quaſi aquoſum fa-
cit ſicut dicit phūs quēadmodū aqua ſupin-
fuſa uino. ſm hanc diſtinctionē carnis diſtin
gui pōt in theologia ueritas humane nature
duplr̄ ſicut predictū eſt. Silr̄ medicꝰ diſtiguit
in hāc duplicē humiditatē. ſ. radicalē ⁊ nutri
mētalē. et dicit ꝙ humiditas radicalis eſt illa
in qua calor ſubſtantificat̄. nutrimētalis v̄o
ē illa que prebet hominis calori fomentū. di
cūt ergo ꝙ humiditas radicalis ſolū eſt a gē
nerātibus ⁊ mediāte ope generatiue. nā nu
tritiua in hāc humiditatē nō pōt. ſi eni poſſꝫ
tūc hō iuueneſceret ⁊ uitā ēt ſuā in ꝑpetuuȝ
ꝯtinuaret ſi illud humidū renouari poſſꝫ. qđ
cū ꝯſtet eē falſū dicūt ꝙ alimētū mediāte nu
tritiua nō tranſit in illud humidū. ⁊ hinc ē ꝙ
illi qui laborant tertia ſpē ethice in quo eſt
illius humidi ꝯſūptio liberari nō poſſunt ut
dicunt. In humiditatē autē nutrimētalē que
calori pabulū prebet poſſibile eſt alimentū
ꝯuerti mediante opere nutritiue. et eſt exē-
pluȝ in lampade ardēte in qua eſt humiditas
olei ⁊ humiditas licinij. et humiditas licinij
aſſimilatur humido radicali. quoniā ex quo
ꝯſumitur reſtaurari non poteſt. ⁊ in illo lici-
nio flāma ſubſtātificatur. humiditas v̄o olei
aſſimilatur humiditati nutrimētali que pa-
bulū prebet igni et impedit ne cito licinium
ꝯſumatur. et illa humiditas aliquando auge
tur. aliquādo minuitur. aliquādo ꝯſumitur.
aliquādo reſtauratur. Et iuxta hanc duplicē
humiditatē diſtinguūt theologi duplr̄ hūane
nature v̄itatē ſicut priꝰ dictū ē. Et ꝑ hoc pȝ
rn̄ſio ad. q. ꝓpoſitā. pȝ etiā rn̄ſio ad obiecta

Nam rões q̄ ad primā partē inducūtur. ſ. ꝙ nihil trāſit in ỽitatē hūane nature mediante ope nutritiue procedūt ꝑ ꝙ de ỽitate hūane nature dr̄ eē aliquid qȯ ē de neceſſitate ordi natū ad incorruptionē. ⁊ hoc mō bn̄ cōcedē dū ē ꝙ nihil trāſit in ueritatē nutriti. ¶ Rões ỽo ad oppoſitū procedūt de ueritate hūane nature ꝑ ꝙ illud dr̄ eē de ỽitate quod eſt or dinatū ad reſurrectionē de ꝯgruo. tale autē ē nō ſolū quod trahitur a gn̄ante ſꝫ ēt tota illa caro q̄ reperitur in homīe in eius morte maxīe ſi n̄ faciat ad corpis deformitatē. nec hoc īpedit ꝙ dominus paruulos ſuſcitabit ī perfcā quantitate. dicit. n. aug. ꝙ ſupplebit uirtus diuina ubi defecit natura. vbi uero na tura ſufficiētē prepauit materiā deus nō agit ſupplendo ſed reformādo. Nec ualet illa rō ꝙ ſi deus ſupplet in reſurrectione ſine ad ditamēto ꝙ nūc ſimilr̄ fiat ſine additamēto quia illa erit operatio mirabilis ⁊ ſupra na turā. hoīs ỽo gn̄atio ⁊ augmētatio q̄ nūc ē naturalr̄ fit. Et ideo illa rō quā magr̄ adduc in lit. nō cogit. imo ſicut appet aſpiciēti ar guit a maiori affirmādo. illa uero que ultīo querebātur iā plana ſunt per ea q̄ dicta ſūt. vt ergo ſit adimen dicere ꝯcedēdū eſt ſicut ex p̄cedētibus appet ꝙ aliquid extrinſecuꝫ trāſit in ỽitatē humane nature ſꝫ mediante opere gn̄atiue trāſit in ueritatē prout ỽitas dr̄ proprie ꝑ ꝙ dicit neceſſariā ꝯpationē ad incorruptionē. mediāte uero opere nutritiue tranſit aliq̄d in ueritatē humane nature ꝓut ueritas dr̄ large. ſ. ꝑ ꝙ dicit ordinationē ad reſrectões de ꝯgruo. ⁊ ſic quod ē de ỽitate unius pōt reſurgere in alio ꝑ ꝙ manifeſtabi tur in q̄rto. His uiſis ſatis plana ſunt que dicuntur in lit. ¶ Hoc ſolū tn̄ q̄ritur breuit̄ cū magr̄ in lit. in illo. c. Nūc ſupereſt uidere. noīet originale peccatū octo noibus. quō di ſtinguātur iſta octo. ¶ Et dō ad hoc ꝙ ori ginale peccatū hꝫ ꝯpari ad illud a quo eſt. et ſic dr̄ originale peccatū qȯ ē ab origine. dr̄ ⁊ lex carnis. qꝛ ꝯ̄hitur mediante carne. hꝫ ēt ꝯparari ad illud ad qȯ ē ſiue ad qȯ inclinat. et hoc uel in diſpōne remota. ⁊ ſic dr̄ ꝯcupi ſcibilitas. vel in diſpōne propinq̄ori. ⁊ ſic dr̄ fomes. vel ēt in diſpōne p̄xia. ⁊ ſic dr̄ ꝯcupi ſcētia. Habꝫ ēt ꝯpari ad illud p qȯ inclinat. et ſic dr̄ lex mēbroꝝ. Hꝫ ēt ꝯpari ad illō ꝯ̄ qȯ. et hoc duplr̄. vel inquātū reddit difficilē ad bonū. ⁊ ſic dr̄ langor nature. vel inquātū p̄dn̄atur uolūtati ut curuet eā in malū. ⁊ ſic dr̄ tyrānꝰ. et ſic pꝫ ꝙ ꝑ diuerſas ꝯparatões diuerſis noīantur noibus.

¶ Diſtinctio. xxxi.

NUnc ſupeſt inueſtigare ⁊c. ¶ Supra oñdit magr̄ q̄d ſit origiale pccm̄. ī hac itēdit māifeſtare q̄lr̄ a parēte traducitur in plē. Diui dit aūt ps iſta ī ptes tres. In q̄ꝝ prima ma giſter falſitatē iprobat. In ſecūda ueritatem explicat. ibi Eſt. n. pccm̄ originale ut ſ̄ dixi mꝰ. In t̄tia uero ueritatē epilogat ut addat. ibi Iā oñſū ē q̄d ſit originale pccm̄ ⁊c. ¶ Prima ps hꝫ duas. In prima ponit falſā opionē ꝯ̄ originalis traductōeꝫ. In ſecūda ſubiungit eiꝰ iprobatōeꝫ. ibi Hoc autē fides catholica reſpuit. vt oſtēdat ꝙ originale nō pōt tradu ci p traductōeꝫ aīe. ¶ Silr̄ ſecūda ps pricipalis duas hꝫ. In q̄ꝝ prima ỽitatē detmiat oñdēs ꝙ originale traducitur mediāte carne. In ꝯa uero remouet dubitatōꝫ. ibi Hic queri ſolet vtꝝ cā originalis ⁊c. ¶ Silr̄ tertia ps pricipal̄ duas hꝫ. In quaꝝ prima detmiata epilogat ⁊ explanat. In ꝯa uero dubitatōeꝫ mouet et detmiat. ibi Sꝫ adhuc appoſita hoc mō. Et ſic hꝰ diſtinctōis intētio uerſatur principalr̄ ꝯtra duo. Quoꝝ primū ē ꝙ originale n̄ pōt traduci mediāte aīa. Scōm ē q̄liter traducit̄ mediante carne.

AD intelligētiā aūt eoꝝ q̄ hic dicūt incidit q̄ſtio circa duo. ¶ Primū ē vtrū originale traduci poſſit medi ante ſenſibili portione. ¶ Secūdū ē utrum traduci hēat mediāte carne. ¶ Circa primū q̄ritur tria. ¶ Primo q̄ritur utrū ſenſibilis aīa in hoibus ſit a gn̄ante. ¶ Secūdo q̄rit̄ cui pti aīe primo inſit originale peccatū. ¶ Tertio q̄ritur vtꝝ p originale maior ſit ī no bis corruptio gn̄atiue q̄ꝫ alterius potentie.

CIrca primū ſic p̄ceditur ⁊ q̄rit̄ utrū aīa ſenſibilis in hoibꝰ ſit a gn̄ante Et ꝙ ſit a gn̄ante uidetur. Primo p uerbū phi ī. ij. de aīa. vbi dicit ꝙ ſenſitiui prima mutatio ē a generāte. ſꝫ prima muta tio ſenſitiui ē illa q̄ ē ad eē. ergo uidetur ꝙ ps ſenſitiua ī nobis educat̄ in eē a gn̄ante. ¶ Itē in. xvj. aīaliū. Solus intellectus intrat ab

extrinſeco. ergo ſolus intellectus intrat per creationē. ergo uidetur ꝙ aīa ſenſitiua in nobis educatur a principijs matie ⁊ ꝑ gn̄atōeꝫ ¶ Itē ſicut operatio aīe ſenſitiue in brutis pendet a corpore. ita etiā ⁊ in hoībus. vnde ſicut brutū īpeditur ab operatōe uidēdi leſo organo. ſic etiā hō. ſed quod ſimiliter ſe hꝫ ad operationē ſimiliter ſe hꝫ ad generatōꝫ. ergo ſi in brutis ē aīa ſenſibilis nō per creationē ſed per generationē ſicut coiter tenet ⁊ ē oſtēſū ē. vi. xv. uidetur ꝙ in hoīe ſimilr̄ ſit ꝑ generationē. ¶ Itē ſicut in generatiōe brutoꝝ prius ē aīal ꝙ̄ꝫ equus. ſic ⁊ in gn̄atōe hoīs prius ē aīal ꝙ̄ꝫ hō. ergo prius hꝫ operationē ⁊ perfcōem partis ſenſitiue ꝙ̄ꝫ habeat perfcōeꝫ ītellectiue. et hᵘ ſignū ē. qꝛ embryo priᵘ nutritur ⁊ ſentit ꝙ̄ꝫ perficiatur aīa rōali ergo uidetur ꝙ ante ꝓductōeꝫ aīe rōalis educatur in nobis ſenſibilis. ſꝫ hec nō ē per creatōeꝫ. ergo per generationē. ¶ Itē aīa ſenſitiua ē in potētia materie. alioquin nunꝙ̄ꝫ ab agente naturali in his que per putrefactionē generantur poſſet ꝓduci in eſſe. ſi ergo eque potens uel magis potēs ē uis generatiua in hoīe ꝙ̄ꝫ ſit in bruto. ⁊ brutū pōt ꝑ uim gn̄atiuā aīaꝫ ſenſitiuā ad eē ꝓducere. multo fortius ergo hoc uidetur in hoīe. ¶ Item ſi in nobis ē ſenſitiua ꝑ creatōeꝫ. in brutis per gn̄atōeꝫ. ergo nō uidetur ꝙ ſit in nobis uel in ipſis vniuoce. et ſi hoc. aīal dicetur equoce de aſino ⁊ de hoīe. ꝙ ſi hoc ē incōueniēs reſtat ꝙ ſi in brutis ē ꝑ generatōꝫ ꝙ ſimilr̄ in hoīe. ¶ Sꝫ ꝯ. Aug. in li. de ſpū ⁊ aīa. Cū recedit aīa a corpe ſecū trahit ſenſū ⁊ imaginē ⁊ rōem ⁊ intellectū. ſꝫ nihil qḋ ſeparatur a corpe ē ꝑ generationē. ſenſibilis aūt eſt in hoīe huiuſmōi. ergo ⁊c. ¶ Itē in li. de eccle. dog. Aīe aīaliū nō ſunt ſubē ſꝫ cū carne ipa carnis uiuacitate naſcūtur ⁊ cū carnis morte finiūtur. aīa vͦo hūana n̄ cū carne moritur qꝛ nec cū carne ſeiatur. ¶ Itē phūs in. ij. de aīa dicit ꝙ ſenſitiuū ē in intellectiuo ſicut tetragonus in pētagono. ⁊ uegetatiuū in ſenſitiuo. ſicut trigonᵘ in tetragono. ſi ergo ab eodē principio ē tetragonᵘ a quo ⁊ pentagonᵘ ab eodē erit aīa ſenſitiua ⁊ intellectiua. ſꝫ intellectiua nō ē a generāte ut mōſtratū eſt ſ. ergo nec ſenſitiua. ¶ Itē quecūꝙ̄ꝫ ſunt ideꝫ in ſubā ab eodē principio educūtur in eē. ſed

aīa ſenſitiua ⁊ intellectiua in eodē hoīe ſunt idē in ſubā. qꝛ unius perfectibilis una ē perfectio. ergo ſi rōalis nō eſt per generationē. uidetur ꝙ nec ſenſibilis. ¶ Item que ſimul corrūpūtur ſimul etiam ꝓducūtur. ergo pari rōe que ſimul ſeparātur ⁊ ſimul infundūtur. ſꝫ recedēte aīa rōali nullo mō remanet potētia ſentiendi in corpore. ergo ſicut amittitur potētia ſentiēdi in receſſu aīe ita infūditur i aduētu. nō ē ergo a gn̄atōe ſꝫ a creatōe. ¶ Itē cū intēditur operatio ſenſus diminuitur opatio intellectus ⁊ ecōuerſo. ſicut pꝫ ꝑ experiētiā. ergo neceſſe ē ſenſuꝫ ⁊ intellectū uel eē unā potētiā uel eē potētias eiuſdē ſubē. ſꝫ quodcūꝙ̄ꝫ eoꝝ ſit eodē mō educi hn̄t i eē. cū ergo rōnalis nō ſit extraduce. uidetur ꝙ nec portio ſenſibilis i hoīe. ¶ ꝙ ſi tu dicas ꝙ vna retrahit alterā propter ordinē ⁊ vnionē in vno pfectibili. nō in vna ſubā aīe. Obr̄ ꝯ hoc. qꝛ aīa rōalis aut pōt ſentire aut nō. ſi nō pōt. ergo uidetur ꝙ nō poſſit corpus uiuificare. ꝙ ſi pōt ſētire reſtat ꝙ iſte potētie fundātur in eadē ſubā. Si tu dicas adhuc ꝙ duplex ē in nobis ſenſitiua. vna a gn̄ante. ⁊ hec corrūpitur. Alia a creāte. ⁊ hec cū aīa ſepatur. Obr̄ ꝯ hoc. qꝛ natura nō facit ꝑ plura quod pōt facere per pauciora. ſi ergo ſenſitiua illa que ē a gn̄ante ſufficit in brutis ad ſentiēdū. multo fortius illa que eſt a creante ſufficit hoī. ergo nō ē aliā ponere ſenſitiuaꝫ que ſit a gn̄ante. Si tu dicas ꝙ ē ibi non ad ſentiēdū ſꝫ ad diſponēdū corpus ad ſuſceptionē rōalis. hoc nō uidetur ſufficere. qꝛ ſi tal' aīa ſubā ē eque ꝯpleta in hoīe ſicut i brutis. ⁊ in brutis nō caret operatōe ſenſitiua. uidetur ergo ꝙ nec in hoīe. aut ergo erit i nobis ponere duplicē actū ſentiēdi ſimul ⁊ ſemel. aut ē ponere ꝙ ſenſitiua ſit in nobis a creatione. ſꝫ primū manifeſte ē falſū. reſtat ergo ꝙ ultimū ſit ueꝝ. ¶ R̷. vō ꝙ ꝯ hoc triplex ē modus dicēdi. Aliter. n. hic ſenſerūt quidā heretici. aliter uidētur ſenſiſſe phī. aliter ſenſerūt doctores catholici. ¶ Quidā. n. heretici ſenſerūt eē i nobis aīas diuerſas. ita ꝙ una ſit a deo bono. ⁊ altera a deo malo. ⁊ ex hoc dixerūt ꝙ uenit in nobis ꝯtrouerſia ⁊ rebellio appetituū. ita ꝙ caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpūꝫ ⁊ ſps aduerſus carnē. qꝛ una illaꝝ aīaꝝ . ſ. que ē a bono deo n̄ pōt facere malū. altā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝟo.ſ.q̄ eſt a deo malo non pŏt facere bonū.
¶Hunc modū dicendi tanq̄ȝ hereticum reprobat aug.in li.de duabus aiab⁹. oñdēs ꝙ iſta poſitio iplicat in ſe duo ꝯdictoria duȝ ponit talē rebellionē eē in hoīe.⁊ ponit ſimul cum hoc hoiem peccare ⁊ hoiem penitere poſſe
¶Hanc ēt poſitionē facile eēt iprobare ꝑ uiā ph̄e.qm̄ in uno perfcibili neceſſe ē eē unam perfcōeȝ. et cū hō ſit unū quid per eēntiam ipoſſibile ē ab oīo diuerſis principijs in eſſe produci.ſi ergo natura rōnalis ē a deo bono ſenſibilis noſtra non pŏt eē a deo malo.¶
Quidā aūt dixerūt ꝙ rōalis ⁊ ſenſibilis ſūt in nobis due ſubē.nō tm̄ ſūt due aīe pro eo ꝙ aīa nomē ē officij.et ille due ſubē ordiate ſunt ad unius corpis pfcōem.ita ꝙ una diſponit ad alterā.vna tm̄ illaꝝ ē ꝑ gñatōeȝ.ſ. ſenſibilis.et h⁹ ſignū ē qꝛ depēdet a corpe ⁊ ē pfectio alicuius corporis partis.rōalis ꝟo q̄ nullius partis corporis ē actus ē ꝑ creatōȝ
Sed hūc modū dicēdi reſpuit aug⁹.in li.de eccle.dog.dicēs.Nō duas aīas ī hoīe uno eē dicimus ſicut Jacob⁹ ⁊ alij ſyroꝝ ſcribūt.unā aīalē qua aīetur corpus ⁊ mixta ſit ſanguini et alterā q̄ ſpūalē rōem adminiſtret.¶Et ſi tu dicas ꝙ negat duas eē aīas.nō negat duas eē ſubās.per lr̄am ſequentē apparet ꝙ negat duas ſubās eē.ait.n.ſic. Dicimus unaȝ eandēq̄ȝ aīam in hoīe que corpus ſua ſocietate uiuificet ⁊ ſemetipſā ſua rōe diſponat.
Et expreſſius in li.de ſpū ⁊ aīa dicit.ꝙ una ⁊ eadē aīa dr̄ ſenſus dū ſentit ⁊ rō dū diſcernit.Et iteꝝ dicit.ꝙ aīa cū recedit trahit ſecū alias potentias ſenſitiuas. Doctores aūt theologici dicūt ꝙ ſenſibilis ⁊ rōnalis ī hoīe eiuſdē ſunt ſubē ⁊ ab eodē pricipio hn̄t duci in eē.ſ.a creatore ꝓ eo ꝙ in nobis nō nomināt diuerſas ſubās ſed diuerſas potētias ei⁹dem ſubē.ſicut aug.ubi de hac materia loq̄tur iſinuat expreſſe.et hoc idē ualde ē rōale ponere in hoīe unā ſubām perficientē q̄ det ei uitā ⁊ ſenſum ⁊ intellectū.Nec repugnat illud ꝟbis ph̄i ſi recte intelligātur.¶Propter quod notandū ꝙ ſenſualitas tribus modis accipitur.¶vno mō ſenſualitas dicit diſpoſitionē ex parte carnis ad actū ꝟtutis ſenſitiue.et hoc modo accipitur in li.de aīa ⁊ ſpū xiij.c.ubi dicitur.aīa que uere ſpūs ē ⁊ caro que uere corpus eſt in ſuis extremitatibus

facile iungitur.i.in fantaſtico aīe que corpus non eſt ſed ſimile corpori ⁊ ſenſualitate carnis que fere ſpūa ē.¶Alio mō ſenſualitas dicit diſpoſitionē ex parte carnis ad ſentiēdū cū ꝟtute ſpūali mouente nondū aīa carnem perficiēte.et talis ſenſualitas ē in embryōe ante ipſius aīationē cōpletā.Ibi eniȝ nō pŏt eſſe ſubā aīe perficiens cū ſit perfectio corporis phyſici organici.nec poſſit actualiter exiſtere niſi corpore exiſtente in debita cōplexione ⁊ organiſatione.poteſt tamen ibi eſſe uirtus anime patris que quidē eſt in ſemine ſicut in ſubiecto deferente ſicut uirtus motoris defertur ſimul cum lapide proiecto
Et ideo hec ceſſat quando eius operatio cōſūmatur quod fit quando corpore organiſato inducitur anima ſenſitiua perficiens ſiue educatur de potentia mediāte ſubiecto.ſiue cum rōnali infundatur ab extrinſeco.¶Tertia uero ſenſualitas ē que nō tm̄ dicit diſpoſitionē cū uirtute mouēte ſȝ etiā habilitatē que ē ex aīa perficiēte.Primo ⁊ ſecūdo mō accipiēdo ſenſualitatē ſic ē ī nobis a gñante quia cū ſemine diſcindūtur calores ⁊ ſpūs ꝑ quos caro diſponitur ad ſentiendū.transfunditur etiā cū hoc aliqua ꝟtus aīe que mouet ⁊ regit ⁊ operatur uſq̄ȝ ad forme inductionē
Tertio modo ſenſualitas eſt in homine ab anima perficiēte que quidem non habet eſſe per generationē ſed per creationē.His uiſis patet reſponſio ad queſtionē.Concedendū eſt enim ꝙ anima ſenſibilis nō eſt in nobis extraduce.ſicut oſtendūt rationes ad ſecundā partē obiecte.¶Ad rōnes uero que adducuntur ad oppoſitum facile eſt reſpondere.¶Ad illud enim ꝙ ſenſitiui prima mutatio eſt a generante.ꝺō ꝙ loquitur de ſenſitiuo ſm ꝙ nominat ſubſtantiā.non ſm ꝙ nominat potentiā ſubſtantie incorruptibilis.vel etiam hoc dicit ratione illius ſenſualitatis ſecundo modo dicte que quidem habet eſſe a generante.¶Ad illud quod obr̄ ꝙ ſolus intellectus intrat ab extrinſeco.ꝺō ꝙ ibi uocatur intellectus ſubſtantia intellectiua.et quia eadem ſubſtantia eſt intellectiua ⁊ ſenſitiua hominis.ideo per hoc non excluditur ſenſitiua hoīs ſed ſenſitiua brutalis
¶Ad illud qꝺ obr̄ ꝙ opatio ſenſitiue pendet ex corpore.ꝺō ꝙ ex hoc nō ſequitur ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſubã depẽdeat. qꝛ in eadẽ ſubã repitur opa
tio que ei põt ↄpetere ꝑter corpus. hoc autẽ
nõ ↄuenit ipi aie niſi ꝑ ꝗ aiat. ⁊ ita ꝑ ꝗ cor
pori iuncta eſt. ⁊ ꝓpterea depẽdet ex corpe.
nec aia utitur illa potẽtia poſtꝗ̃ a corpe ſe
paratur. nec ſeqtur ꝗ ſit ocioſa. qꝛ ſubã illa
aliã hꝫ opatões. hoc aũt planꝰ inueniet̃ det̃
minatũ in q̃rto in. q. de cognitõe aie ſepate

¶ Ad illud quod obr̃ ꝗ prius ẽ aial ꝗ̃ hõ.
dõ ꝗ hoc dr̃ qꝛ prius repitur ĩ embryõe opa
tio aialis ꝗ̃ opatio hoĩs. priꝰ. n. mouetur et
ſentit ꝗ̃ rõcinetur. ſꝫ hoc ẽ a ſenſualitate ſe
cũdo mõ dcã ꝑut ẽ a v̾tute mouẽte. nõ ꝑut
ẽ a v̾tute ꝑficiẽte. ¶ Ad illud qđ obr̃ ꝗ aia
ſenſibilis ẽ in potẽtia materie. dõ ꝗ uez ẽ ꝑ
ꝗ aia ſenſibilis noiat ſubãz gñabilẽ ⁊ corru
ptibilẽ ſꝫ nõ ꝑut noiat ſubãz ſubẽ incorrupti
bilis. ⁊ qꝛ aia ſenſitiua in brutis hꝫ ſubãz no
minat. hinc ẽ ꝗ bruta ſuã aiaz ſenſitiuã edu
cũt de materia ſicut ⁊ in his potiſſime q̃ ge
nerãtur ꝑ putrefactões. ſenſibilis v̾o in hoie
dicit potẽtiã rõalis ſubẽ. ⁊ ideo ab eo ſolo ꝓ
ducitur a quo ſubã rõalis. ⁊ ideo ꝗ ſenſibilis
nõ poſſit ꝓpagari in hoie ſicut in brutis hoc
nõ ẽ impfcõis ex pte v̾tutis gñantis ſꝫ rõne
pfcõis q̃ ↄſiſtit in ſenſitiua hoĩs. ¶ Ad illđ
quod obr̃ ꝗ vniuoce in hoie ⁊ ĩ aſino. dõ ꝗ
aliqđ ꝑduci ꝑ gñatões ⁊ aliqđ ꝑduci ꝑ creati
onẽ nõ tollit vniuocatões ſi dõs modo crearꝫ
unũ hoiez eiuſdẽ ſpẽi eẽt cũ alijs hoibꝰ. ſi er
go maior reqritur vniuocatio ĩ ſpẽ ꝗ̃ ĩ gñe
planũ ẽ ex hoc ꝗ diuerſus modus ꝑducendi
aiaz ſenſibilẽ ĩ hoie ⁊ in aſino nõ facit hoiez
⁊ aſinũ dici equoce. Et ſi tu obijcias ꝗ ſen
ſibilis in hoie noiat potẽtiã. ⁊ in aſino noiat
ſubãz. ergo equoce dr̃. dõ ꝗ in aſino ⁊ põt
noiare ſubãz ⁊ põt noiare potẽtiã. pr cipalꝰ
tñ noiat potẽtiã. qꝛ nomẽ ẽ ſumptũ ab actu
ſẽtiẽdi. in hoie ſilr̃ noiare põt ⁊ ſubãz ⁊ potẽ
tiã. ſꝫ ꝑut noiat ſubãz nõ dr̃ aliqđ diuerſũ a
rõali. eadẽ. n. ẽ ſubã q̃ facit hoiez ⁊ ſentire et
rõcinari. lꝫ alia ⁊ alia ſit potẽtia. Et ſic patꝫ
ꝗ ex hoc nõ tollitur uniuocatio in gñe aial̃
reſpectu rõalis ⁊ irrõnalis.

SEcundo q̃ritur rõne cuius ptis pri
mo inſit aie originale peccatũ. ¶ Et
ꝗ primo inſit rõe potẽtie uegeta
tiue uidetur. qꝛ originale ĩeſt aie ex ↄiũctiõe
ſui ad carnẽ corruptã. ſꝫ aia maxime unitur
carni rõne potẽtie uegetatiue in ipa. ergo ui
detur ꝗ primo inſit ei rõe potẽtie uegetati
ue. ¶ Itẽ uidetur alia rõe. potẽtia gñatiua
eſt ipiꝰ aie uegetabilis. ſed illa eſt qua medi
ante trãſfunditur ⁊ que maxime ꝑ originale
peccatũ inficitur ſicut patebit infra. ergo vi
detur ꝗ rõe uegetabilis primo ⁊ principalr̃
inſit aie culpa originalis. ¶ ꝗ autez rõne ptis
ſenſibilis uidet̃. Originale eſt ſicut dic̃ aug.
ↄcupiſcentia. ſed ↄcupiſcẽtia primo ⁊ princi
palr̃ in pte ſenſibili radicatur. qm̃ ↄcupiſcen
tia dicit appetitũ boni ut nũc prima cogniti
one. ⁊ hoc ↄpetit pti ſenſitiue. ergo uidet̃ ꝗ
originale peccatũ primo habeat fieri in aia
ꝑ illam partẽ. ¶ Itẽ in actuali ꝑpetratõe vi
demus ꝗ peccatũ ꝑuenit ad rõem mediãte
ſenſualitate pro eo ꝗ ꝑuerſio hoĩs ĩcipit ab
inferiori ⁊ a ↄuerſione ad bonũ ↄmutabile.
ergo ſi peccatũ originale incipit ab inferiori
. ſ. a carnis infectõe ⁊ aiaz ab inferiori hꝫ infi
cere. uidetur ꝗ primo hẽat aie ineſſe rõe po
tentie ſenſitiue. ¶ Qđ aũt primo inſit rõe
aie rõnalis uidet̃. Originale. n. ẽ carentia de
bite iuſticie. ſꝫ iuſticia hꝫ eẽ in ſola rõnali uo
luntate primo ⁊ principalr̃ ſicut dicit Anſel.
in li. de ↄceptu v̾gi. ergo originale peccatuꝫ
primo ⁊ principalr̃ hꝫ rõne partis rõnalis in
eſſe aie. ¶ Itẽ originale peccatũ ẽ peccatuꝫ
mortale. ergo ꝑ ipm aia eſt a deo auerſa. ſꝫ
auerti eſt ipiꝰ portionis rõalis primo ⁊ prin
cipaliter. ergo uidetur ꝗ originale peccatuꝫ
primo habeat ineſſe aie rõe rõnalis potẽtie.
ſed quod primo inſit ipi anime rõe ſue ſubẽ
vel eẽntie uidetur. quia originale ↄ̃hitur in
aia ex vnione ipiꝰ ad carnem. ſꝫ ꝑ prius per
naturã unit̃ ſubã aie ipi corpi ꝗ̃ potẽtie or
ganis. priꝰ. n. ẽ uiuere ꝗ̃ moueri. ergo priꝰ
ꝑ naturã inficit̃ aie ſubã ꝗ̃ inficiãt̃ potẽtie.
ꝗ ſi hoc uez ẽ originale primo ineſt aie ex
pte ſue ſubẽ. ¶ Itẽ originale cũ ſit unũ inficit
oẽs potẽtias aie. ſꝫ nihil ẽ coẽ unũ oibꝰ potẽ
tijs aie niſi eiꝰ ſubã. ergo origiale primo inẽ
aie rõe ſue ſubẽ. Eſt ergo q̃ſtio ꝑ qđ origi
nale primo inſit aie. utrũ. ſ. rõe ſubẽ. aut po
tẽtie. Et ſi potẽtie. utꝝ uegetatiue aut ſenſi
tiue. aut intellectiue. ¶ Rꝫ. Ad ꝑdcõꝝ intel
ligẽtiã ẽ notãdũ ꝗ aliq̃ dicere uoluerũt origi
nale pcĩꝫ ſic traduci ⁊ ↄ̃hi ab aia ut ꝑio inſit
aie rõne ſue ſubẽ q̃ primo carni cõiungitur.

d

et ↄſequēter mediante ſubā ab ipo potētie inficiuntur p eo q̄ nō uniunt̄ potentie carni infecte niſi per vnionē ſubſtantie. ⁊ ſic vna eſt gr̄a que reformat animam ⁊ eiꝰ potētias q̄ inq̄ꝫ dr̄ una. qꝛ primo reſpicit aīe ſubāꝫ ut dicūt. ſic ē unū originale qđ oēs potētias aīe inficit ⁊ deordinat. Sꝫ ſi iſtū quis ita intelligerꝫ q̄ per originale peccatū primo hr̄et inficí ſubā q̄ꝫ potētie ita q̄ originale inſit aīe nō rōe potētie ſꝫ rōe ipiꝰ ſubē unite. hoc nō uidetur intelligibile. tū qꝛ originale ē carentia debite iuſticie. iuſticia aūt cū ſit rectitudo uolūtatis ē primo in uolūtate. tū etiā qꝛ originale ē ↄcupiſcētia. ↄcupiſcere nō ē actꝰ ſubē niſi rōe potētie. tū etiā qꝛ in originali ē deordinatio ipiꝰ aīe. deordinatio aūt nō eſt in aīa niſi rōe potētie. qꝛ p ipaꝫ pōt deordiari. vn̄ ſicut ſ̄ dictū fuit de gr̄a q̄ ipa reſpicit ſubāꝫ nō qꝛ poſſit eē in aīe ſubā circūſcripta potētia. ſꝫ qꝛ ē in potētijs aīe p̄ q̄ ↄtinuātur ad vnā ſubāꝫ. ſic ēt in ꝓpoſito intelligēdū ē ut originale peccatū dicatur ſubāꝫ aīe reſpicere qui ieſt potētijs aīe nō ex actibꝰ ꝓprijs ſꝫ ꝓut ↄtinuari hn̄t in unā ſubām anīe ꝓut eſt unita ſubē. nō. n. dr̄ ſubā ordinata uel inordinata niſi rōe potētie. hoc ergo ſuppoſito q̄ originale inſit aīe primo rōe potētie intelligēdū ē q̄ duplr̄ eſt loq̄ de originali pccō. aut ꝓut eſt culpa reddēs aīam deo odioſaꝫ. aut ꝓut ē uitiū deordinās ipaꝫ potētiā. Primo mō accipiēdo primo ieſt aīe p̄ liberꝫ ar. ⁊ maxime p̄ uolūtatē. ipꝫ. n. ſolū ē p̄ q̄ aīa culpat̄ uel laudatur cū ē in actu ⁊ p̄ q̄ eſt laudabilis uel culpabilis a ſuo ortu. Secūdo mō accipiēdo. ſ. ꝓut dicit uitiū deordinās potētiam. ſic qꝛ fomētū illiꝰ deordinatōis ortū hꝫ a carne et rōalis motiua curuari hꝫ p appetitū ſiue ↄcupiſcētiā ſenſitiue q̄ ad illicitū impellit et mouet ſic dicēdū ē q̄ peccatū ſiue uitium qđ naſcēdo ↄhimꝰ ineſt aīe primo rōe ptis ſenſitiue. Et ſic pꝫ rn̄ſio ad ꝓpoſita. pꝫ etiaꝫ reſpōſio in pte ad obiecta. Concedo. n. q̄ originale pccm̄ ꝓut eſt uitiū in nobis primo inchoat a pte ſenſitiua. q̄a corrūpendi modus ecōtrario ē in nobis q̄ꝫ fuerit in adā. ibi. n. pſona corrūpit naturā. ⁊ rō ptē ſenſibilē. ⁊ uolūtas carnē. et ſic cū ecōtrario ſit in nobis originalis corruptio aſcēdit ad ptē rōalē mediante portōe ſenſibili p̄ q̄ ē uitioſitas. lꝫ p̄ q̄ ē culpa habeat eē in ſola pte rōali in qua eſt libertas arbitrij. vn̄ q̄ttuor rōes medie uerū ↄcludūt ⁊ ↄcedēde ſunt. ¶ Ad illud v̄o qđ primo obr̄ de pte aīe uegetatiua. dđ q̄ vnio ad corpus nō ē tota cā ↄhendi originale. ſꝫ vnio cū poſſibilitate ad deordinatōeꝫ. nō. n. corrūpitur p originale p̄ q̄ ē uitiū niſi q̄ eſt ad iuſticiā aliquo mō ordinabile. et q̄m uegetatiua plus tenet modū agēdi naturalē q̄ꝫ uolūtariū. hinc ē q̄ originale nō ſic reſpicit uegetatiuā ſicut reſpicit ſenſitiuā i qua pōt eē appetitꝰ ⁊ delectatio ↄiuncta. ¶ Ad illud v̄o quod obr̄ de ui gn̄atiua iā pꝫ rn̄ſio. q̄a i ea uiget corruptio nō ſolū quia ſit potentia aīe uegetabilis ſꝫ etiā q̄a rōe ſenſus adiūcti pōt delectatōe ⁊ ↄcupiſcentia deordinari. ¶ Ad illud v̄o quod ultimo obr̄ q̄ primo ſit originale peccatū in aīe ſubā ⁊ p vnionē. dđ q̄ ſicut tactū ē vnio n̄ ē tota cā ſꝫ req̄ritur ibi cū hoc poſſibilitas ad deordinatōeꝫ peccati. tal̄ aūt nō eſt in ſubā ſꝫ in potentia ut predictū ē ſ̄. ¶ Ad illud v̄o quod obr̄ de unitate originalis. dđ q̄ hoc nō ↄcludit q̄ originale primo ſit in ſubā niſi qđ ſit in potētijs p̄ q̄ ↄtinuātur ad unā ſubām ſicut prius explanatū eſt de gr̄a. hoc aūt meliꝰ explanabitur infra cum agetur de unitate originalis peccati.

Tertio queritur utrū maior ſit infectio gn̄atiue p originalē q̄ꝫ alteriꝰ potētie. ¶ Et q̄ ſic uidetur. Illa vis eſt in nobis magis corrupta per peccatū in qua maior ē rebellio ⁊ inobediētia. ſed talis eſt potentia generatiua ſicut patet. quia mēbra illa non ſubiacent imperio rōis. ergo videtur q̄ꝫ illa uis ſit magis corrupta. ¶ Iteꝫ illa uis eſt magis per peccatum infecta in cuius actu maior eſt erubeſcentia. ſed maior ē erubeſcentia in actu potentie generatiue q̄ꝫ in actu alterius potentie. ergo ⁊c. ¶ Item illa uis magis eſt in nobis corrupta cuiꝰ actui magis eſt neceſſaria medicina. ſed talis ē generatiua cuius actus non poteſt fieri abſq̄ꝫ peccato. niſi excuſetur per matrimoniuꝫ qđ quidem non contingit alijs anime potētijs. ergo ⁊c. ¶ Item illa uis magis eſt in nobis corrupta in cuius actu maior eſt incuruatio. ſed talis potentia eſt generatiua. nam i actu totaliter abſorbetur ratio et efficitur homo totus caro. ergo maior eſt in ea corruptio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Itē illa vis magis eſt in nobis corrupta i
qua maior regnat ꝯcupiſcētia. ſ3 talis ē vis
gñatiua ſicut p3 p pruritū q̄ ſentitur i mēbris
genitalib᷒. ergo vis illa maxime iter ceteras
corrupta uidetur p originalis ꝯcupiſcentie ui
tiū ¶ Sed ꝯ. Per que quis peccat p hec tor
quetur vt dicitur ſap. xj. ſi ergo peccatū pri
moꝝ parētū ꝑpetratu fuit magis p nutriti
uā q̄3 p gñatiuā. imo minime p gñatiuā. ui
detur ꝙ nutritiua magis debuerit eſſe cor
rupta. ¶ Itē illa potētia eſt magis corrupta
que minus poteſt refrenari. ſed magis pōt
hō ꝯpeſcere appetitu3 potētie gñatiue q̄3 po
tētie nutritiue. ergo uidetur ꝙ uis nutritiua
magis ſit corrupta. ¶ Itē ſi corruptio aīe ē
ex carne. uidetur ꝙ illa uis potiſſime ſit cor
rupta que primo p carnem in carne exercet
opationē ſuā. ſ3 talis eſt potētia nutritiua.
longe eīn ante nutritur homo q̄3 generet. ꝛ
prius appetit delectabilia guſtus q̄3 delecta
bilia tactus. ergo uidetur idem quod prius.
¶ Itē augmētatiua tenet mediū inter nutri
tiuā ꝛ gñatiuā. prius. n. ē nutriri ꝛ poſtmod
augeri. ꝛ tertio gñare. ſ3 inter oēs vires aīe
augmētatiua minime corrupta eſt. ergo ſi
mediu3 ſapit naturā extremoꝝ. uidetur ſi
militer ꝙ ꝛ gñatiua minime deberet eē cor
rupta. ¶ Iuxͣ hoc queritur quare inter oēs
ſenſus tactus plus habet de corruptione. et
int̄ oēs potentias aīe uegetatiue gñatiua int̄
ceťas eſt magis corrupta. ¶ Rꝫ. dō ꝙ abſ3
dubio inter omnes potentias ſenſuales ma
xime corrupta eſt uis gñatiua. veꝝ ſicut cō
muniter ꝯſueuit dici alie uires ſolūmō dicūt̄
corrupte. ipſa vō corrupta dr̄ ꝛ infecta ꝓpt̄
ꝯcupiſcētie pruritū ꝛ uehemētiā que reſidet
in ipſa. Rō aūt quare magis īficitur uis ge
neratiua q̄3 alia potentia ſumitur ex hoc ꝙ
ipſa nō ſolū eſt uis deſeruiens perſone ſed
etiā deſuiens nature. ꝛ ideo originalis corru
ptio ſiue uitiū quod ineſt nature ex corrupti
one pſone p prius reſpicit illā potentiā q̄3
aliā. deſuit aūt uis gñatiua nature inquātū
p ipſa3 ſit tranſfuſio ſeminis in prol. ꝛ qm̄
in illo ſeie eſt radix infectionis ꝛ corruptōis
hinc ē ꝙ illa uis q̄ eſt illi᷒ ſeis āminiſtratiua
plus h3 in ſe de infectōe ꝛ corruptōe origi
nalis. ¶ Rurſus q᷑ potentie gñatiue in no
bis iūct᷒ ē ſenſus. ꝛ potētia ſenſitiua reſpicit
ip3 hoīe3 in ſe. quodāmō h3 uis illa deſuire
pſone. ꝛ qm̄ int̄ oēs ſenſus tact᷒ ē maxie ma
terialis ꝛ apphēdēs cū maiori adherētia ſen
ſitiue ad ſēſibile. ꝛ hoc maxiē viget i mēbris
genitalib᷒ rōe multitudinis neruoꝝ. hinc ē ꝙ
modica corruptio rōe magnitudinis ſenſus
plus inficit illā potētiā q̄3 inficeret aliā. ꝛ ꝓ
pterea maxie in ea regnat prurit᷒ ꝛ ꝯcupi
ſcētia. ꝛ q᷑ poſt ſenſū tact᷒ ſenſus guſt᷒ ma
xime ē maťialis iter alios. hinc ē ꝙ int̄ alias
uires magis ſentitur inordinatio ꝯ actū nu
tritiue ſiue guſtatiue. Ex hac ergo duplici
rōe vna colligitur rō ſufficiēs quare aīa p ui
tiū originale plus inficitur in gñatiua q̄3 in
alia potētia. Et q᷑ hoc ꝓbāt rōes que ad pri
mā ptē inducitur. ideo ꝯcedēde ſunt ¶ Ad
illud ergo qđ primo obī in ꝯriū ꝙ nutritiua
d3 magis puniri. q᷑ peccatū fuit primo ꝑpe
tratū p eā. dō ꝙ illa rō teneret ſ ꝙ peccatū
ꝙde reſpiciebat pſonā. nō ſm ꝙ reſpiciebāt
naturā. et ueꝝ ē ꝙ quātū ad illā uim magis
fuit punit᷒ q᷑ fame ꝛ ſiti. ꝛ etiā ei᷒ poſteri pu
niūtur p ieiunioꝝ abſtinētiā que maior ē pe
na q̄3 ſit in carnis ꝯtinētia ¶ Ad illud quod
obī ꝙ nutritiua minus poteſt refrenari. dō
ꝙ aliquā potētiā minus poſſe refrenari hoc
ē duplr̄. vel rōe vehemētie appetit᷒ ꝛ dele
ctatōis. vel rōne indigentie naturalis ꝛ que
non poteſt de facili refrenari. Propter vehe
mentiā appetitus inclinatōis magis eſt uitia
ta ꝛ corrupta. cum uero hoc habet rōne indi
gentie naturalis nō ſeqtur ex hoc ꝙ magis
corrupta ſit. cū ergo dicitur ꝙ nutritiua mi
nus refrenari poteſt. hoc nō ē rōne maioris
vehemētie appetit᷒. ſed hoc eſt rōne indigē
tie naturalis. q᷑ non pōt ſuſtentari ſine cibo
Nō ſic ē ď gñatiua in q̄ nō ē īprobitas appe
tit᷒ ꝓpt̄ necītatē ſ3 ꝓpt̄ corruptiōis feditatē.
ꝛ hinc ē ꝙ primi mot᷒ gñatiue poti᷒ dicūtur
pccā q̄3 primi mot᷒ nutritiue. ¶ Ad illud qđ
obī ꝙ nutritiua magis unitur carni ꝛ p pri᷒
h3 actū ſuū in carne. dō ꝙ ex hoc ñ ꝯcludit̄
ꝙ corrūpat̄ intēſi᷒ ſ3 ꝙ ei᷒ corruptio ſentiat̄
diuturni᷒. Preterea vnio nō ē tota cā ſicut ꝑ
dictum eſt ſupra. ¶ Ad illud quod obī de
potentia augmētatiua. dō ꝙ potētia augmē
tatiua pure mouet naturalr̄ nec h3 ſēſū ꝯiū
ctū rōe c᷒ ſētiat̄ delectatio. ꝛ qm̄ non ſubiacet
uolūtati. ideo per pcc̄m nō habet deordinari

Rurſus quia ſenſuȝ adiunctū nō habet. hinc
eſt ꝙ non eſt in ea delectatio ↄcupiſcētie. nō
ſic aūt eſt in nutritiua ⁊ gñatiua. vtraqȝ enīȝ
haꝝ ſubiacet uolūtatis impio. vtraqȝ haruȝ
hȝ ſenſum adiunctuȝ. ⁊ qꝛ plus eſt in ptāte
uoluntatis abſtinere a coitu q̄ȝ a cibo. ⁊ ſēſus
tactus qui maxime materialis eſt viget i or
gano gñatiue. hinc eſt ꝙ maior eſt in ea cor
ruptio nō ſolū reſpectu aīe uegetabilis po-
tentiaꝝ ſȝ etiā reſpectu potētiaꝝ anime ſen
ſibilis. Et p hoc pȝ illud qđ ultimo q̄rebat.

Conſequēter ↄtra ſecūdū principa
le quo. ſ. q̄rebatur utruȝ originale
tranſfundatur mediante carne ꝓce
dendū ē. Et ↄ̄ hoc querūtur tria. ¶ Primo
q̄ritur utrū aīa poſſit infici a carne. ¶ Secū
do queritur utrū hoc ſit ex uolūtate aliqua
⁊ appetitu anime. ¶ Tertio queritur utrū
talis infectio fiat ex ꝓpagatōe uel libidine.

Circa primū ſic ꝓceditur ⁊ queritur
utrū aīa inficiatur a carne. ¶ Et ꝙ
ſic uidetur. primo p auctoritatem
apl'i ro. vij. Scio ꝙ nō habitat in me hoc ē
in carne bonū. Ibi glo. Corruptio p ↄditōeȝ
offenſionis manet in corpore robur tenens
diuine ſñie date in adā cuius ↄſortio macu-
latur aīa peccato. Ex hoc exp̄ſſe colligit' ꝙ
caro inficit ſpūm. ¶ Itē aug. de v̄bis apl'i.
Uitiū ↄcupiſcētie ē quod aīa ptraxit ex car-
ne. ¶ Itē hoc ipm uidetur rōne. Pccm̄ origi
nale ieſt homini ex hoc ꝙ traducitur ex pri
mo parente in quo oēs poſteri dicūtur pec-
caſſe. ſed non dr̄ filius naſci ex patre niſi ſo
lūmō rōne carnis quaȝ ex eo trahit. ergo ſi
anima efficitur peccatrix. hoc ē a corruptōe
carnis. ¶ Itē nulla ꝓprietas traducitur ab
uno in alteꝝ niſi mediante aliqua ſubā defe
rente que ſit ↄmunis utriqȝ. ſȝ nūlla ſubā ē
ↄmunis pr̄i ⁊ pl'i niſi ſola carnis ſubā. ergo
impoſſibile ē pccm̄ patris in aīaȝ filij deſcen
dere niſi mediāte carne. ¶ Itē mala diſpoſi
tio exn̄s in corpore poteſt inducere obliuio
nē i memoriā ⁊ demētiā i intelligētiā. ergo
pari rōe ſi uolūtatē pōt inducere ↄcupiſcētia
ſȝ ↄcupiſcētia in aīa eſt pccm̄ originale ſicut
oñſum fuit ſ̄. ergo caro pōt facere aīaȝ pec-
catricē. ¶ Itē aīa iūcta carni paſſibili efficit'
paſſibilis ⁊ dolēs. ergo pari rōne ↄiūcta car
ni lapſiue ⁊ infecte maculatur ⁊ efficitur ↄcu
piſcens. ſi ergo ↄcupiſcētia peccatū ē. pȝ ꝙ̄.

¶ Sed ↄ̄. Anſel. de ↄceptu v̄ginali. c. vij.
Non eſt magis culpa in ſeīe q̄ȝ in ſputo uel
ſanguine. ſi q̄s mala uolūtate expuit. aut de
ſanguine ſuo aliq̄d emittit. ergo ſi nihil pōt
dare alij quod non habet. uidetur ꝙ caro nō
poſſit aīam inficere. ¶ Itē Aug. in vj. muſi
ce. Oē agens preſtanti' eſt patiēte. ⁊ efficiēs
materia. ſȝ aīa p̄ſtantior eſt carne. ergo nul-
lo mō caro pōt in aīam agere. ergo nec ipaȝ
inficere. ¶ Item ſicut dicit phūs. neceſſe eſt
agens ⁊ patiens in materia ↄmunicare. ſȝ ca
ro ⁊ aīa nō ↄmunicāt in materia. ergo caro
nō poteſt in animā agere. ergo nec ipaȝ cor
rumpe. ¶ Item multo ſpūalior ē anima q̄ȝ
radius. ſed radius ex ↄiunctiōe ſui ad corpa
imunda non habet infici. ergo nec aīa ex cō-
iūctione ſui ad carnē infectā pōt infici ¶ Itē
nulla corruptio ē maior in effectu q̄ȝ ſit i cā.
ſed corruptio que eſt in carne non eſt corru
ptio culpabilis. quia culpa ut dicit Anſel. eſt
in uoluntate. ſi ergo minima culpa peior eſt
q̄ȝ quantacūqȝ pena ⁊ plus habȝ de rōe mali
ſicut aug. in ſermone de innocētib' dicit. er-
go ex penali infectione carnis impoſſibile ē
culpā in aīa generari. ¶ Item corruptio q̄ ē
in carne aut eſt pena. aut culpa. non culpa.
hoc ↄſtat. Si pena. ergo iuſta eſt. ſed nihil iu
ſtū eſt cauſa iniuſti ſm ꝙ hi'. ergo corruptō
que eſt in carne cum ſit pena non poterit eē
principiū inficiendi aīam culpa. ¶ R̷. dō ꝙ
abſqȝ dubio ſicut dicūt ſancti ⁊ tenent docto
res ꝙ aīa ↄtrahit peccatū origiale mediāte
carne. Quō autem hoc poſſit intelligi nitūt'
ad hoc diuerſi diuerſimode. Quidā eniȝ di
cunt ꝙ ex hoc ipō ꝙ unit' anima carni mor-
tali ⁊ paſſibili quam non pōt regere efficitur
ↄcupiſcens. et ſic ↄtrahit maculā originalis
culpe. quia ipſa ↄcupiſcentia ſiue neceſſitas
ↄcupiſcentie reddit animā puerſam. et q̄m
caro mortalis habet ꝓpagari ex carne mor
tali ⁊ mortalitas fuit in carne primi parētis
propter peccatū inobediētie. hinc eſt ꝙ ori-
ginale peccatū dicitur in nos trāſire a primo
parente. Et hoc ex ipſius Hugo. v̄bis ex̄
hunt qui dicit in. vij. parte. i. vi. libri ſui. ubi
ait ſic. Quia caro mortalitate pcuſſa ē ipſa
ſui langoris infirmitate diſſoluta ex̄ menſuraȝ
prime diſpoſitionis ſua deſideria extendit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quia ergo caro humana a parētibus cū mor
talitate ſeminatur i eo ipſo ꝙ ſeminata ſub
iacet mortalitati viuificata. poſtmodū carna
lis ↄcupiſcētie ſubiecta inuenitur neceſſitati.
vnde ipſa mortalitatis infirmitas cauſa eſt
quā ſequitur ↄcupiſcēs neceſſitas. Hucuſqꝫ
uerba Aug. que uidentur illud dicere quod
prius dictū eſt. ſed qm̄ in xp̄o fuit mortalita
tis infirmitas. nec tn̄ fuit in eo ↄcupiſcentia
uel originalis culpa. non uidetur illud ſatiſ-
facere. nec totā cauſaꝫ quare caro inficit ani
mā aſſignare. Eſto enim ꝙ aliquod corpus
a fomite purificaretur. remanēte tn̄ mortali
tate ſicut fuit in beata uirgine. ſi anima tali
corpori iungeretur nō uidetur ꝙ ↄ̄heret ori
ginale. lꝫ illud corp⁹ eēt paſſibile ⁊ mortale.
Et ideo alij aliter dicere uoluerunt ꝙ cū pec
catū originale nō ſit poſitio uel aliqua eſſē
tia ſed potius priuatio ⁊ iuſticie carentia. nō
ↄtrahit illud anima a carne. ita ꝙ caro aliq̄d
in aīa agat uel fluat. quia prebet ipſi anime
obſtaculū rōe cuius anima debita iuſticia pri
uatur. et priuata iſta iuſticia impetu ↄcupi-
ſcētie deorſum fertur cum nō habeat retina
culū. et ita ↄcupiſcētia ſequitur ex debite iu
ſticie carentia. et ſic debite iuſticie carentia
precedit ipſaꝫ ↄcupiſcentiā ſm naturā. P̄bet
aūt caro ipſi aīe obſtaculū uel offendiculū vt
nō habeat illā iuſticiā ex hoc ꝙ propagata
eſt a primo parēte. vn̄ ex ↄiunctione aīe ad
talē carnē ille qui naſcitur dicitur eē fili⁹ ade
et quia adam offendit deū nō tm̄ pro ſe ſed
etiā pro tota ſua poſteritate. hinc eſt ꝙ aīa
hoc ip̄o ꝙ tali carni ↄiungitur ⁊ ſpectat ad
genus ade indigna efficitur ut deus ſibi iuſti
ciā apponat. et cū illā debeat habere ⁊ nō ha
beat culpabilis eſt ⁊ rea. et per ↄn̄s efficitur
ↄcupiſcens ⁊ uana ſicut manus paralitica ex
diſſolutōe uirtutis regitiue efficitur tremulo
ſa. et illud uidetur trahi ex uerbis Anſel. de
ↄceptu v̓gi. c. v. vbi ait. Non ē iniuſticia tal̓
res qua inficiatur ⁊ corrumpatur aīa uelut
corpus ueneno. ⁊ que faciat aliquid ſicut ui-
detur qn̄ malicioſius homo mala facit opera
Nam queadmodū cū indomita fera corru-
ptis uinculis diſcurrendo ſeuit. et nauis ſi gu
bernator dimiſſo gubernaculo dimittit eam
uentis ⁊ motibus maris uagatur ⁊ inuehitur
in quelibet pericula. dicimus ꝙ hoc facit ab-

ſentia cathene aūt gubernaculi. non ꝙ abſē
tia eoꝝ aliq̄d ſit. ſic cū malus ſeuit clamam⁹
q2 operatur iniuſticiā. nō ꝙ ipſa ſit ulla eēn
tia. Et iteꝝ infra. c. xxiij. Spoliauit perſona
naturā bone iuſticie in adaꝫ. ⁊ natura egens
facta oēs pſonas quas ip̄a de ſe pcreat eadē
egeſtate peccatrices ⁊ iīuſtas facit. Hoc mō
tranſit peccatū ade in oēs qui d̓ illo pſonalr̄
ꝑpagātur. Ex his v̓bis uid̓tur colligi poſſe
intellectus qui prius dictus eſt. ſed tn̄ adhuc
illud nō uidetur plene intellectui ſatiſfacere.
q2 eſto ꝙ aīa illa que creatur in corpore ex̄
corpus crearetur ⁊ nihil ultra ſibi daretur
q̄ꝫ datur cum corpori infunditur. nō diceret̓
habere originale peccatū. imo pura eēt ⁊ ino
cens. ergo opꝫ intelligere ꝙ aliquo mō cor-
ruptio redūdet in aīaꝫ ex carne ¶ Et ꝑpter
hoc eſt tertius modus intelligēdi ꝙ in carne
ade ꝑpt̓ peccatū duplex fuit corruptio. vna
.ſ. pure penalitatis. ⁊ ex hac aīa cū ↄiūgitur
corpori ↄ̄hit paſſibilitatē. Alia v̓o fuit corru
ptio uitioſitatis ſeu feditatis per quam caro
eſt ſpūi rebellis. et ex hac aīa ↄtrahit culpaꝫ
originalē. qm̄ talis uitioſitas quaſi mediū te
net inter culpā ⁊ penā. ⁊ hoc eſt quod magr̄
dicit in lit. ⁊ q̄ ſonant ſacre ſcripture uerba
ꝙ ex feruore coitus parentū ⁊ ↄcupiſcentia
libidinoſa ↄtrahit caro feditatē quandā cuꝫ
ↄcipitur que eſt cauſa orginalis peccati. ⁊ re
cte uitiū ſiue corruptio carnis appellari pōt
Ad intelligendū autē quō aīa poſſit inſici cor
ruptōe culpabili ex tali feditate hic tria ſup-
ponenda ſunt tanq̄ꝫ manifeſta quoꝝ vnū ē
ꝙ feditas carnis pōt facere carnē rebellē ſpi
ritui. quod patuit in adā qui poſt peccatum
ſenſit carnis ſue rebellionē. Secūdū eſt illud
ꝙ aīa vnita carni ꝑpter ↄiunctionē ipſi⁹ ad
carnē uel trahit eam ſurſuꝫ. uł ab ipſa trahi
tur deorſum propter uinculū quod ē ipſius
carnis ad aīaꝫ. Tertiū eſt illud ꝙ aīa ꝓpria
v̓tute non pōt regere carnē rebellē niſi iuue
tur per diuinā grām ſm ꝙ apo⁹. exclamat.
Infelix ego homo q̄s ⁊c. Ex his ergo trib⁹
ſuppoſitōib⁹ neceſſario ſequitur ꝙ ſi aīa car
ni tali unitur ꝙ ab ip̄a trahitur deorſū ⁊ per
ↄcupiſcētiā incuruatur. ſed aīaꝫ incuruari nō
ē aliud q̄ꝫ eā peruerti. peruerſitas aūt i ſubā
rōnali que capax eſt iuſticie non eſt aliud q̄ꝫ
iniuſticia ⁊ culpa. Ex hoc ergo claruꝫ eſt ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

feditas q̄ ē i carne pōt aīam ſibi unitā facere
peccatricē. ⁊ qꝛ iſta feditas hꝫ traduci in oēs
poſteros genitos ſm legē ꝓpagatōis. hinc ē
ꝙ mediāte carne in oēs trāſfūdit originale.
hoc aūt meli⁹ explanat̄ p euidētiā exēploꝝ.
videmus. n. ꝙ caro de ſe nō dolet nec ē i ea
paſſio doloris añ aduētū aīe. q̄zuis in ea poſ
ſit eē inciſio. Ponatur ergo aīaꝫ uniri carni
inciſe ⁊ leſe. ſtatim cū ei unitur hꝫ dolorē. ⁊
dicim⁹ dolorē a generāte in aīa inciſionē. Si
ergo carnis inciſio pōt facere aīaꝫ dolētem
quare nō ſilr̄ carnis q̄dā fedatio ⁊ reſolutio
faciat aīaꝫ laſciuā ⁊ ꝯcupiſcētē q̄zdiu habitat
in carne. ¶ Itē eſto ꝙ aliqđ corpus ineptū
erit ad rōis uſū ſicut ē corp⁹ in ea diſpoſitōe
quā hꝫ freneticus ⁊ furioſus. in tali corpore
nec dr̄ eē iuria nec ignorātia ſꝫ quedā diſpo
ſitio mala. ſi tali tñ corpi aīa īfunderetur ſta
tim efficeretur ignorans ⁊ furioſa q̄zdiu eēt
in carne illa. quare nō ſimilr̄ poſſumus intel
ligere ⁊ i ꝯcupiſcētia. ¶ Rurſus eſto ꝙ ali
quod mēbꝝ formaretur ad motū ⁊ regimen
aīe ineptū ⁊ inhabile. utpote in ea ꝯplexione
quā hꝫ mēbꝝ paraliticū. ſtatim cū uirtus mo
tiua uniretur illi mēbro diceretur ibi eē mor
bus paraliſis. ⁊ eēt ṽtutis diſſolutio. ⁊ p ꝯñs
tremulatio. ṽtutis aūt diſſolutio nō eēt q̄ztū
ad corruptionē ṽtutis motiue in ſe ſed q̄ztū
ad ineptitudinē organi quod dꝫ regi ab illa
ṽtute. ſic ⁊ in ꝓpoſito intelligendū ē ꝙ i cor
pore añ aduētū aīe nō ē actualr̄ morbus cul
pe. ſꝫ iuncta aīa q̄ dꝫ ipꝫ corpus regere ꝑꝑ̄
carnis ineptitudinē caret rectitudine ṽtutis
regitiue. ⁊ illa carens tremuloſa efficitur per
actū ꝯcupiſcētie. Et ſic pꝫ ꝙ ē ueriſimile ꝙ
originale poſſit trahi i aīaꝫ ex carne. ¶ Ad
diſſolutōēꝫ aūt obiectoꝝ primo notādū ē ꝙ
triplr̄ dr̄ aliqđ agere in alteꝝ. Uno mō per
predñantiā ſicut ꝯ̄riū agit in ſuū ꝯ̄riū ut cali
dū in frigidū. ⁊ humidū in ſiccū. Alio mō p
influentiā ſicut corpus ſupius agit in hec in
feriora. Tertio mō p colligātiā ſicut qñ duo
ita ſunt unita ꝙ unū trahit ad ſe alterū ⁊ cō
municat alteri proprietates ſuas. Cuꝫ ergo
dicimus carnē inficere aīam hoc intelligitur
q̄ztū ad tertiū modū agēdi. ſ. ꝑpter colligan
tiā quā hꝫ ad aīaꝫ propter quā dū deorſum
tendit eā ſecū trahit. vt. n. dicit Greg. ꝙ q̄
cū labēti innititur neceſſe ē ut cū labēte labat̄

Hiis uiſis patēt ea q̄ obiecta ſunt ¶ Ad illō
eñ quod dicit Anſel. ꝙ peccatū nō ē i ſe̅ie.
dō ꝙ hoc dicit q̄ztū ad exñtiā actualē ipſius
pcci qđ quidē ē deformitas aſpiciēs ipaꝫ uo
lūtatē ſicut ſubiectū propriū. nō aūt uult ne
gare qñ ibi ſit cā pcci imo aſſerit ſicut pꝫ ex
ṽbis ſuis ſequētib⁹. ¶ Ad illud Aug. ꝙ oē
agēs pſtāti⁹ ē patiente. dō ꝙ intelligit d̄ agē
te per influentiā. p hūc aūt modū in origina
lis ꝯtractōe nō dicimus carnē agere in aīam
ſicut predcm̄ eſt. ¶ Ad illud phi ꝙ agēs et
patiēs dñr coicare i materia. dō ꝙ intelligit
de actōe qua ꝯtrariū agit in ſuū ꝯtrariū p p-
dñantiā. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ ſpūalior ē
aīa q̄z radius. dō ꝙ ſi ſpūalior tñ ñ magis al
ligata carni q̄z radius aeri ſicut corpori illuia
to. ideo magis ꝯ̄hit eius ꝓprietates ſiue paſ
ſibilitatis ſiue feditatis q̄z radius ꝯ̄hat ꝓprie
tates illuiabilis. ¶ Ad quod obr̄ ꝙ non eſt
maior corruptio in effectu q̄z in cā. dō ꝙ illō
duplr̄ fallit. primū qñ aliqđ nō ſe hꝫ in rōne
pfecte cāūtatis ſꝫ ſolū rōe inſtrumēti ⁊ dete
rētis. nā ſi uelim⁹ ꝯpare corruptionē aīe par
uuli ad primā cām. ſ. aīam ade repiretur in
adā eque magna uel maior. Deficit etiā ex
hoc ꝙ magnitudo corruptōis itēditur freqn
ter ex nobilitate ⁊ dignitate corruptibilis.
qꝛ tāto maius ē uitiū ⁊ corruptio peior q̄zto
ſit preſtantior ſicut aug. dicit. et hinc eſt ꝙ
qñ aīa corrūpitur a carne maior ē in ea cor-
ruptio q̄z in carne fuerit. et hoc eſt rōe nobi
litatis ſpūs. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ pena ñ
eſt cauſa culpe. dō ꝙ uerū eſt de illo quod ē
pure pena. talis enim corruptio uitioſa i adā
ſubſecuta eſt ex culpa. quia ex hoc ꝙ pecca
uit caro erit diſſoluta non ſolum diſſolutiōe
ordinantis ad mortē ſꝫ etiā faciente rebellio
nē ⁊ faciente ꝯcupiſcere quod nō licet. et iō
quia talis uitioſitas ⁊ a culpa eſt ⁊ ad culpaꝫ
poteſt quodāmō creare peccatū in anima.
licia omiſſionis. Tertia v̄o neutro modo eſt
mala ſed eſt indifferens. talis autem actio eſt
quando aliquis facit aliquā operatōeꝫ ita ꝗ ꝯ
creaturā nō afficitur iordinate. nec tn̄ illā opa
tionē ꝯparat ad deū ſed facit ꝓpter aliquē finē
qui reſpicit indigētiā nature ut cū aliquis am
bulat ut recreetur. uel comedit ut reficiatur.
Talis actio indifferens iudicatur. quia deꝰ nec
illā remunerat nec imputat in culpā. et hoc qꝛ
in tali actione nō ē malicia ꝯmiſſionis quia nō
eſt inordinata delectatio. nec etiaꝫ omiſſionis
non enim ſemp omittit homo qn̄ actiōes ſu-
as nō refert in deū. indulgetur eni nature fra
gili ⁊ infirme ut multa poſſit talia facere. nec
deus requirit ab hoīe in tali ſtatu diſtractōis ⁊
miſie ꝗ omnia dum facit referat ad ſe. req̄-
rit tn̄ aliqn̄ quando eſt locus ⁊ tempus. et tūc
ſi homo non referat omittendo peccat. Cōce
dendū eſt ergo ſicut rōnes oſ̄dunt ꝗ diuiſio
actionis per bonā ⁊ malā nō eſt per dr̄ias ime
diatas ꝑ eo ꝗ inter has dr̄ias ꝯtingit repire
mediū ſiue actio ꝯſideretur ſm genus operis
ſiue reſpectu operantis. ¶ Ad illud ergo qͦ
primo obī de illo uerbo apl̄i. Omnia i gloriā
dei facite. rn̄dēt aliq̄ ꝗ eſt ꝯſiliū. aliq̄ ꝗ p̄ce-
ptū. aliqui ꝗ eſt finis p̄cepti ſicut illud. Dili-
ges dn̄m deū tuū ⁊c. Omnibꝰ aūt p̄dictis mo
dis predictus ſermo poteſt intelligi. poteſt. n.
accipi affirmatiue uel negatiue. et affirmatiue
duplr̄. qꝛ hoc ſignū omnia pōt ibi teneri colle
ctiue uel diſtributiue. Si accipiatur negatiue
ſic eſt preceptū. et tūc eſt ſenſus. Ita faciatis
opera ueſtra ut nihil faciatis ꝯtra gloriam dei

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si autem intelligatur affirmatiue ⁊ hoc ſignū
omnis teneatur diſtributiue ⁊ diuiſim tunc eſt
ↄſiliū ⁊ āmonitio. āmonet. n. apoꝰ ꝑ hunc ſen
ſum ꝙ quodlꝫ opꝰ nr̄m in deū referamꝰ. ⁊ de
quolꝫ diuiſim poſſumꝰ facere. ⁊ utile ē nobis
⁊ expediēs ſi faciamꝰ. nullū. n. opꝰ ē delibera-
tiuū qd̓ a nobis fiat qd̓ quidē non poſſumꝰ fa
cere ꝓpter deū. ⁊ ſi hoc faceremꝰ meliꝰ facere
mus q̄ꝫ qn̄ non referimus. Si aūt p̄dictꝰ ſmo
teneatur affirmatiue ⁊ hoc ſignū oīa teneatur
collectiue tūc nec eſt p̄ceptū nec ↄſiliū ſꝫ finis
p̄cepti ⁊ ↄſilij. ad hoc. n. debemꝰ tēdere ⁊ hoc
deſiderare ꝙ ad talē ſtatū pueniamꝰ ꝙ om̄es
cogitatōes nr̄as ⁊ affectꝰ in deū referamꝰ. hoc
aūt tunc obtinebimꝰ qn̄ deū ex toto corde dili
gemus. Et ſic pꝫ ꝙ ex illa auctoritate nō cō-
cluditur ꝙ aliq̄s peccet cū nō refert opꝰ ſuū ī
deū actualr̄. Nec ualet illud quod obr̄ ꝙ non
pōt eē ↄſiliū. nō. n. hic accipimus ↄſiliū ꝓprie
put ꝓponitur iure p̄fectis. ſꝫ uocamꝰ hic ↄſiliū
quācunq̄ꝫ monitōeꝫ generalē que uiā expedit
ad puenienđū in ſalutē ſicut ſunt āmonitiōes
ſalomonis in li. puer. ⁊ ↄſimiles hortationes
ad bonū. ¶ Ad illud qd̓ obr̄ ꝙ reddemꝰ rōeꝫ
de v̄bo ocioſo. dd̓ ꝙ ocioſū nō dr̄ v̄bū qꝛ nō
ſit ordinatū in finē ſolū ſꝫ qꝛ oī caret utilitate
dū tn̄ aliq̄ꝫ deberet habere. ⁊ inter tale ocioſū
⁊ meritoriū ſiue bonū cadit mediū qn̄ aliquis
facit aliq̄d qd̓ nō ē oīmoda utilitate priuatū,
nec tn̄ ē ordinatū in deū tanq̄ꝫ in finē ultimuꝫ.
vn̄ nō dr̄ hō eē ocioſus ſemp qn̄ non laborat
ſꝫ tunc dr̄ eē ocioſus qn̄ nō laborat ⁊ deberet
laborare. frequēter tn̄ illa v̄ba q̄ uidētur eſſe
inutilia utilia fiunt dū ordinantur ad recreati-
onē aliq̄ꝫ ſpūs ⁊ excluſionē accidie ꝑ ꝙ refert
btūs Ber. dixiſſe cū quēdā fecit ceſpitare. oci
oſuꝫ inq̄t fuit fcm̄ ſꝫ nō ocioſe factū. Fecerat
. n. hoc ad letificandū illū quē uiderat meſtuꝫ
¶ Ad illud qd̓ obr̄ ꝙ ſtare in uia dei retroce
dere ē. dd̓ ꝙ uerꝫ eſt qn̄ hō ſtat cū deberet am
bulare. et quantū ad illud tp̄s dicit Ber. ꝙ nō
peribit momentū de tp̄e. Et Anſel. ꝙ exiget
a nobis rō qualr̄ tp̄s fuerit expenſuꝫ. Si aūt
q̄ratur qn̄ hoc eſt difficile imo īpoſſibile ē de
terminare. qꝛ diuerſis p̄ſonis diuerſimode ſe
offert opportunitas exeūdi in bonas opatōes
⁊ in bonas affectōes ⁊ intentōes. ⁊ ideo ſancti
ut reddant nos ſollicitos terrēt nos. ⁊ dn̄s ipe
cū dicit. Qd̓ uni dico oībus dico vigilate. ¶

Ad illud qd̓ obr̄ ꝙ nō ē mediū inter uolunta-
tes ⁊ retributōes. dd̓ ꝙ nō eſt ſimile. ꝑ eo ꝙ
oīs hō qui naſcitur naſcitur cū pccō a quo nō
liberatur niſi p grāꝫ. ⁊ illa grā amittitur p cul
pā. vn̄ neceſſe ē volūtatē eē gratā uel odioſā
Et qꝛ retributōes rn̄dēt p̄ſonis. hinc ē ꝙ oēs
aut ſaluantur aut dānantur ita ꝙ non eſt me-
diū. nō ſic aūt eſt de actōe. qꝛ a uoluntate in q̄
eſt libido pōt aliq̄ actio exire etiā p̄ter libidinē
moꝝ. vn̄ ſicut illud argumētū nō ualet. Volū-
tas nō pōt eē ſine libidine uel grā. ergo n̄ pōt
mouere ſine libidine uel grā. ſic nec argumētū
prius dictū. ¶ Ad illud qd̓ obr̄ ꝙ oē quod n̄
eſt a deo priuatū ē bono. ergo ſilr̄ oē quod nō
eſt ad deū. dd̓ ꝙ nō ē ſimile. qꝛ ordinatio acti
onis ad deū tanq̄ꝫ ad cām efficientē uel ad pri
cipiū attenditur nō ſolū quātū ad eē moris ſꝫ
etiā quantū ad eē nature. ⁊ ita reſpicit eē. ordi
natio v̄o quātū ad finē reſpicit bonū eē. q̄uis
tn̄ non ſit mediū inter ens ⁊ nō ens. ē tn̄ me-
diū inter bū eē ⁊ male eē moris. ꝑ eo ꝙ boni
tas moralis nō ſe extēdit ad oēs actōes ſicut
bonitas naturalis. ¶ Ad illud qd̓ obr̄ ꝙ ſi uo
luntas aliq̄d facit aut quieſcit in creatura. aut
refert ad deū. dd̓ ꝙ q̄eſcere dr̄ aliquid alicubi
duplr̄. aut qꝛ ſiſtit ibi tanq̄ꝫ in ultimo fine. et
tunc actio eſt mala malicia mortalis peccati.
qn̄. ſ. voluntas ponit creaturā ſibi ꝓ fine vl
timo principali. Aut qꝛ ſic ibi ſiſtit non qꝛ ibi
ponit finē ultimū ſꝫ qꝛ nō ulteriꝰ tendit. ⁊ hoc
pōt eē triplr̄ ſicut dictū eſt ſupra. Aut ex aliq̄
īordinata affectōe qua illi rei alligatur. Aut ex
negligētia ⁊ torpore quo negligit referre cuꝫ
poſſet ⁊ deberet. Aut qꝛ ex quadā imbecilli-
tate ⁊ īfirmitate aggrauatur ut difficile ſit ſibi
oēs actiones ſuas in deū ↄuertere. Et primis
duobus modis eſt pccm̄. tertio v̄o nō. ¶ No
tandū eſt tn̄ ꝙ ad hoc ꝙ aliqua actio ſit meri
toria nō opꝫ ꝙ ſemp quis eaꝫ referat actualr̄
in deū ſꝫ ſufficit relatio habitualis. Habitualē
aūt relationē uoco nō qꝛ habeat charitatē per
quā ſit habilis ad referēdū. ſꝫ qꝛ in primordio
opatōis illius uel alterius ad quā illa ↄīter ſe
hꝫ intentōeꝫ hꝫ ad deū directaꝫ. vn̄ ſi aliquis
intendit dare ꝓ deo cētū marcas ⁊ īcipit dare
⁊ cogitat de deo in prima marca ⁊ in alijs nō
cogitat. nihilominꝰ tn̄ oēs datiōes ille ſunt ei
meritorie ⁊ fructuoſe. Si auteꝫ opus alterius
gn̄is inciperet opteret ꝙ intētio renouaretur

p

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad hoc ꝙ hoc opus eſſet meritoriū. Et hunc
etiā modū intelligitur eē in uiris religioſis q̄ i
principio ex charitate deuouerunt portare re
ligionis pondus. quicquid.n. faciūt quod ad
ſue religionis obſeruātiā ſpectat ex prima in
tentione eſt eis meritoriū ad ſalutē. niſi forte
qḋ abſit ꝯ̄ria intentio ſuperueniat. in aliis aūt
que ad religionē non ſpectant ſecus eſt. quia
illa intentio non ſe extendit ad alia habitudi
nalr̄. et ideo nō ē parue ſecuritatis ⁊ utilitatis
religionē introire. Fuerunt tn̄ qui dixerunt ꝙ
habitudinalis intentio ſolū ſufficit ad meritū
ſatiſfactionis. opus. n. ſatiſfactoriū eſt ſi fiat
in charitate. ad hoc aūt ꝙ opus ſit meritoriū
uite eterne dicunt neceſſe eē ꝯcurrere actualē
intentionē. quia nullū opus eſt meritoriū niſi
fiat a charitate actualr̄ mouente. pbabilius eſt
tn̄ dicere ſicut dictū eſt ꝙ ad utrunq̧ ſufficiat
habitualis. Relationē aūt habitualē uoco non
qua quis refert in generali ad deū omnia opa
diei uel āni. ſed qua quis refert aliquod opus
ad deū. ita ꝙ opus ſequens directā habet ad
opus primū ordinatōēꝫ ⁊ ꝯītiaꝫ ſicut ē in illo
qui dat centū marcas. vel intendit ire ad ſcm̄
Jacobū. In aliis aūt nō hꝫ locū. Habitudinaleꝫ
etiā intentionē ſiue relationē uoco. qn̄ non pre
cogitato in actu ut tūc fine ultimo ſiue deo ex
ſola boni opis ꝯſideratōē ipa charitas pmpta
uel aliqua alia v̄tus charitate īformata ad ipꝫ
bonū opus inclinat ſicut uir obediēs meretur
obediendo prelato ſibi p̄cipienti etiā ſi nihil ꝺ
deo cogitat ſꝫ ſolū ꝯſiderꝫ ꝙ bonū ē obedire

Conſequenter queritur circa ſecūdū
principale. ſ. de ꝯparatione actionis
mal ad uoluntatē. Et circa hoc q̄
runtur tria. ¶ Primo queritur utrū oē pccm̄
actuale tā mortale q̄ȝ ueniale ſit uoluntariū.
¶ Secūdo queritur utrū oē peccatū mortale ſit
circa uolūtatē ſicut circa ſubiectū. ¶ Tertio
q̄ritur utrū puniri ſicut etiā peccare ſit ipi⁹ vo
luntatis proprium.

Circa primū ſic pceditur ⁊ queritur
utrū omne peccatū actuale ſit volun
tariū. et cū certū ſit de mortali ꝙ ſic
queritur de ueniali. ¶ Et ꝙ omne peccatū ueni
ale ſit uoluntariū uidetur. Sicut dicit aug. ⁊ ha
betur in lit. Uſq̧ adeo peccatū uoluntariū vt
nullo modo ſit pccm̄ niſi ſit uoluntariū. ergo
ſi peccatū ueniale eſt peccatū. ergo neceſſe eſt
ipm̄ eſſe uoluntariū. Si tu dicas ꝙ oē peccatū
eſt uoluntariū aut uoluntate ppria aut uolun
tate ade. ⁊ ueniale eſt pccm̄ q2 voluntariū vo
luntate ade. Obī̄ ꝯ̄ hoc q2 ſi ad rōēꝫ peccati
uenialis ſufficiat ꝙ ſit volūtarium voluntate
ade cū illud peccatū quod adam tranſfudit in
nobis ſit pccm̄ originale. ueniale peccatū eſſet
originale. ꝙ ſi hoc eſt falſū reſtat ꝙ ⁊ primū
¶ Itē mot⁹ iordinati ⁊ ad illicita q̄ dicitur eē
in nobis peccatū nō ſunt peccatū nec in puulis
nec in furioſis. hoc aūt nō ē niſi q2 nō mouent̄
uſu rōnis ⁊ uolūtatis. ergo uidetur ꝙ h⁹moi
pccā ſint in nobis uoluntaria uoluntate ppria.
¶ Itē qn̄ ſtomach⁹ exinanit⁹ ante horā come
ſtiōis appetit comedere nulla ē ibi culpa q̄tuis
ſit ille appetit⁹ imoderat⁹ ⁊ ad illud qḋ nō licet
tali tpe. hoc aūt non ē niſi q2 mot⁹ ille ineſt de
neceſſitate. ergo videtur ꝙ ad hoc ꝙ aliquis
mot⁹ ad illicitū ſit veniale pccm̄ neceſſe ē ipm̄
eē pccm̄. ¶ Itē oē qḋ quis facit aut facit na
turalr̄. aut facit volūtarie aut violēter. ſi ergo
veniale ꝯmittim⁹. aut ergo p violētiā. aut per
naturā. aut per uolūtatē. Si per uiolētiā. ergo
nulla ē ibi culpa. ſi per naturā ſilr̄. q2 in his q̄
naturalr̄ fiunt nō eſt culpa. ergo ſi pccm̄ ueni
ale culpa eſt. neceſſe eſt ꝙ ſit a uoluntate. ¶
Itē demonſtrato aliquo ueniali aut poteſt ali
q̄s uitare hoc peccatū. aut non pōt. ſi nō pōt
⁊ nullus peccat in eo quod uitare nō pōt. ergo
ꝯmittendo hoc peccatū nō peccat. Si pōt uita
re. ⁊ quod ꝯmittim⁹ potentes vitare ꝯmitti
mus uoluntarie. ergo ⁊c. ¶ Sꝫ ꝯ̄. pūer. xxiiij.
Septies in die ⁊c. Glo. Singulis diebus p ne
ceſſitatē uel fragilitatē carnis. vel uolētes vel
inuiti peccam⁹. vel uelim⁹ uel nolim⁹. uidetur
ꝙ nō oē peccatū ueniale uoluntariū ſit. ¶ Itē
aug. in li. retractationū. Sunt inq̄t q̄dam ne
ceſſitate facta improbanda ut q̄ vult recte fa
cere ⁊ nō pōt. vnde eſt illud apoſtoli. Quod
uolo hoc facio bonū ſed qḋ odi malū. ſed talia
ſunt peccata uenialia. ergo aliqua uenialia ſūt
de neceſſitate. nō ergo a uoluntate. ¶ Item
aug. xix. de ci. dei. Nōnullū uitiū eſt cum caro
ꝯcupiſcit aduerſus ſpūm. ſed caro concupiſcit
aduerſus ſpūm frequenter ipſo nolente ſicut
in littera. ergo uelit nolit homo peccat uenia
liter. non ergo omne peccatū ueniale eſt uolū
tariū. Minor pbatur in littera. Ille q̄ ꝯcupiſcē
te aduerſus ſpm̄ carne non ea que uult facit.

ɔcupiſcit quidē nolēs ⁊ in eo facit qđ nō uult.
¶ Itē pccā uenialia ſunt in nobis ex repugnātia
ſenſualitatis ad rōeʒ ⁊ etiā ex ſurreptōe ſicut
ſunt primi motꝰ. ſʒ uelimꝰ nolimus ē in nobis
repugnantia ſenſualitatis ⁊ multi etiā motus
inordinati ex ſurreptōe ſurgunt. ſi ergo volū
tas nō pōt ſenſualitatē domare. ⁊ qđ ē ex ſur
reptione ꝑuenit volūtatē. videtur ꝙ peccata
uenialia q̄ ſunt primi motus non ſunt volunta
ria. ¶ Itē aut aliqđ pccm̄ veniale eſt inuolūta
riū. aut nō. ſi ſic habeo ꝓpoſitū. ſi nō. ergo oē
pccm̄ ueniale eſt uoluntariū. ſʒ oē voluntariuʒ
per voluntatē uitari pōt. ergo per uoluntateʒ
pōt q̄s uitare oē veniale pccm̄. ergo pōt quis
cauere ut nunq̄ꝫ peccet uenialr̄. ſi ergo hoc eſt
īpoſſibile ꝙ aliq̄s diu uiuat in hac carne quin
ɔmittat aliquod ueniale. uidetur ꝙ neceſſariū
ſit ponere aliqđ ueniale peccatū nō eſſe uolun
tariū. ¶ Rꝫ. dicēdū ꝙ uolūtariū pōt dici aliq̄d
triplr̄. aut uoluntate ꝓpria. aut uoluntate alie
na. aut partim uolūtate aliena ⁊ partim uolun
tate ꝓpria. et ꝑ hunc triplicē modū dꝫ uolun
tariū triplex eſt dr̄ia peccati. Pccm̄ nāqꝫ origi
nale uoluntariū eſt ſʒ nō uoluntate eiꝰ in quo ē
ſed uoluntate eiꝰ a quo. ſ. ade. adā. n. uolūtaria
tranſgreſſione corrupit ſe ⁊ totā poſteritatē.
Uoluntariuʒ aūt uoluntate ꝓpria eſt peccatuʒ
actuale mortale. hoc q̄dem genere pcc̄i nullus
peccat niſi ɔſentiēs. Uolūtariū aūt medio mō
. ſ. partim uoluntate ꝓpria partim voluntate
aliena eſt ueniale peccatū illud maxime qđ cō
ſurgit ex repugnantia carnis ad ſpūm. uel cor
ruptionis carnis ꝑ uitiū aīe. hoc inquā peccatū
qꝛ partim eſt a uoluntate aliena ⁊ partiʒ a vo
luntate ꝓpria. ideo quodāmodo ꝑ aug. tenet
rōem pene quodāmodo rōem culpe. ꝓpterea
dicit aug. Quia homo noluit uitare peccatuʒ
dū ualuit inflictū eſt ut nō poſſit dū uelit. vo
luntariū inq̄ꝫ dr̄ per ɔparationē ad uolūtatem
ade. qꝛ adam deliberatiue uoluit. vnde ⁊ cor
ruptio ſubſecuta eſt ex qua oriuntur in nobis
motꝰ inordinati q̄ dicūtur eē pccā uenialia. vo
luntariū aūt uolūtate ꝓpria ſiue peccantis non
omne pccm̄ ueniale ſimplr̄ ſʒ ꝑ q̄d. illud. n. eſt
uoluntariū ſimplr̄ quod eſt a uolūtate pream
bula ⁊ mouente. illud aūt qđ oritur voluntate
ɔcomitante ⁊ nō ꝓhibente uel ꝑcauente dum
poſſit ꝓhibere uel ꝑcauere dr̄ voluntariū quo
dāmodo ſiue interꝑtatiue. ꝓ eo ꝙ talis inor
dinatio uoluntati imputatur. et hoc mō ſalteʒ
omne pccm̄ ueniale dr̄ uolūtariū. qꝛ nemo pec
cat uenialr̄ niſi cū hʒ uolūtatis uſuʒ. nemo etiā
uenialr̄ peccat in eo qđ nullo mō pōt ꝓhibere
nec etiā potuit precauere. venialia. n. pccā ⁊ſi
oīa non poſſint precaueri nec ꝓhiberi. nulluʒ
tn̄ eſt ſingulare pccm̄ qđ non poſſit ꝓhiberi ut
quod non ſaltē potuerit ꝑcaueri. ſʒ. n. aliq̄s ſit
ſtatꝰ in quo neceſſe eſt aliquē cadere in aliqđ
pccm̄ determinatū. illū tn̄ ſtatū potuit q̄s pre
cauere. et ideo ſi nō ꝑcauerit uoluntati eiꝰ im
putatur q̄uis tūc illud ꝓhibere non poſſit. Cō
cedende ſunt ergo rōnes ꝙ oē peccatū actuale
eſt uoluntariū. nā mortale eſt uoluntariū ſim
plr̄. veniale aūt uel eſt uoluntariū ſimplr̄ ſicut
illud quod fit ex deliberatōe ut mendaciū io
coſuʒ. uel ꝑ q̄d ſiue quodāmō ſicut illud quod
fit ex ſurreptōe ſicut ſunt primi motꝰ. ¶ Ad
illud ergo qđ primo obr̄ in ɔ̄riū ꝙ ſingulis di
ebꝰ inuiti peccamꝰ. dꝫ ꝙ in glo. illa dr̄ aliq̄s in
uitꝰ peccare nō per priuatōeʒ uolūtatis oīmo
dā ſʒ per priuationē uoluntatis plene ſiue cō
placentie. ⁊ hoc q̄dē uerꝫ ē ꝙ frequenter inuiti
peccamꝰ ⁊ nobis diſplicet ꝙ ſic iordinate mo
uemur. ſi tn̄ bn̄ precauiſſemꝰ in hunc actū uel
illū nō incidiſſemꝰ ſʒ nō ſic poſſimꝰ precauere
q̄n in aliqđ cadamꝰ ſicut exēplū ponit̄ i nauta
q̄ pōt precauere ⁊ cuſtodire ne aqua per aliqđ
foramē ingrediatur. nō tn̄ pōt facere ꝙ ꝑ nul
lū hēat ingreſſuʒ. ¶ Ad illud qđ obr̄ ꝙ q̄daʒ
neceſſitate fcā ſunt improbanda. dꝫ ꝙ aug.
loq̄tur de neceſſitate uenialiū nō q̄tū ad hoc
ueniale uel illud indetminate ſʒ generalr̄ q̄tū
ad pccā uenialia uel etiā q̄tū ad aliqđ genꝰ ue
nialis peccati ſicut uidemꝰ in iuuene ⁊ forti ꝙ
nūq̄ꝫ pōt oīo uitare motꝰ carnis ſʒ poſſit hac
hora uel illa. uel hūc motū uel illū uitare. ⁊ qꝛ
nihil īpedit ꝙ ſit neceſſitas q̄dā in uli ⁊ uolū
tas quodāmō i ꝑticulari. ideo auctoritas illa n̄
obuiat his q̄ dicta ſunt. ¶ Ad illud qđ obr̄ ꝙ
nōnullū uitiū ē cū caro ɔcupiſcit aduerſus ſpꝫ
dꝫ ꝙ uerꝫ ē. ſʒ qđ ſubiungit ꝙ neceſſariū ē cō
cupiſcere. dꝫ ꝙ uerꝫ ē de ɔcupia loquendo ge
neralr̄. de ɔcupia vo hꝰ uel illꝰ hoc tpe uel illo
nō eſt uerꝫ. et qđ dicit aug. ꝙ ɔcupiſcit nolēs.
⁊ apoꝰ. Qđ nolo malū hoc ago nō priuat oī
mode uoluntatē ſʒ hoc priuat ꝙ uolūtas nō ē
ibi mouēs pricipale. ¶ Ad illud qđ obr̄ ꝙ pri
mi motꝰ ſunt ex ſurreptōe ⁊ ex rebelliōe. iam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

patet rñſio per ea que dicta ſunt. uerū eſt. n.
ꝙ ꝓhiberi uel precaueri non pñt generalr̄ ita
ꝙ nullus inſurgat. quilibꝫ tñ per ſe precaueri
pōt. vnde ⁊ huius ſignū eſt quia nos non po-
nimus peccatū eē circa primos motus nutriti
ue ſicut generatiue. actus enim nutritiue neceſ
ſarius eſt ad ſalutē nutriti. non aūt actus gene
ratiue. lꝫ ⁊ alia ratio poſſit aſſignari. qꝛ nutri
tiua eſt corrupta tm̄. generatiua eſt corrupta
⁊ infecta. prima tñ rō melius ualet. nam ſicut
uult aug. in primo de ci. dei. Si aliqua mulier
corrumpatur uiolenter ſi oīo repugnat abſqꝫ
oī culpa ē ⁊ tñ a delectatōe oīo imunis ñ ē. ait
enīꝫ ſic. Si illa ↄcupiſcibilis inobedia q̄ adhuc
in mēbris habitat ꝓpter uolūtatis legē ⁊ lege
ſua mouetur ⁊ abſqꝫ culpa eſt in corpore non
ↄſentientis. Ex hoc patet ꝙ ſi uenialia rōem
culpe habent hoc eſt quia a uoluntate in parti
culari ⁊ diuiſim uitari ⁊ precaueri poſſunt. ¶
Ad illud quod obr̄ ꝙ ſi poteſt uitari hoc ⁊ il-
lud ⁊ ſic de ſingulis. ergo omne. rō ꝙ hoc eſt
duplex. ille poteſt uitare peccatū ueniale ſicut
hoc. ille poteſt uincere omneꝫ hominē. aut qꝛ
potentia uitandi uel uincendi ↄparatur ad ob-
iectū ↄiunctim uel diuiſim. ſi diuiſiꝫ ſic eſt uera
iſta. ille poteſt uitare uel precauere omne ueni
ale peccatū. qꝛ nō ē dare aliquod qḋ nō poſſꝫ
uitari. Si aūt ↄiunctim tunc falſa ē. eſt. n. ſen-
ſus ꝙ poſſit facere ut oīo ſit abſꝫ ueniali pec
cato. ⁊ hoc ſenſu dr̄ ꝙ nō poſſumꝰ oīa peccata
uenialia uitare. vnde ualet rō illa. poſſū uitare
hoc ⁊ illud ⁊ illud. ergo oīa ſimul. imo eſt ibi fi
gura vi. ſiue ex diuerſa ſuppōne huꝰ ꝙ dico
uenialia. ſiue potiꝰ qꝛ ꝓceditur a pluribus de-
terminatis ſuppōnibꝰ huius v̄bi pōt ad unā ſi
cut ſi argueretur. iſte poteſt ferre hunc lapidē
⁊ illū ⁊ illū ⁊ ſic uſqꝫ ad. x. ergo pōt ferre hos
decē lapides. ⁊ ſicut ſi diceret. homo ē ſortes
homo eſt plato. ergo homo ē ſortes ⁊ plato.
p̄miſſe ſunt uere ⁊ ↄcluſio falſa. ⁊ ꝓceditur a
pluribꝰ ſuppōnibus determiatis ad unā. Sup
poſitio aūt determinata dr̄ qñ terminus non
ↄfunditur. ſꝫ debet reddere locutionē uerā ꝓ
uno ſicut ē cū dr̄. homo currit. ſic ⁊ i ꝓpoſito
intelligendū ē. qꝛ hoc v̄bū eſt ꝑut accipitur re
ſpectu oīs uenialis ↄiunctim recipit oē ueniale
tāqꝫ obiectū. vnde ⁊ dicit unā ꝑfectā potētiā
excedentē ⁊ uincentē oēm impulſum ad uenia
le peccatū. ſicut ſi diceretur. ille poteſt uincere
decē homines uel ferre decem lapides. Et ſic
patet ꝙ ille ꝓceſſus non tenet. quia non ſer-
uatur ibi lex illationis recte.

SEcundo queritur utrum omne pec
catū ſit circa uolūtatē ſicut circa ſub
iectū ꝓprium. ¶ Et ꝙ ſic uidetur. pri
mo ꝑ Anſel. in li. de originali peccato. Nuſqꝫ
niſi in uoluntate peccatū eſt. ¶ Item hoc ipm
ꝓbatur tali rōe. Mebra ⁊ opera ⁊ quicq̇d nos
ſumus ſubiecit deus imperio uoluntatis. q̄cq̇d
ergo faciunt totū iputandū eſt uoluntati. ſi er
go in eo eſt culpa cui imputatur. ergo omnis
culpa eſt in uoluntate tanqꝫ in ſubiecto ꝓprio
¶ Item in ea ſola potentia eſt culpa in quaꝫ
nata eſt eſſe iuſticia. qꝛ obiecta ſunt nata fieri
circa idē. ſꝫ iuſticia eſt in uolūtate tanqꝫ in ſub
iecto. qꝛ ut dicit Anſel. iuſticia nihil aliud ē qꝫ
uoluntatis rectitudo. ergo in eadem potentia
. ſ. in uoluntate eſt culpa tanqꝫ in ſubiecto ꝓ-
prio. ¶ Item in ea ſola potentia eſt culpa q̄
cogi non poteſt. nam nullus peccat niſi in eo
a quo libere poteſt abſtinere. ſed ſola potētia
uoluntatis eſt que cogi non poteſt. ergo ⁊c.
¶ Item in ea ſola potentia eſt culpa que ali
quando denominatur bona aliquando mala.
ſed nos non dicimur hr̄e intelligentiaꝫ uel me
moriā malaꝫ ſed ſolā uoluntatē malā. ſi ergo
accñs denominat ſubiectū ⁊ culpa denominat
uoluntatē ſolā. ergo culpa eſt in ſola uolūtate
tanqꝫ i ſubiecto. ¶ Item in ea ſola potentia
eſt culpa tanqꝫ in ſubiecto proprio ad cuiꝰ actū
ↄparatur ſicut ad cauſam ꝓximā ⁊ imediataꝫ
ſed nulla potentia anime eſt cauſa proxima ⁊
imediata culpe niſi ſola potentia rōnalis. nam
memorari malū uel intelligere malū nō ē cul-
pa ſed uelle malū culpa eſt. ergo ⁊c. ¶ Sed ↄ
Nūqꝫ peccatur niſi per ↄſenſum. ſed ↄſenſus
non tantūmodo eſt uoluntatis ſed etiam rōis.
Si ergo culpa eſt ↄ illam potentiā per cuius
actū perpetratur. ergo non tm̄ eſt ↄ uoluntatē
ſed etiam ↄ rōem. ¶ Item non tm̄ peccatur
affectione ſed oblitione ſicut dicitur deu. vi.
Caue ne obliuiſcaris dñi dei tui. ⁊ frequenter
in ſcriptura eos reprehēdit dñs qui eius ſunt
obliti. ſi ergo oblitio eſt in memoria. uidetur
ꝙ non tm̄ pccm̄ ſit in volūtate ſed etiā in me
moria. ¶ Item non ſolum peccatur delecta-
tione uerum etiā in cogitatione ſm ꝙ homo
ↄfitetur quotidie. ſed cogitatio eſt intellecꝰ.

nõ affectus. ergo nõ tm̃ in affectu ve℞ etiã in
intellectu habꝫ eſſe peccatũ. ¶ Jtẽ nõ tm̃ pec
catur deliberatõe ve℞ etiã ſuggeſtione ſm ꝙ
uult grego. ſꝫ ſuggeſtio eſt in parte ſenſibili.
ergo peccatũ nõ tm̃ eſt in parte rõali ſed etiã
in parte ſenſuali. ¶ Jtem peccatũ eſt defor-
mitas formalr̃ loquendo. ſed ꝯſtat ꝙ oĩ pccõ
imago deformatur. nam quodlꝫ peccatũ q̃ſtũ
eſt de ſe expellit gratiã que eſt reformatiua
imaginis. ergo ſi imago non tm̃ reſpicit uolũ
tatẽ ſed etiã alias potẽtias. videt̃ ꝙ pcc̃m nõ
ſolũ in uolũtate ſꝫ etiã ĩ alijs potẽtijs hꝫ eſſe.
¶ Jtẽ nullus amat niſi quod iudicat eẽ aman
dũ. ergo ante amorẽ inordinatũ precedit iudi-
ciũ inordinatũ. ſi ergo primũ iudiciũ inordina
tũ non potuit eſſe pena quia pena non p̄cedit
culpã. neceſſe ẽ ꝙ fuerit culpa. ergo prius eſt
peccatũ in rõe q̃ꝫ in uoluntate. potius ergo ui
detur ꝙ ſubiectuꝫ peccati debeat aſſignari rõ
q̃ꝫ non. ¶ ℞. Ad predicto℞ intelligentiã eſt
notandũ ꝙ peccatũ de ſua rõe duo dicit. dicit
.n. deordiationẽ ſiue priuationẽ ordinis circa
actũ alicuius potentie. dicit nihilominꝰ illã de
ordinatõeꝫ ut dignã uituperatõe ⁊ punitione.
Et quantũ ad primũ peccatũ tenet rõem uitij
aliquo mõ corrũpentis. quantũ ad ſecundũ te
net rõem culpe ⁊ demeriti. Cũ ergo ꝯpamus
peccatũ ad ſubiectũ ꝓprium. aut loquimur de
ĩpo inquantũ eſt culpa. aut loquimur de ipſo
inquãtũ eſt uitiũ. Si de ĩpo loquimur inquãtũ
eſt culpa ⁊ demeritũ ſic ꝓprie ⁊ preciſe reſpi
cit libe℞ arbitriũ. omni.n. libero ar. ꝯmiſſum ẽ
regimẽ totius hominis. ſi aliqua deordinatio
fiat in regno totius anime ipſi libero ar. impu
tatur. vnde ⁊ſi omnia membra per que ꝯſũ-
mata eſt ⁊ omnes potentie in quibus aliqua
deordinatio facta eſt traherentur in cauſã oĩa
ꝯquererentur de libero ar. cui ſubiecta ſunt. ⁊
ei deus totum imputaret quicquid in eis mali
geſtũ fuit. vnde ſi tollatur libe℞ ar. nullo mõ
erit peccatũ. ⁊ quia libertas arbitrij principa-
liter reſidet penes uoluntatẽ ſicut in precedẽ-
tibus oſtenſum fuit. hinc eſt ꝙ culpa ſub rõne
culpe in uoluntate tanq̃ꝫ in ſubiecto ꝓprio dr̃
eſſe. Si autẽ loquamur de culpa ſ ꝙ eſt vitiũ
ſic duplr̃ adhuc ꝯtingit cũ pcc̃m dicatur uitiuꝫ
inquantũ deordinat aliquem actũ alicuius po-
tentie ſ ꝙ deordinatio illa duplr̃ hꝫ ꝯparari.
ſic ⁊ peccatũ ut eſt uitiũ. ꝯparatur aũt deordi-
natio illa ad actum alicuius potentie tanq̃ꝫ ad
materiale circa quod ⁊ tanq̃ꝫ ad cauſale a quo
Si ergo loquamur de illa deordinatione mate
rialiter. ſic dico ꝙ non ſolũ circa actũ uolunta
tis ſed etiã circa actus alia℞ potentia℞ aĩe ꝯſi
ſtit. actus enim ⁊ memorie ⁊ intelligẽtie ⁊ ali-
arũ potentia℞ anime ſubiacentiũ uoluntati de
ordinari hñt per diuerſa peccata. Si aũt loq̃-
mur ꝺ illa deordinatõe cauſalr̃ ſic omnis talis
deordinatio eſt a uoluntate. Si autẽ queratũr
rõ huius. ꝺꝺ ꝙ huius rõ eſt triplex. Prima qꝛ
penes uoluntateꝫ ꝯſiſtit regiminis dñium. Se
cũda qꝛ in ĩpa reperitur rectitudinis principiũ
Tertia ꝟo qꝛ ad ĩpaꝫ pertinꝫ regiminis ꝯple
mentũ. in ĩpa nanq̃ꝫ ꝯſiſtit regiminis dñium.
pro eo ꝙ ipſa aliis potẽtiis imperat ⁊ a nulla
imperatur. Jn ĩpa etiaꝫ attenditur rectitudinis
principiũ. amor eniꝫ principiũ eſt rectitudinis
⁊ obliquitatis ſicut oſtendit aug. vnde bonus
amor eſt fundamentum ciuitatis dei. ⁊ malus
amor eſt fundamentũ ciuitatis diaboli. Et rõ
huius eſt. quia amor eſt radix omniũ affectio
nũ ⁊ tante adherentie ut trãſformet amanteꝫ
in amatũ. Penes ĩpam etiã ꝯſiſtit rectitudinis
⁊ regiminis ꝯplementũ. qm̃ ipſius obiectũ eſt
bonũ. bonũ aũt ⁊ finis eſt idẽ. et quia in directi
one ad finem conſiſtit uoluntatis cõpletio. in
obliquatione uero conſiſtit bonitatis amiſſio
hinc eſt ꝙ ab ipſa uoluntate oritur omne pec
catum. ⁊ ꝓpterea aug. in li. de duabus aĩabus
diffiniens peccatũ dicit ꝙ peccatũ eſt volũtas
aſſequẽdi uel retinendi quod iuſticia uetat ⁊ a
quo libe℞ eſt abſtinere. Per hoc auteꝫ ꝙ dicit
uoluntas aſſequendi ⁊c. deſcribit peccatũ ſ ꝙ
eſt uitiũ ⁊ deordinatio que a voluntate habet
ortum. Per hoc auteꝫ ꝙ dicit a quo libe℞ eſt
abſtinere. notificat peccatũ ſm ꝙ tenet rõneꝫ
culpe. quia nemo culpatur in eo quod uitare ñ
poteſt ſicut ipſe dicit ibidẽ. Sic ergo patet ꝙ
peccatũ inquantũ tenet rõnem culpe uolũtatẽ
reſpicit ut ſubiectũ. inquantũ etiã tenet rõneꝫ
uitij reſpicit ut principiũ ⁊ ut ſubiectũ primũ.
lꝫ aliquo modo reſpiciat actus alia℞ potẽtia℞
Unde rõnes que ad primã partẽ inducuntur
ꝯcedende ſunt. ¶ Ad illud ergo quod primo
obr̃ ꝙ non peccamus niſi ꝯſentiendo. ꝺꝺ ꝙ
⁊ſi ꝯſenſus reſpiciat rõnem ⁊ uoluntatẽ ſimul
principalius tamẽ ⁊ ꝯpletius uoluntatẽ reſpi-
cit quia in ea ꝯſũmatur. quantũcũq̃ꝫ enim rõ

deliberet niſi uoluntas alteruȝ preoptet nūq̄ȝ eligit nec ↄſentit. ⁊ quod eſt ibi culpe ⁊ iniuſticie hoc eſt rōne volūtatis adiuncte. ¶ Ad tria ſequentia que ſubiungit q̄ peccatur obliuiōe cogitatione ⁊ ſuggeſtione. patet rn̄ſio ex his que dicta ſunt. nam talia non ſunt peccata niſi quia uolūtaria. vnde nūq̄ȝ circa actū memorie culpa ↄſiſtit nec etiā circa actū itelligentie niſi eis imiſceat ſe uoluntas uel an̄cedēter uel ↄcomitanter uel ↄſequenter. Similiter auteȝ nec ſuggeſtio ſi eſt omnino ab extrinſeco ē culpa ſed illa que eſt ab intrinſeco quodāmodo uoluntaria eſt ſiue quia a uoluntate ade habuit ortum ſiue quia a uoluntate peccantis nō precauetur. ¶ Ad illud quod obr̄ q̄ peccatū deformat totā imaginē. dō q̄ etſi tota imago deformetur ⁊ uitietur. illa tamen ſola deformatio que eſt in uoluntate eſt illa que eſt ratio inculpandi. ⁊ ideo non ſequitur q̄ culpa reſpiciat alias potentias anime ſub rōe culpe q̄uis circa actus earum ↄſiſtat corruptio vitioſa.

¶ Ad illud quod obr̄ q̄ omnē malā uolūtatē precedit malū iudiciū. dō q̄ ueȝ eſt quantū ad actū uoluntatis qui quidem eſt ↄſenſus plenarius. attamē nunq̄ȝ in creatura rōnali ſm̄ q̄ inſtituta fuit iudiciū erroneum interueniret niſi uoluntas ſe illi iudicio imiſceret. nunq̄ȝ enim adam preſumpſiſſet uel de ſe p̄ſumptuoſe iudicaſſet niſi amore uoluntatis nimiū ſibi adheſiſſȝ. vnde amor mirabilr̄ peruertis iudicium. lȝ ergo primus angelus ſiue adam quādo peccauit prius preſumpſerit q̄ȝ ambiuerit. illius tamen preſumptionis peruerſitas a uoluntate habuit ortum. ⁊ ambitionis ȝelus in uoluntate fuit ↄſūmatū. ⁊ ita peccatum reſpicit principaliter uoluntatem. tamen quia in ipſa primo inchoatur etiam in ipſa ↄſūmatur. ideo recte dr̄ ſubſecutū primū peccati. quia ⁊ primū ē exigētie. primū etiam ↄplemento ſiue ↄſūmatione.

TErtio queritur utrum ſicut peccare ſic etiam puniri ſit uolūtatis ꝓpriū. Et q̄ ſic uidetur. Anſel. de originali peccato. Miratur inquit forte aliquis cur pro culpa uoluntatis membra puniuntur ⁊ ſenſus vnde non eſt ita. non enim punitur niſi voluntas. nam nihil eſt alicui pena niſi qđ ↄtra voluntatem eſt. ⁊ nulla res reſpicit penaȝ uel ſentit niſi que uoluntatē habet. membra auteȝ et ſenſus per ſe nihil uolunt. ſicut ergo uoluntas in membris ⁊ ſenſibus operatur ita i ipſis ipſa aut torquetur aut delectatur. Ex hac auctoritate habetr̄ que claudit in ſe rōcinationē q̄ ꝓprium ſit voluntatis puniri. ¶ Iteȝ aug. in li. lxxxiij. queſtionū. Uoluntas quippe punitur ipſa ſiue animi ſupplicio ſiue corporis ut que delectatur in peccatis ipſa plectatur in penis. ¶ Item rōne. Oppoſita ſunt nata fieri circa idem. ſed uoluntariū ⁊ inuoluntariū ſunt oppoſita. ſed pena ē actio inuoluntaria ⁊ reſpicit uoluntatem tāq̄ȝ illud a quo eſt. ſic uidetur q̄ culpa reſpiciat uoluntatē tanq̄ȝ illud circa quod ē ¶ Item culpa eſt meritū pene. ſed meritū reſpectu premij ⁊ habet rōnem ordinis ⁊ habet rōnem diſpoſitionis. ſi ergo diſpoſitio ⁊ illud ad quod diſponit ſunt in eodem. ⁊ culpa ut in rōne culpe eſt potius reſpicit uoluntatem. ergo ꝛc. ¶ Sed contra. Quattuor ut dicit Beda inflicta ſunt nobis pro peccato. ſ. ignorantia malicia infirmitas ⁊ ↄcupiſcentia. ſed quod infligitur pro peccato eſt pena. ergo ignorantia eſt pena. ſed conſtat q̄ ignorantia nō reſpicit uoluntatem. ſed rōeȝ. ergo ꝛc. ¶ Item duplex eſt pena in futuro. ſ. pena damni ⁊ pena ſenſus. ſed pena damni que eſt in carentia uiſionis dei non tm̄ reſpicit uoluntatē imo multo magis reſpicit rōnem. pena uero ſenſus q̄ eſt in ↄcrematione ignis multo magis reſpicit partē ſenſibilē ⁊ ↄiunctū q̄ȝ reſpiciat uoluntatem rōnalem cum ſentire ſit paſſio ↄiuncti. ergo uidetur q̄ pena p̄cipalius reſpiciat alias potentias anime q̄ȝ uoluntatē. ¶ Item ſi pena reſpicit uoluntatē aut hoc eſt quia eſt ſm̄ uoluntatē. aut quia eſt ↄtra uoluntatem. Si q̄ ſm̄ uoluntateȝ. ergo nemo puniretur niſi qui uellet quod plane falſum eſt. Si quia ↄtra voluntatē. ergo cū uir iuſtus uoluntarie ſuſtineat omnes penas ⁊ maxime xp̄us. nulli uiro iuſto nec etiā xp̄o penalis eſſet aliqua paſſio quod manifeſte falſum eſt. ¶ Item ſi pena reſpiceret voluntatē tanq̄ȝ ſubiectū ꝓpriū. ergo ſicut nemo poteſt peccare niſi qui habet uſum voluntatis. ſic nemo poſſet puniri niſi qui voluntatis uſum haberet. ſed hoc plane falſum eſt. nam paruuli puniuntur pro peccatis parenteȝ ⁊ multa etiam tormenta patiuntur non ſolum in habitu ueruȝ etiā in actu. ergo ꝛc. ¶ R̄ꝫ. dō q̄ pena rōne pene duo nominat. ſ. nocumētū nature ⁊ inſtrumentū diuine iuſticie. vnū tāq̄ȝ

materiale. reliquū tanq̄ʒ formale. vnde pena ⁊
eſt ultio ⁊ etiam eſt paſſio. cū ergo pena com
paratur ad aliquid hoc poteſt eſſe aut inquan
tum ultio. aut inquantum paſſio. Si inquantū
ultio ſic proprie habet comparari ad ipſam
uoluntatem. deus eniʒ non ulciſcitur ſe de ma
nu uel pede uel aliqua potentia ſenſitiua ſʒ de
uoluntate deliberatiua. ſed ulciſcitur deus nō
ſolum affligendo ipſam in ſe ſed etiam affli-
gendo eam in ceteris membris corporis in q̇-
bus ipſa cupiebat delectari. Si autem compa
retur pena ad aliquid inquantum eſt paſſio
ſic dicendū eſt ꝙ cum non quecunqʒ paſſio pe
na ſit ſm completam rōnem pene ſed paſſio
ledens paſſio affligens paſſio diſplicens. ſic
adhuc pena ſm ꝙ tenet plene rōnem pene. ſ.
pene que facit hominem recte miſerū adhuc
reſpicit uoluntatem ratione ſui completiui. ne
mo enim plene miſer eſt ſicut dicit Auguſtin⁹
ex hoc ꝙ patitur ſolum ſed ex hoc ꝙ patitur
⁊ ſcit ſe pati ⁊ non uult ſe pati. ſm autem ꝙ
paſſio tenet ſemiplenam rationeʒ pene prout
dicitur paſſio ledens uel affligens in eo in quo
non eſt nata eſſe quantum eſt de prima condi
tione nature. ſic non tantum reſpicit uolunta
tem ſed etiam omnes potentias anime ⁊ oīa
membra corporis. non tamen reſpicit illa ſine
uoluntate. quia in nullo poteſt eſſe pena niſi i
quo eſt rationalis uolūtas. vnde bruta quāuis
patiantur non tamen puniuntur. Sic ergo pʒ
ꝙ pena ⁊ inquantum eſt ultio ⁊ inquantum ē
paſſio plene tenens rationem pene directe re
ſpicit ipſam voluntatem ita ꝙ proprium eſt
ipſius uoluntatis puniri. Unde concedēde ſūt
rationes que hoc oſtēdunt. Inquantum tamē
eſt paſſio ledens uel affligens habet reſpicere
alias potentias ⁊ etiam corporis organa. Et
ſm hoc patet reſponſio ad rationes que ad
oppoſitum inducuntur. ¶ Ad illud enim qḋ
obiicitur de ignorantia ⁊ de pena damni ⁊ ſen
ſus. patet reſponſio. nam etſi ignorantia di-
cat priuationem alicuius boni quod reſpiciat
cognitiuam ⁊ ſimiliter pena damni. ⁊ ſimiliter
pena ſenſus priuationem dilectionis ⁊ quietis
partis ſenſitiue. totum tamen hoc deus ordi-
nat ad uindicandū ⁊ ulciſcendum ſe de uolun-
tate. ipſa enim eſt que directe aduerſatur diui
ne iuſticie dum perpetrat iniuſticiam. et ideo
ordo diuine iuſticie punientis directe reſpicit
illius deordinationis remotionem. ipſa enim
ſola fuit que ſibi ſe principium poſuit ⁊ deum
derelinquendo ɔtempſit dum peccauit. ⁊ ideo
debet per penarum multitudinem in ſeruitutē
dei redigi ut que dehonorauit deū voluntarie
contemnendo honoret ipſuʒ inuoluntarie ſup
plicia patiendo. ¶ Ad illud quod obiicitur ꝙ
in uiris iuſtis ⁊ in xp̄o non fuit pena inuolun
taria. dicendū ꝙ ibi non tenet pena rationem
ultionis niſi relata ad uoluntatem ade pecca-
tricem reſpectu cuius uoluntariā omnis pena
ē inuolūtaria qꝛ voluntas peccatrix querit ob
lectationem ⁊ querēdo oblectationem refu-
git paſſionem. ¶ Ad illud quod obiicitur de
paruulo qui patitur penas reſponderi poteſt
ſicut ad hoc.

In parte iſta ſunt queſtiones circa
litteram. Et primo queritur de hoc
quod dicit ꝙ fides intentionem diri
git. Multi enim habentes fidem habent ma-
las intentiones. ergo uidetur ꝙ intentionis di
rectio a fide non habeat eſſe. Si tu dicas ꝙ
loquitur de fide que per dilectioneʒ operatur
utpote de fide formata. tunc potius uidetur
ꝙ directio intētionis debuit attribui charitati
non fidei. ¶ Item queritur iuxta hoc cum di
rectio intentiōis aliquo modo attribuitur fidei
aliquo modo charitati quare ſimiliter non at-
tribuitur ſpei. cum et ipſa ſit uirtus theologi
ca reſpiciēs fidem ſicut fides ⁊ charitas. ¶
R/. dicendum ꝙ cum intentio duo reſpiciat. ſ.
oculum intellectus ⁊ pedem affectus duplici in
diget directiuo quorum unum reſpiciat aſpe
ctum ⁊ hoc eſt fides. alterum uero affectum. ⁊
hoc eſt charitas. Et ideo dicit Bernardus ꝙ
ad ſimplicitatem oculi concurrit charitas ⁊ ue
ritas. Quando ergo magiſter dicit ꝙ fides
dirigit intentionem non de quacunqʒ fide in-
telligitur ſed de fide operante per dilectioneʒ
ſicut obiectum eſt. magis tamen attribuit di-
rectionem fidei q̄ʒ charitati. q̇a dirigere in uia
potius eſt luminis illuſtrantis q̄ʒ uirtutis adiu
uantis. licet utrunqʒ ſit neceſſarium ad hoc ꝙ
homo recte ambulet ꝙ lumen uideat ⁊ ꝙ pe-
dem rectum habeat. Propter defectuʒ primi
non recte incedit cecus. ⁊ propter defectum ſe
cundi non recte incedit claudus. ¶ Ad illud

qͦ q̄ritur de ſpe. vͦ ꝙ ſpei ꝓprie loquendo ñ
eſt dirigere ſed erigere. quia ſpes ſpectat per
modū futuri. Unde quaſi dat quandā ſecurita
tē ne in uia deficiat. fides aūt ⁊ charitas pn̄tia
liter potentias in quibus ſunt in operibus di-
rigunt. quia una illuminat ⁊ altera inflāmat.
et ideo una dirigit reſpectu v̄itatis. altera v̄o
reſpectu bonitatis. quantū ad que duo ſuffici-
enter attenditur rectificatio anime in ſuis op̄i
bus. ⁊ ideo non oportet ꝙ ſpei non attribuat
directio ſed ſolū erectio lꝫ illa erectio quodā-
mō dici poſſit directio. ¶ Itē queritur de hoc
quod dicit. Oīs uita infideliū peccatū eſt. Sꝫ ꝯ
Infideles habēt opera uirtutum politicaꝝ. ſed
v̄tutes politice non ſunt habitꝰ mali ſꝫ boni.
qꝛ non ſunt uitia ſed dei dona. ergo uidetur ꝙ
opera illaꝝ ū uirtutū non ſunt peccatū. ¶ Iteꝫ
infidelis homo poteſt dare elemoſynā ut deꝰ
manifeſtet ſibi uiā ueritatis. ⁊ in hoc diſponit
ſe ut deus det ei habitū fidei. ſed in hoc ꝙ ho
mo ad grām ſe diſponit non peccat. ergo nō
uidetur ꝙ omnis uita infideliuꝫ ſit culpa ſiue
actio omnis. ¶ Oppoſitū aūt huius eſt. quia
arbor mala non poteſt fructus bonos facere.
ergo ſi infideles malam uoluntatē habent ⁊ in
directā intentionē ⁊ carent fide ⁊ charitate. er
go uidetur ꝙ omnia q̄ faciunt male faciunt.
⁊ nihil bene. ¶ R̷. vͦ ꝙ infideles non peccāt
in omni ſua actione. nam quando eoꝝ actio ñ
repugnat fidei nec bonis moribus non ē ratio
aliqua quare in ea debeat eſſe peccatū. Q. vͦ er
go dicitur in lr̄a ꝙ omnis uita infidelium. vͦ
non dicitur ꝓpter hoc ꝙ omnis actio quaꝫ fa
ciunt in tota uita ſua ſit culpabilis ⁊ demerito
ria. ſed hoc ideo dicitur quia per nullā actōeꝫ
quam agunt liberantur a culpa q̄diu in infide
litate perſiſtunt. et ideo ſenſus eſt. omnis uita
infideliū eſt peccatū. i. non ſine peccato. Simi
liter intelligenda eſt ſequens auctoritas ⁊ alie
ꝯſimiles cū dicitur ꝙ ubi deeſt agnitio verita
tis falſa eſt uirtus. non quia illa uirtus ſit uitiū
ſed quia deſuit a uere uirtutis perfectione. qꝛ
uirtus uera dicitur quia ueraciter perducit ad
uitā. ¶ Ad illud ergo qͦ obr̄ ꝙ arbor mala
non poteſt fructus bonos facere. intelligenda
eſt locutio per ſe. i. ſi operetur uoluntas mala
inquantū mala. ſ. mala intentione. ſi auteꝫ nō
per ſe intelligatur non eſt ſermo uerus niſi in
telligatur de bono perfecto quod quidem eſt
bonū meritoriū. ſed tunc non ſequitur. nō fac
fructū bonū. ergo facit fructū malū. quia inter
tale bonū ⁊ malū eſt medium ſicut ſupra fuit
oſtenſū. ¶ Itē queritur de hoc qͦ dicͭ ꝙ peccā
que a neſcientibꝰ uel coactis perpetrantur nō
omnino poſſunt ſine uoluntate ꝯmitti. Videt̄
enim falſum dicere. Primū qꝛ uoluntariū pre
ſupponit cognitōem ſicut uult phūs. ergo qͦ
fit per neſcientiā uel ignorantiā eſt ſimplr̄ in-
uoluntariū. ergo ꝯmittitur ſine uoluntate. ¶
Itē coactio inducit uiolentiā. ſed uiolentia ex-
cludit uolūtatē. ergo quod fit a coacto non eſt
uoluntariū. Queritur ergo qualr̄ aug. intelli-
git cū dicit ꝙ que fiunt per coactionē ⁊ ignorā
tiā nō fiunt preter uolūtatē. ¶ R̷. vͦ ꝙ nouē
ſunt gradus uoluntarij ſm̄ quos peccata dr̄
uoluntarie fieri ſm̄ plus ⁊ minus. ¶ Primo eniꝫ
⁊ principalr̄ dicitur uolūtariū quod ē a volūta
te nullo inclinante nec exterius nec interiꝰ. ſic
fuit peccatū luciferi uolūtariū. ¶ Secūdo modo
uoluntariū dicitur quod eſt a uoluntate aliquo
ſuggerente exterius ſed nullo inclinante inte
rius. ⁊ ſic fuit peccatū primi hominis uolunta
riū. ¶ Tertio modo dicitur uoluntariū quod ē
a uoluntate aliquo tamen inclinante exterius
⁊ interius. et ſic eſt peccatū mortale quod ali-
quis perpetrat ex deliberatione ⁊ intentione
poſt lapſum nature. ¶ Quarto modo aliquid
eſt uoluntariū quod eſt a uoluntate non mouē
te ad idem directe. mouente tamen ad impoſ-
ſibile ſicut eſt peccatū omiſſionis quo omittit
ad matutinū ſurgere quia uoluntarie ſe inebri
auit. ¶ Quinto modo aliquid eſt uoluntariuꝫ
quod eſt a voluntate non mouente ad illud di
directe nec appetente ſed aliquid refugente ſi
cut eſt peccatū quod homo facit mortis timo
re. ¶ Sexto modo aliquid eſt uoluntariū quod
eſt a uoluntate non plene id quod agit cogno
ſcente. ⁊ ſic peccatū ex ignorantia dr̄ uolunta
tariuꝫ. ¶ Septimo modo dicitur aliquid uolūta
riū quia ꝯſequitur ad aliquid quod uoluntarie
factū eſt ab illo eodem a quo idem fit. Et ſic
peccata que ꝯſequuntur ebrietatē inquantum
homo ſe ſcienter induxit dicūtur uoluntaria.
¶ Octauo modo dicitur aliquid uoluntariū quia
eſt ab aliquo potente ꝓhibere ⁊ non ꝓhibē-
te. et ſic peccatū ueniale qͦ eſt primus motus

dicitur eſſe uoluntariū. ¶ Nono modo dicitur
uoluntariū aliquid quod introductū eſt a uolū-
tate aliena ſicut a cauſa prima. et ſic peccatuꝫ
originale dr̄ uolūtariū. In oībus iſtis modis p̄
dictis aliquo mō ſaluatur ratio uoluntarij. p
prie tñ ⁊ principalr̄ in duobꝰ modis primis. et
ꝓpterea dicit aug. ꝙ illud quod dixerat. ſ. oē
peccatū uoluntariū de peccato pͥmi parentis
eē intelligendū. nō qꝛ illud ſolū ſit uoluntariū
ſꝫ qꝛ illud inter cetera mere eſt uoluntariū. alia
.n. aliquo mō uoluntaria ſunt lꝫ non ita plene
ſicut illud qð fit per neſciētiā. ¶ Ad illud ṽo
quod obꝛ̄ ꝙ tā coactio q̄ꝫ ignorantia excludit
rōnē uoluntarij. ðō ꝙ ueꝝ eſt vbi eſt oīmoda
ignorantia ⁊ coactio ſufficiēs. ſꝫ uolūtas nūq̄ꝫ
cogitᷣ coactione ſufficiēti. iō coactio nūq̄ꝫ tollit
rōeꝫ uolūtarij. ignorātia ṽo aliqñ ē p oīmodā
priuationē diſcretōis. ⁊ tunc tollit ſimplr̄ rōeꝫ
uoluntarij. aliqñ ṽo dicit priuatōeꝫ alicuꝰ co-
gnitionis determinate utpote priuationē alicꝰ
circunſtantie remanente nihilominꝰ cognitiōe
actus ⁊ aliaꝝ circunſtantiaꝝ ſicut ē de illo qui
fornicatur neſciens fornicatōeꝫ eſſe peccatuꝫ
mortale ſciens tñ ſe cognoſcere nō ſuā. ⁊ tūc
minuit non tollit rōeꝫ uolūtarij. Et ſic loq̄tur
magr̄ in lr̄a. Et p hoc patēt illa duo obiecta.

Diſtinctio. xlij.

Um aūt uoluntas mala ⁊ opatio
⁊c. ¶ Supra oñdit magr̄ qualr̄ pec
catū ortuꝫ habeat a uoluntate in
generali. In hac ṽo pte deſcēdit
magr̄ ad drīas peccati. Diuiditur aūt pars iſta
i ptes duas. In quaꝝ prima deſcēdit magr̄ ad
drīas peccati cōes. In ſecūda deſcendit ad unū
peccatū ſpeciale qð eſt inter cetera peccatorū
genera magis graue ⁊ abhoīabile. ibi Eſt pre
terea unū genus peccati ⁊c. Pars prima q̄ ſpe
ctat ad p̄ñteꝫ ði. tres hꝫ ptes. qm̄ drīa peccati
ad peccatū pōt attēdi triplr̄. aut quātū ad actū
aut quantū ad reatū. aut quantū ad peccandi
modū. In prima ergo inq̄rit magr̄ drīaꝫ inter
pccā opis ⁊ uoluntatis. In ſecūda inq̄rit drīam
a pte reatꝰ q̄ eſt inter genus peccati originalis
⁊ actualis. venialis ⁊ mortalis. ibi Modi autē
peccatoꝝ ⁊c. Prima pars diuiditur in duas. In
quaruꝫ prima magr̄ mouet q̄ōnē ⁊ determiat
ƀ duplicē opinionē. In ſecūda ṽo rñdet obiecti
onibus que impugnare uidentur opinionē ma
gis ꝓbabilē. ibi Quibus alij rñdent hec duo
diuerſa ⁊c. Secunda pars in qua inquirit drīas
peccatoꝝ quantū ad reatuꝫ duas hꝫ. In prima
inquirit qualr̄ reatus poſſit manere pccō abe-
unte in q̄ accipitᷣ drīa actualis peccati ⁊ origi-
nalis. ꝙ actuale tranſit actu ⁊ remanet reatu.
originale aūt ecōuerſo. In ſecūda ṽo ꝙ reatꝰ
multiplr̄ accipitur i ſcriptura. ſ. p obligatione
pene eterne ⁊ pene tp̄alis. ex quo accipitur dif
ferentia mortalis peccati ⁊ uenialis. ibi Reatꝰ
aūt in ſcriptura multiplr̄ accipitur. Similr̄ ter-
tia ps duas hꝫ partes. In quarū prima tangit
magr̄ q̄nq̄ꝫ modos diuidendi peccata ꝯſuetos
in ſcriptura. In ſecunda ṽo dubitatōeꝫ q̄ ortū
habet ex vna illaꝝ diuiſionū. ibi Ex ſuperbia
tñ omnia mala oriūtur ⁊c.

D intelligentiā autē huius partis ƀ
tria q̄ hic determinātur icidit hic qð
circa tria. ¶ Primo ē hic queſtio de
ꝯparatōe peccati opis ad peccatū voluntatis.
¶ Secundo de ꝯparatōe peccati uenialis ⁊ pecca
ti mortalis. ¶ Tertio icidit hic queſtio circa
modos diuidendi pccm̄ ¶ Circa primū q̄rūtur
duo. ¶ Primo queritur utrū peccatū uolunta
tis ⁊ operis ſint duo peccata uel unū. ¶ Se-
cundo utꝝ unū addat ad alterū.

Irca primū ſic ꝓceditur ⁊ q̄ritur utꝝ
uoluntatis ⁊ opis ſint duo peccata uł
unū. ¶ Et ꝙ ſint plura uidetur. Sup
illud ro. i. Repletos homicidiis. glo. pluralr̄
dic homicidiis. qꝛ aliud ē homicidiū uolūtatis
⁊ aliud opis. ſi ſic eſt in homicidio. ergo pari
rōe ⁊ in alijs peccatis. ¶ Itē multiplicato in-
feriori multiplicatur ſuperius. ſed fornicatio
exterior peccatū eſt ſpāle ſꝫ uoluntas forni-
candi eſt aliud q̄ꝫ ipe actꝰ fornicatiōis. ergo ſi
iſta ſunt diuerſa ⁊ ſunt peccata formalr̄ loquē
do. ergo ſunt diuerſa peccata. ¶ Itē multipli
cato ſubiecto multiplicatur accñs quod ꝯſiſtit
per illud ſubiectum. ſed deformitas ꝯparatur
ad actionē tanq̄ꝫ accñs ad ſubiectuꝫ. ergo vbi
ſunt multe actiones deformes ibi multe defoꝛ
mitates. ⁊ ubi multe deformitates ibi multa
peccata. ⁊ actio iterior ⁊ exterior ſunt diuerſe
ergo ſunt in eis diuerſe deformitates. ergo ⁊
diuerſa peccata ¶ Itē multiplicato uno oppo
ſitoꝝ multiplicatur ⁊ reliquū. qꝛ tm̄ unum vni
opponitur. ſꝫ peccatū repugnat precepto. cuꝫ
ergo aliud ſit preceptū quo ꝓhibetur actꝰ in-
terior. ⁊ aliud quo ꝓhibetur actꝰ exterior. q̄a

aliud mandatū ē. nō ɔcupiſces. ⁊ aliud nō me-
chaberis. ergo uidetur ꝙ ſicut illa duo ſunt p̄
cepta ita actio interior ⁊ exterior ſunt duo pec
cata. ¶ Itē magis ɔuenit uolūtas interior cū
uoluntate interiori q̄ȝ uoluntas interior cū vo-
luntate exteriori. ſed uoluntas interior cū alia
uoluntate facit duo peccā diuerſa. ergo multo
fortius uoluntas interior cū actu exteriori ſūt
diuerſa peccata. ¶ Sed ɔ̄. Per ſe ⁊ per accn̄s
non ponunt in numeꝝ ſicut cū diligo uinuȝ q̄a
dulce non dicor diligere duo ſed vnū. ſȝ actio
exterior non eſt peccatū niſi ꝓpter voluntatē
interiorē. ergo uoluntas interior cū actu exte
riori non ponti in numeruȝ. ergo nō ſunt duo
peccata ſȝ unū. ¶ Itē actio inchoata nō ponit
in numeꝝ cū ſeipa ɔſūmata. ſed peccatū icho
atur in uoluntate ⁊ ɔſūmatur in opere ꝥ ꝙ dr̄
Ja. i. Concupiā cū ɔceperit parit peccatū. pec
catū vō cū conſūmatū fuerit generat morteȝ.
ergo ⁊c. ¶ Itē bonū opus non ponit in nume
rū cū bona uoluntate in rōne meriti. vnde cuȝ
alquis uoluntarie bene operatur nō eſt ibi du-
plex meritū ſed unū. ergo pari rōne nec uolū-
tas interior cū opere exteriori ponet i numeꝝ
in rōne demeriti ſiue peccati. ¶ Iteȝ formale
eſt in peccato ꝥ ꝙ peccatū eſt libido uel potius
ɔtēptus dei ſiue auerſio. ſed cū quis uolūtarie
opus nephariū perpetrat non ſunt duo ɔtem
ptus ſed unus. ¶ Item multis peccatis multi
plex debȝ iſligi pena ſiue remuneratoria ſiue
ſatiſfactoria. ſed ꝓ peccato exterius ɔſūmato
non debetur alicui pena multiplex nec diuerſe
imponuntur ſatiſfactiones ſed una. ergo volū
tas interior ⁊ actio exterior non ſunt diuerſa
peccata. ¶ R℣. vō ꝙ duplr̄ ɔtigit ɔparari pec
catū operis exterioris ⁊ uoluntatis interioris.
Uno modo prout illa ɔiuncta ſunt ⁊ ordinata
ita ꝙ unū eſt ex altero. et ſic uolūtas interior
cum actu exteriori non facit diuerſa peccata.
ꝓ eo ꝙ un⁹ ē ibi ɔtempt⁹ ⁊ una auerſio ⁊ una
eſt ɔuerſio. voluntas enim eſt que ɔtemnēdo
auertitur dum ad bonū ɔmutabile ɔuertitur n̄
ſolū quantū ad actū ꝓpriū ſed etiā quantū ad
actū inferioris potentie que ei ſubiicitur. quia
ergo peccatū ꝥ ꝙ huiuſmodi dicit deordinatio
nē per ɔtēptū ⁊ auerſionē a deo ⁊ ɔuerſioneȝ
ad creaturā. hinc eſt cū ibi ſit vna deordinatio
prima ꝙ peccatū uolūtatis ⁊ operis unum eſt

loquendo formalr̄ ꝓut illa ɔiuncta ſunt. ſȝ ibi
autem ſit una ratio deordinandi. plura tn̄ ſūt
ibi deordinata. et ideo quāuis peccatum illud
unum ſit formaliter. plura tamen ſunt mate-
rialiter. Si autem ɔparemus uoluntatē inte-
riorē ad opus exterius ꝓut ſunt ſeparata ita
ꝙ unus peccet uoluntate tm̄. alius peccet uo-
luntate ⁊ opere. ſic peccatū uoluntatis ⁊ opis
ſunt diuerſa peccata nō ſolū materialiter uerū
etiam formaliter ꝓ eo ꝙ actus uoluntatis in
quo ɔſiſtit prima rō deordinandi numeratur
⁊ eſt alius ⁊ alius. hoc aūt mō nō querit magr̄
in lr̄a. utrū uoluntas interior ⁊ actio exterior
ſint diuerſa peccata. hoc eni non eſt dubiuȝ ꝙ
diuerſis peccatis peccat q̄s ſi una uice tm̄ ue-
lit malū. alia uice uelit ⁊ ꝑficiat. ſȝ de hoc q̄rit
utrū uoluntas interior ⁊ actio exterior ſint di-
uerſa peccata ꝥ ꝙ unū ab altero ꝓcedit. ⁊ unū
alteri ɔiungitur. Et ad hoc rn̄dēduȝ ꝙ q̄uis
ſint plura opera culpabilia ⁊ plura deordinata
quia tn̄ una eſt rō deordinādi unus eſt ibi act⁹
uolūtatis. nec alter ē culpabilis niſi ꝓpter illū
unu eſt ibi peccatū. Et hoc modo vōi magis
ɔcordat magr̄ in lr̄a rn̄dens obiectōib⁹ q̄ fiūt
in lr̄a ꝑ parte altera que dicebat illa eē diuerſa
peccata. ⁊ recte facit in hoc ꝙ quāuis aliquid
poſſit numerari ex quadā improprietate ſolū
ex parte principij materialis. tn̄ ꝓprie loquen
do non numeratur aliquid ex parte principij
materialis niſi q꜡ cū numeratione ex pte prin
cipij materialis ɔcurrit numeratio ex pte for-
malis. ſicut albedo numeratur in duob⁹ hoīb⁹
albis. non ſic aūt eſt in ꝓpoſito. Et ideo rōes
que hoc oñdunt. ſ. uoluntatē interiorē ⁊ actōeȝ
exteriorē eē peccatū vnuȝ ɔcedende ſunt. ¶
Ad illud qd̄ obr̄ de glo. vō ꝙ glo. aut loquit̄
materialr̄. aut loquitur de homicidio interiori
⁊ exteriori ꝓut diſiuncta ſunt ita ꝙ unū alteri
non ɔtinuatur. ¶ Ad illud qd̄ obr̄ ꝙ multipli
cato inferiori multiplicatur ſuū ſuperi⁹. vō ꝙ
illud uerū eſt de illo inferiori cui ſuū ſupi⁹ eſt
eēntiale uel ad qd̄ ſuū ſupi⁹ ɔpatur eēntialiter
nō ſic aūt ē in ꝓpoſito. q꜡ peccatū ⁊ſi dicatur
de uoluntate ⁊ rōne nō dr̄ ꝑdicatōe eēntiali ſȝ
magis accn̄tali. ¶ Ad illud qd̄ obr̄ ꝙ multi-
plicato ſubiecto multiplicatur accn̄s. vō ꝙ illd̄
ueꝝ eſt ſi ſubiectū per ſe multiplicatur ⁊ illud
in quo primo ē accn̄s. deformitas aūt peccādi

non attenditur primo ⁊ principalr̄ circa exteri
orē actionē nec eſt ibi tanq̄ȝ circa ſubiectū ꝑ ſe
ſed eſt ibi rōne uoluntatis interioris ꝯiuncte.
quod patet. quia ſi actio illa ꝓcederet ab alio
principio q̄ȝ a uoluntate iam non eſſet culpabi
lis. Aliter etiā pōt dici ꝙ illud intelligitur qn̄
ſubiectū plurificatur ⁊ ƀ rē ⁊ ƀ illā rōnem qua
dr̄ ſubiectū ita ꝙ non ſunt ſolū plures res ſed
etiā plura ſubiecta. ſed quāuis actio interior ⁊
exterior ſint diuerſe res nō tamē ſunt diuerſa
ſubiecta deformitatis ſȝ unū. ꝑ eo ꝙ ſic ordo
pōt eſſe in pluribꝰ quoꝝ unū eſt ab altero tāq̄ȝ
in uno ſubiecto ſic etiā ⁊ deordinatio. qm̄ er-
go deformitas peccati dicit deordinationeȝ a
fine. hinc eſt ꝙ circa actionē interiorē ⁊ exteri
orē ꝯſiſtit tanq̄ȝ circa unū ſubiectū quāuis ſint
diuerſe actiones ⁊ res. Poſſet etiam inſtari ꝯ̄
illud uerbū ꝙ hoc intelligitur de accn̄te abſo-
luto nō de accn̄te relato. tale enim unū pōt eē
in pluribus dū tn̄ illa ſint adinuicē relata ⁊ or
dinata. et ꝑ hunc modū ſe hn̄t actio interior
⁊ exterior. qꝛ una ꝓcedit ab altera. ¶ Ad illō
quod obr̄ ꝙ multiplicato uno oppoſitoꝝ mul
tiplicatur ⁊ reliquū. dō ꝙ ueꝝ eſt ƀ ꝙ ei oppo
nitur. p̄ceptū aūt quo ꝓhibetur actus exterioꝛ
⁊ uoluntas interior nō eſt aliud ⁊ aliud niſi ex
hoc ꝙ in uno ꝓhibetur uoluntas cuȝ opere. in
altero ꝓhibetur uoluntas etiā abſq̄ȝ opere. et
hoc mō hn̄ ꝯcedo ꝙ uoluntas interior ⁊ actio
exterior prout ſunt diſiuncta ſunt plura pccā
ſed hoc modo nō procedit inquiſitio preſens.
nec inquiſitio magiſtri. ¶ Ad illud quod obr̄
ꝙ magis ꝯmunicat uoluntas cum uoluntate
q̄ȝ cū actu exteriori. dō ꝙ ē ꝯuēiētia formalis
⁊ ꝯuēiētia ordis. cū ergo dr̄ ꝙ uolūtas iterioꝛ
magis ꝯuēit cū uolūtate q̄ȝ cū actōe exteriori
dō ꝙ ueꝝ ē de ꝯueniētia formali ſȝ nō de ꝯue
nientia ordinis. qꝛ non ſic eſt uoluntas a uolun
tate ſicut eſt exterior operatio ab interiori uo
luntate. et ideo cum ſint due uoluntates ſunt
plures deordinatōes. et propter hoc ſunt duo
peccata. cum uero opus exterius iunctum eſt
uoluntati interiori a qua procedit una eſt ibi
deordinatio ⁊ unum actuale principium deor-
dinationis. et ideo unum peccatum eſt. et ex
illa parte plura peccata.

Secundo queritur utrum peccatum
operis addat ſupra peccatum uoluntatis.
¶ Et ꝙ ſic uidetur. Super illud Pſalmi. Appo
ne iniquitatem ſuper iniquitatem. Gloſa.
Qui addit opus uoluntati addit iniquitatem
iniquitati. ſed qui hoc facit nouū peccatū facit
aut maius. ſȝ non nouū. ergo maius. ¶ Item
aug. Unuſquiſq̄ȝ miſer efficitur mala uolūtate
ſed miſerior poteſtate cū deſideriū male uolū
tatis impletur. ſed non efficitur homo miſior
per peccatum niſi aggrauetur peccatuȝ. ergo
peccatū uoluntatis aggrau..ur per additionē
operis. ¶ Item ratione uidetur. Apud huma
nam iuſticiam grauius punitur qui peccat in
opere q̄ȝ qui peccat uoluntate ſolum uel uolū
tate ⁊ uerbo uel uoluntate tantum. ergo ſi hu
mana iuſticia deriuatur ab eterna iuſticia ⁊ ei
conformatur ⁊ in opere ſuo laudabilis eſt ui-
detur ꝙ maiori ſit dignꝰ pena ille qui peccat
uoluntate ⁊ opere q̄ȝ qui peccat uoluntate tm̄
ſed non eſt quis maiori dignus pena niſi ꝓpt
maiorē culpā. ergo ⁊c. ¶ Iteȝ grauius peccāt
qui peccant in deum ⁊ in proximū q̄ȝ qui pec-
cant in deum tm̄. ſed qui peccant uoluntate
interiori ſolum non peccant niſi in deum. qui
uero peccant exterius in opere frequenter pec
cant in proximum ſicut patet in adulterio et
homicidio. ergo ⁊c. ¶ Item quanto magis ſe
homo glorificat ⁊ in deliciis eſt tanto magis
dignus eſt pena. ſed qui peccat uoluntate et
opere magis ſe glorificat ⁊ amplius delectatꝰ
eſt q̄ȝ qui peccauit uoluntate ſola. ergo maio
ri dignus eſt pena. et ſi hoc maiorem perpe-
trat culpam. ¶ Sed contra. Super illud p̄s.
Etenim in corde iniquitates operamini. glo.
Si uis ⁊ non potes deus factum reputat. er-
go ſi uoluntas reputatur pro facto. uidetur ꝙ
factū quantū ad rōnem peccati nihil addat ſu
pra uoluntatem. ¶ Item Auguſtinus. Si cō
tingat aliquem non concūbere cum uxore ali
ena. planum eſt auteȝ eum cupere. et ſi pote-
ſtas daretur eum eſſe facturū non minus reus
eſt q̄ȝ ſi in ipſo facto deprehenderetur. ergo
ſi non eſt minus reus non magis peccat quan
do conſūmat in opere q̄ȝ quando plene uult
in uoluntate. ¶ Item grauitas ⁊ magnitudo
peccati conſiſtit in quantitate contemptionis.
ſed quando uir omnino non ꝯſentit tūc plena
ē auerſio ⁊ ꝯtēptꝰ. ergo equale eſt pccm̄ ſiue

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

opus adſit ſiue deſit. ¶ Item opus exterius non eſt culpabile niſi ꝓpter uolũtatẽ interiorẽ ergo ſi tota rõ culpabilitatis ortũ habꝫ ab ipa uoluntate. uidetur ꝙ ſola uolũtate peccati exiſtente tãtũ eſt hõ culpabilis quantũ ſi peccaret in ope. ¶ Itẽ peccata ſpũalia q̄ ſola volũtate ↄſũmantur grauiora ſunt q̃ꝫ peccata carnalia quoꝝ ↄſũmatio fit in carne. Si ergo prima q̄ i ſola uoluntate ↄſiſtunt grauiora ſunt q̃ꝫ ſcda q̄ ↄſiſtunt in uoluntate ⁊ ope uidetur ꝙ opus non addat aliq̃d ad maliciã uoluntatis. ℞. Ad ꝓdictoꝝ intelligentiã eſt notandũ ꝙ cum q̃ritur utrũ opus addat aliq̃d ad maliciã uolũtatis hoc dupl̃r põt intelligi. vno mõ reſpectu voluntatis que põt in opus ꝓcedere ſꝫ tñ nõ ꝓcedit quia non oĩo plene uult. ⁊ reſpectu tal̃ abſqꝫ dubio malicia opis addit. cuꝫ.n. ↄſũmat̃ peccatũ in opere tũc eſt pleni⁹ ↄſenſus. ⁊ nõ ſolũmõ dr̃ manducare mulier ſꝫ etiã uir. et ideo pccm̃ tũc mai⁹ ⁊ graui⁹ eſt rõe maioris ↄuerſionis ⁊ etiã auerſiõis. Alio mõ põt intelligi reſpectu voluntatis que q̃dẽ nõ ꝓcedit. nõ q2 ñ uelit ſꝫ q2 nõ põt. Et tũc mouetur illa queſtio cũ utrobiqꝫ ſit plena uoluntas utrũ graui⁹ peccet qui uult ⁊ non poteſt an qui uult ⁊ poteſt ⁊ facit. Eſto ꝙ uterqꝫ moueatur ex eq̃li amore. Hoc ergo mõ q̃õne intellecta rñdendũ ꝙ unũ peccatũ dr̃ eẽ maius altero tripl̃r. aut rõe maioris ↄtẽptus dei. Aut rõe maioris libidis ſiue delectatõis. aut rõe maioris dãnificatõis. Primo modo loquẽdo opus non addit ad iniquitatẽ uoluntatis. quia uoluntas plena a deo auertitur ꝑ ſe ſicut cũ eſt operi ↄiuncta. Q̃tuꝫ vo ad delectatões ſiue libidinẽ addit ⁊ aggrauat maxime quantũ ad genus peccati carnalis quo quidẽ peccat hõ in ſeipſo. Simil̃r quantũ ad dãnificatõeꝫ addit et hoc maxime q̃tũ ad genus peccati quo peccat q̃s in ꝓximũ. Quãtũcũqꝫ.n. aliq̃s uelit fornicari nũq̃ꝫ delectatur ſicut qñ uolũtas ↄiungitur actui. Simil̃r q̃tũcũqꝫ uelit aliquis alteꝝ occidere nõ tantũ facit dãnũ quantũ ſi actu occideret. Et qm̃ deus eſt iuſt⁹ iudex in puniẽdo nõ tm̃ ↄſiderat in pccõ magnitudinẽ ↄtẽpt⁹ ſꝫ etiã magnitudinẽ delectatõis ⁊ magnitudinẽ dãnificatõis. hinc ẽ ꝙ aliquo mõ op⁹ addit ad neq̃tiã uoluntatis. Un̄ ⁊ rõnes que hoc oñdũt ↄcedende ſunt quãuis non oẽs cogant maxime illa que fit de ſimilitudine diuine iuſticie ⁊ humane. nõ.n. eſt ſile. q2 homines ↄſiderant que exteri⁹ patent ⁊ iuſticiã publicã. de⁹ aũt intuetur cor. ⁊ nõ ſoluꝫ ↄſiderat iuſticiã publicã ſꝫ etiã priuatã. ¶ Ad illud vero quod obr̃ in ↄ̃riũ de glo. illa ⁊ de auctoritate aug. quaꝝ vna dicit ꝙ uolũtas reputatur ꝓ facto ⁊ altera dicit ꝙ nõ minus ẽ reus q̃ uult ⁊ nõ facit q̃ꝫ q̃ uult ⁊ facit. dõ ꝙ ambe ꝓcedunt ꝫ quãtitatẽ peccati q̄ attenditur q̃tũ ad plenitudinẽ ↄſenſus ⁊ q̃tũ ad magnitudinẽ ↄtempt⁹. et ſic bene ↄceditur ꝙ opus ad taleꝫ uoluntatẽ non addit. ¶ Ad illud qd̃ obiicit ꝙ quantitas peccati ↄſideratur penes quantitatẽ ↄtẽpt⁹. dõ ꝙ ueꝝ ẽ nõ tñ eſt ueꝝ preciſe. deus .n. non tm̃ ↄſiderat ↄtẽptũ ſui imo etiã dãnũ ꝓximi ⁊ delectatõeꝫ peccantis. vñ ⁊ ꝓxio patienti iniuriã facit uindictã. ⁊ maioreꝫ patienti iiuriã maiorẽ facit uindictã. ſic ⁊ eũ q̃ delectat⁹ affligit. ⁊ eũ q̃ magis delectat⁹ ẽ magis affligit. Et ideo ratio illa ab inſufficienti ꝓcedit ¶ Ad illud quod obr̃ ꝙ tota ratio peccati eſt a uoluntate. dõ ꝙ non eſt ueꝝ. quia aliqua ſũt pccã nõ ſolũ ex iprobitate facientis uolũtatis ſed etiam ex genere operis q2 ſunt ↄ̃ ꝓhibitionẽ dei ⁊ ↄ̃ dictamẽ iuris naturalis. veꝝ eſt tñ ꝙ nihil qd̃ fit ex parte operis per ſe ſufficit ad faciendũ peccatũ niſi adſit uoluntari⁹ mot⁹ et ideo ex hoc non ſequitur ꝙ quãuis hoc nõ poſſit eſſe ſine illo ꝙ hoc non addat ad illud. Et eſt ſimile quia ferrum non urit abſqꝫ igne ignis tamen cum ferro plus urit ⁊ plus penetrat q̃ꝫ faceret per ſeipſuꝫ. ſic ⁊ in multis aliis inuenitur. ¶ Ad illud quod obiicitur de peccatis ſpiritualibus. dicendũ ꝙ non eſt ſimile ꝓ eo ꝙ peccata ſpiritualia ſpiritualẽ habent delectationẽ que in ſuo genere maiorem habet adherentiaꝫ ⁊ maiorem improbitatẽ quantuꝫ etiam aliqua delectatio peccati carnalis. peccata uero carnalia nunq̃ꝫ tantum delectant qñ ſunt in ſola uoluntate quantum quando ſunt in uoluntate ⁊ opere. nec etiam tantum damnificant. ideo nõ ſequitur ꝙ in talibus op⁹ addat ad maliciaꝫ uoluntatis.

Conſequenter queritur circa ſecũdũ .ſ. de comparatione uenialis ad mortale. et circa hoc queruntur duo. ¶ Primum queritur utrum peccatum ueniale et mortale conueniant in auerſione. ¶ Secũdo queritur utrum conueniant in reatu ſiue obligatione ad eternitatem pene.

q2

Circa primū ſic ꝓceditur ⁊ q̄ritur utꝝ
ueniale ⁊ mortale ꝯueniant in auer
ſione. Et q̄ ſic uidetur. Aug. diffini
ens peccatū dicit q̄ peccatū non eſt appetitus
reꝝ malaꝝ ſ3 deſertio melioꝝ. ſi ergo ueniale
peccatū peccatū ē. ergo i ipo eſt deſertio ſūmi
boni. ſed ubi eſt deſertio ſūmi boni ibi ē auer
ſio. ergo ⁊c. Si tu dicas q̄ hec ratio ꝯueniat
mortali tm̄. tunc ego quero in quo ꝯmunicat
ueniale ⁊ mortale ratione cuius utrunq3 dica-
tur peccatum. Si tu dicas q̄ in ꝯuerſione ad
ꝯmutabile bonū. hoc non uidetur. quia ꝯuerti
ad ꝯmutabile bonū non eſt peccatū niſi p illō
recedat homo a bono incōmutabili. peccatu3
enim eſt priuatio non poſitio. ſi ergo ueniale
peccatū inquantu3 peccatū eſt ꝯmunicat cum
mortali. et illud cum quo ꝯmunicat non eſt cō
uerſio. ergo eſt auerſio. ¶ Item omne illud
quod eſt contra dei preceptum auertit a deo.
ſ3 ueniale eſt huiuſmodi. ergo ⁊c. Maior per
ſe manifeſta eſt. minor probatur. Ro. vij. ſu-
per illud. Non concupiſces. glo. Bona eſt lex
que dum ꝯcupiſcentiā prohibet omnia mala
prohibet. ergo ſi peccatū ueniale eſt malum.
ergo per illud preceptum. non concupiſces eſt
prohibitum. ¶ Item omne illud quod defor-
mat imaginem auertit a deo. peccatū ueniale
eſt huiuſmodi. ergo ⁊c. Minor probatur per
illud quod dicitur. vj. mu. Amor inferioris
pulchritudinis polluit animā. ſed peccatum ue
niale eſt amor inferioris pulchritudinis. ergo
⁊c. ¶ Item ſimplex ad quod ſe conuertit to-
taliter ſe conuertit. ſed tam intellectus q̄3 affe
ctus eſt ſimplex. ergo cum ſe conuertit ad ali
quid totaliter ſe conuertit. ſed quod totaliter
ſe conuertit ad aliquid auertitur ab eius oppo
ſito uel diſpato. ergo cum affectus noſter ſe
conuertit ad creaturam ſub ratione creature
neceſſe eſt ipſu3 auerti a deo. ſed hoc eſt in ve
niali peccato. ergo ⁊c. ¶ Item impoſſibile eſt
q̄ aliquid moueatur ad terminum ad quem
quin aliquo modo ſeparetur a termino a quo
ſed conuerſio dicit motum animi reſpectu ter
mini ad quem. auerſio aute3 reſpectu termini
a quo. ergo ſi ꝯuerſio eſt in ueniali peccato ne
ceſſe eſt q̄ ſimiliter ſit auerſio. ¶ Itē omnis
amor creature uel eſt per modū uſus vel per
modū fruitionis ſicut dicit aug. in li. de doctri

na xp̄iana. ſed in peccato ueniali eſt amor cre
ature. ergo uel per modū uſus uel fruitionis.
nō per modū uſus. quia iam non eſſet culpa.
eſt ergo amor fruitionis. ſed frui creatura eſt
ponere finem in creatura. et hoc non eſt aliud
q̄3 auerti a deo. ergo oīs amor uenialis pecca
ti facit a deo auerti. ¶ Sed ꝯtra. Nullus auer
ſus a deo eſt iuſtus. ſed peccans uenial̄r rema
net in iuſticia. ergo peccās uenial̄r non auerti-
tur a deo. Maior per ſe manifeſta eſt. minor
ꝓbatur per illud pūer. xxiiij. Septies in die ca
dit iuſtus ⁊ reſurget. ¶ Item nullus ſeparat̄
a deo niſi uolens. ſed omnis q̄ auertitur ſepa
ratur a deo. ergo nullus ſeparatur a deo niſi ī
actu quē facit mera uoluntate. ſed multa ueni
alia peccata ꝯmittimus quadam neceſſitate ſi
cut dicitur Ro. vij. Quod nolo malū illud fa
cio. ergo ⁊c. ¶ Itē nullus auertitur a deo ſine
ipſi⁹ dei ꝯtēptu ⁊ offenſa. ſed nullus ꝯtemnit
deū ⁊ offendit ſine graui culpa. ſed ueniale in
ter leuia peccata reponitur. ergo per ueniale
homo non auertitur a deo. ¶ Itē nihil quod
ſtat ſimul cū charitate auertit a deo. ſed ueni-
ale ſtat ſimul cum charitate. ergo ⁊c. Maior
manifeſta eſt. minor probatur. quia ſi ueniale
expelleret charitatē. ergo auferret homini ui
tam gratie. ſed peccatu3 quod aufert homini
uitā ponit mortē ⁊ dicitur mortale. ergo pec-
catū ueniale eſſet mortale. ¶ R. dō q̄ abſq3
dubio peccatū veniale non ꝯmunicat cū mor-
tali in auerſione ſ3 q̄ auerſio dicitur proprie.
importat enim dei ꝯtēptū. ꝯtemptus dei iram
meretur ⁊ mortē. peccatū aūt quo quis meret̄
iram ⁊ mortē non debet dici ueniale imo po-
tius mortale. et ꝓpterea ꝯmuniter tenetur q̄
auerſio ꝓprie loquendo in peccato mortali re
peritur non in ueniali. Et illud melius patet ſi
modū attendam⁹ p quē hō dr̄ auerti a deo et
ꝯtēnere deū ꝯmittendo aliqd̄ peccatu3 in quo
nihil cogitat de deo. Aut. n. auertitur hō a deo
q2 facit ꝯ̄ diuinū mādatū. aut q2 ponit ſibi bo-
nū creatū tāq̄3 finē ultimū. in hoc nanq3 q̄ fa
cit ꝯ̄ diuinū mandatū recte a deo auertitur. q2
mādatū ē uia recte ꝑueniēdi ad deū ⁊ tēdēdi ī
deū. q̄ ergo facit ꝯ̄ mādatū incedit directe uia
ꝯ̄ria. ideo q̄ſi faciē ſuā retrorſū ꝯuertēs tergū
ad illū v̄tit ī quē debebat per mādatū tēdere.
Similiter cu3 ſtatuit ſibi creaturam tanq̄3 finē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ultimum recte dicitur a deo auerti. animā eniꝫ
media eſt inter creaturā ⁊ deum inquantū eſt
imago dei. Dum ergo ad creaturā ſe tanꝙ̄ ad
finem conuertit faciem ſuam que debebat eē
ſurſum uerſa deorſum inclinat. et ideo ſe auer
tit a deo. Et utroqꝫ dictoꝝ modorum non eſt
auerſio ſine contemptu. nam qui mandatum
dei tranſgreditur contemnit mandantem. Si-
militer qui creaturam ſibi finem ſtatuit princi
palem magis appreciatur creaturam ꝙ̄ deuꝫ
et hoc non poteſt eſſe ſine dei contemptu. Ve
niale autem peccatum nec eſt directe contra
dei mandatum nec ſtatuit creaturam tanꝙ̄ fi
nem ultimuꝫ. et ideo non eſt in eo nec auerſio
nec contemptus. ſed qꝛ ueniale ſit preter dei
mandatum in ueniali etiam peccato creatura
non refertur in deum. hinc eſt ꝙ per veniale
recedit homo quodāmodo a uia mādati. quo
dam etiaꝫ modo moroſe adheret ei per quod
deberet tranſire. vnde ⁊ in ueniali eſt quedam
elongatio ⁊ quedam retardatio. Unde conce-
ditur ꝙ ueniale a deo nō auertit ſed elongat.
a deo non ſeparat ſed retardat. et ſi large no-
men auerſionis acciperetur vt ſe extenderet
ad elongationē ⁊ retardationē in ueniali eſſet
auerſio quedam. quia tamen nomen auerſiōis
ſonat in contemtum. ideo tenendū eſt ꝙ auer
tere a deo ſit mortalis peccati proprie. Unde
rationes que hoc oſtendunt concedende ſunt.
¶ Ad illud ergo quod primo obiicitur ꝙ pec
catum eſt deſertio. dicendum ꝙ ſi iſta diffini-
tio detur pro peccato mortali deſertio ſtat ibi
pro auerſio. ſi autem detur pro quolibet pec-
cato deſertio dicit quandā elōgationē ⁊ retar-
dationē. Poſſet tamen dici ꝙ non dicitur pec-
catū deſertio dei ſed deſertio cuiuſcunqꝫ boni
quod ſpectet ad rectitudinē. quāuis ergo in ue
niali peccato non ſit deſertio dei eſt tamen de
ſertio alicuius bone circūſtantie circa actuꝫ ex
cuius defectu incidit ueniale peccatū. ⁊ in hoc
ↄueniunt tam ueniale ꝙ̄ mortale peccatū. ꝗa
utrunqꝫ priuat aliquod bonū. ſed in hoc diffe-
runt ꝙ mortale priuat aliquem actum uel cir
cumſtantiā neceſſariam ad ſalutem. ueniale vo
non. ¶ Ad illud quod obiicitur ꝙ ueniale eſt
contra dei prohibitionē. dicendū ꝙ illud pro-
prie dicitur eſſe contra dei ꝓhibitionē ad cuiꝰ
oppoſitū obligat ꝓhibitio. veniale autem non
eſt huiuſmodi. ⁊ ideo non eſt directe ꝓhibitū
eſt tamen ipſi ꝓhibitioni ānexū. ⁊ magis pro
prie debet dici cohibitū ꝙ̄ prohibitū. ⁊ hoc pꝫ
quia cum deus prohibet ↄcupiſcentiā dicens.
non ↄcupiſces. non prohibet primū motū ↄcu
piſcentie ſed concupiſcentie ꝓgreſſum ꝑ illud
eccle. xviij. Fili poſt ↄcupiſcentias tuas non eas
Sed dum ꝓhibet hominē ire poſt motū con-
cupiſcentie hoc ipſo manifeſtat ꝙ ↄcupiſcen-
tie motus non eſt bonus nec deo placitus. ¶
Ad illud quod obr̄ ꝙ amor inferioris pulchri
tudinis polluit animā. dō ꝙ anima dupliciter
habet pollui. aut macula mortalis peccati que
quidē expellit uigoreꝫ gratie. Aut macula ue
nialis peccati que quodāmodo retardat actū
dilectionis gratuite. Et prima pollutio eſt per
mortale ⁊ facit ad deformationē imaginis. qꝛ
aufert ei formā. ſ. imaginis recreationis. Se-
cunda uero eſt pollutio uenialis quod ⁊ ſi ali-
quo modo polluat non tamen animaꝫ defor-
mat. qꝛ ſtat ſimul cuꝫ gratia que animā infor
mat. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ ſimplex ad qḋ
ſe conuertit totaliter ſe conuertit. dicenduꝫ ꝙ
hoc dupliciter poteſt intelligi. qꝛ totaliter pōt
dicere totalitatē quantū ad actū ↄuertendi vel
quantū ad habitū. vel quantū ad potentiā cō
uertendi. Si intelligat̄ ad actū ſic ueꝝ ē ad mi
nus ſm̄ ſtatū uie. qꝛ nō intelligimus quantuꝫ
ſimul ⁊ ſemel niſi unū ſolū. aut ſi multa ſimul
intelligamꝰ ⁊ velimꝰ hoc eſt inquantum ſunt
unū. Si aūt dicat totalitatem habitꝰ vel vtutis
ſic falſus eſt ſermo. non enim oportet ꝙ qn̄
anima uel aliquod ſimplex conuertit ſe ad ali
ꝗd. ↄuertat ſe ꝑ totū ſuū habitū ⁊ ꝑ totā ſuaꝫ
potentiā. qꝛ pōt ↄuerti intenſiꝰ ⁊ remiſſiꝰ. Cuꝫ
ergo dr̄ ꝙ qn̄ affectꝰ ſe ↄuertit ad vnū totalr̄
auertitur ab eiꝰ oppoſito ſiue diſpato. Si pri
mo mō intelligatur falſū eſt. qꝛ pōt ſe ↄuerte
re ad unū in actu ⁊ ad aliud in habitu. Si ſcd̄o
mō vel tertio intelligatur ſic hꝫ. vitatē. ſꝫ ma
ior ꝓpoſitio fuit falſa. Et ꝓpter hoc qꝛ totalr̄
ↄuerti alr̄ accipit̄ in maiori ꝓpōne ⁊ aliter i mi
nori. ideo ↄn̄tia illa nō tenet. Et ſi tu obiicias
ꝙ nō poteſt affici ſimul ⁊ ſemel erga deuꝫ et
erga creaturā quā inordinate diligit. vn̄ cū cō
uertitur ad vnū auertitur ab altero. dō ꝙ n̄ ſe
ꝗtur. qꝛ auerti plꝰ dicit ꝙ̄ n̄ ↄuerti actualr̄. im-
portat. n. ↄ̄riū ↄuerſiōis. ſ. quandā aſpnatonē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dei ſiue ↄtẽptuꝫ. ¶ Ad illō quod obiicitur ꝙ
mot⁹ ſeparat a termino a quo. dō ꝙ ueꝝ ẽ de
illo motu proprie qui concernit duos termīos
vnum a quo incipit ⁊ alteꝝ in quē tendit. non
ſic eſt in actu venialis peccati. anima enim cū
peccat uenialr̄ non mouetur a deo in creaturā
ſed magis afficitur ↄ̄ ipam creaturam. vnde ⁊
ueniale peccatū potius eſt affectus ſiue act⁹ q̄ꝫ
motus. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ amor uenia
lis peccati eſt amor fruitionis. dō ꝙ falſuꝫ eſt
ſm ꝙ frui accipitur ꝓprie. ſ. quieſcere in ali-
quo ad finē ultimū. ſic. n. frui eſt ꝑ mortale nō
per ueniale. Si ergo querat utruꝫ ſit uſus uel
fruitio: dō ꝙ nec ē uſus nec fruitio ſꝫ abuſus
niſi forte uſus dicatur large omnis amor quo
q̇s amat aliq̇d non quieſcēs in illo ſed referat
ad aliud actu uel habitu. ſiue referat recte ſiue
minus recte. Et ꝙ illud oporteat dicere ma-
nifeſtū eſt. cū enim aliquis diligit aliquā crea-
turā referens ad aliud nō tñ ad illud quod dꝫ
amore illo peccat. nec tamen illud eſt fruitio
nec vſus ꝓprie dictus ſed magis ꝓprie dꝫ dici
abuſus. Vñ aug. cū dicit. ois q̇ amat aliq̇d aut
amat utens aut fruens. accipit large uſum et
fruitionē. vſum ꝓ omni amore relato ſiue re
cte ſiue ſtatuat ibi finem pricipalē ſiue nō. Et
ſic ī diuiſione illa ↄprehenditur amor uenialis
peccati. niſi forte q̇s uelit dicere ꝙ aug⁹. loq̇-
tur ibi de amore ordīato. Et ſic patēt oīa.

SEcundo queritur utrū ueniale ↄue-
niat cū mortali ī reatu pene eterne.
Et ꝙ ſic uidetur. Pena aſſumpta ꝓ
mortali ē ꝓportionabilis pene aſſumpte ꝓ ue
niali ⁊ quantū ad acerbitatē ⁊ quantū ad dura
tionē. ergo ſi pene arbitrarie penſantur ꝺ̄ ma
gnitudinē reatus peccati. videt̄ ꝙ reat⁹ venia
lis mortalis ſint ⁊ utroqꝫ mō ꝓpotiōabiles. ſꝫ
pena eterna nō eſt ꝓportionabilis niſi eterne.
ſi ergo unū obligat ad penā eternā uidetur ꝙ
⁊ reliquū. Si dicas ꝙ per grāꝫ mortale fit ve
niale ⁊ ↄmutatur pena eterna in tp̄alem. Obr̄
tunc. qꝛ cū ueniale ſimilr̄ remittatur ꝑ grām ſi
miſericordia dei eſt ordinata ſicut eterna ↄmu-
tat tp̄alem deberet ↄmutare in inſtantaneā. ꝙ
ſi non facit uidetur ꝙ illa rō nulla ſit. ¶ Iteꝫ
eſto ꝙ aliquis decedat cū mortali ⁊ ueniali et
ꝙ de neutro fuerit in hac uita punit⁹. ſi ergo
peccatū non remanet impunitū. ergo ꝓ utro-
qꝫ punitur iſte. ſed ñ niſi in inferno ⁊ in īferno

punitur in eternū. ſed ſi non punitur ultra q̄ꝫ
meruit. ergo ꝓ peccato ueniali merebatur pu
niri eternalr̄. Si tu dicas ꝙ punitur eternalr̄
rōe mortalis ↄiuncti. obr̄ ꝙ nō. Eſto ꝙ mor-
tale illud puniatur quantū meruit puniri. tunc
ergo ꝓ ueniali aut puniet̄ eternalr̄ rōe ſui. aut
rōe mortalis adiūcti qꝛ illud ſufficiēter punit̄ ꝑ
ſe. ſi ergo punitur eternalr̄ hoc ē rōe ſui. ſed
de⁹ nullū punit ſupra ↄdignū. ergo dignū erat
ꝓpter ueniale peccatū aliq̇d eternalr̄ puniri.
¶ Itē ueniale ſtat cū grā ⁊ ſtat cuꝫ mortali et
utrobiqꝫ ſaluatur rō uenialis. ⁊ conſtat ꝙ ma-
gis ſaluatur cū mortali q̄ꝫ cū grā qꝛ grā delet
ipꝫ. mortale nūq̄ꝫ. ergo ſi abſtrahatur ab utro
qꝫ magis tenebit ꝓprietatē quā hꝫ cū morta
li q̄ꝫ cū grā. ſꝫ qñ ē cū grā debetur ei pena tē-
poralis. qñ cū mortali debetur ei pena eterna.
ergo ueniali de ſe ⁊ ꝑ ſe debetur pena eterna.
¶ Si tu dicas ꝙ obiectio teneret ſi pena tp̄alis
deberetur ei rōe grē. ſꝫ hoc nō ē ueꝝ ꝙ debe
tur ei rōe grē ſed hoc ē ueꝝ qꝛ debetur ei rōe
ſui. Cōtra. Impoſſibile ē ſufficiēter puniri pec
catū niſi remittatur. qꝛ q̄ꝫdiu durat culpa debꝫ
durare pena. nō. n. dꝫ eē dedecus peccati ſine
decore iuſticie. ſed nec mortale nec ueniale di-
mittitur niſi ꝑ grām. ergo tā mortali q̄ꝫ ueni
ali debetur pena eterna quantū eſt de ſe. ¶
Itē eſto ꝙ aliq̇s tm̄ habeat peccatum ueniale
nec tñ habeat grām. aut eēt dignus pena eter
na aut tp̄ali. ergo illa perſoluta eſſet omnino
abſolutus a culpa. ſed poteſt per ſeip̄m penā
illā ſoluere. ergo per ſe poſſet ad inocentiā re
ſurgere. ꝙ ſi nō pōt ꝑ ſeipꝫ ad inocētiā redire
nunq̄ꝫ pōt quātū ē de ſe penā ſufficientē ꝓ illa
culpa ſuſtinere. ergo niſi auxilium gratie ſu-
perueniat ueniali peccato debetur pena eterna
Si tu dicas ꝙ ſolue ndo pcām diſponeret ſe
ad gratiam que culpam de eret. hoc non ſol-
uit. qui ſi ſe ſimiliter puniret pro peccato mor
tali deus gratiam infunderet que illam culpaꝫ
mortalem deleret. ¶ Item delectatio morta-
lis peccati non excedit delectationem uenialis
in infinitum. ergo ſi reatus reſpondent dele-
ctationi neqꝫ reatus excedit reatum in infini
tum. ſed eternum excedit temporale in infini
tum. ſi ergo mortale obligat ad penam eter-
nam. ergo ⁊ ueniale. Si tu dicas ꝙ quanuis
ñ excedat ſimplr̄. excedit tñ ꝺ̄ reputationē. qꝛ
mortale diligit ſupra deū qui ē bonū infinitū.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ueniale vo minime. ¶ Contra hoc est. qꝛ cum ve
niale peccatū a deo puniatur ⁊ deo displiceat
aliquo modo offensiuū est dei. ergo si tanta ē
offensa quantus is qui offenditur cum per ve
niale peccatū offenditur deus qui est infinitus
uidetur ꝙ reatus peccati uenialis debeat repu
tari infinitus sicut ⁊ mortalis. ergo sicut per
mortale peccatū meretur homo puniri īfinite
ita ⁊ per ueniale. ¶ Sed contra. Hugo de sā
cto victore. Ueniale peccatū est illud cui ſm se
debetur pena transitoria. ergo reatus uenialis
peccati solūmodo est pena tēporalis. ¶ Itez
pena eterna est mors secunda. sed nulli debe-
tur mors secunda nisi propter primā que est
per separationē anime ad deū. si ergo ueniale
a deo non separat sicut supra ostensum fuit.
ergo non obligat ad penam eternaꝫ. ¶ Item
si ueniale facit hominē dignuz pena eterna le-
dit hominē usqꝫ ad mortē. sed quod est huiꝰ
modi debet dici mortale. ergo ueniale peccatū
est mortale. ¶ Item si ueniale peccatū obli-
gat ad eternā penā cum omne eternū careat
fine. ⁊ quod caret fine caret remissiōe ⁊ uenia
peccatū ueniale dicit oppositū ad remissionez
⁊ ueniā. sed quod est huiusmodi non est ueni-
ale. ergo peccatū ueniale non est ueniale. ¶
Item si ueniale facit dignū pena eterna ⁊ grā
facit hominez dignū vita eterna cum veniale
peccatum ⁊ gratia simul sint in eodem. simul
est homo dignus uita eterna ⁊ pena eterna.
ergo si fit ei retributio ſ ꝙ meruit simul pos
set esse in eterna beatitudine ⁊ in eterna pena
quo nihil magis impossibile. ¶ R. Ad predi
ctoꝝ intelligētiā est notandū ꝙ sicut fides nr̄a
dicit peccato mortali debetur pena eterna. q̄
re autē peccato mortali debeatur pena eterna
multiplex cōsueuit assignari ratio. ad presens
autem sufficiat una. quia ista questio alibi ha-
bet locū. s. in quarto vbi queritur de eternita-
te pene infernalis. precipua enim inter rōnes
est quare debetur peccato mortali pena eter-
na. quia duz homo peccat mortalr̄ separat se
a uita gratie. ⁊ subiicit se perpetue impotētie
exeundi de culpa quantū est de se. nemo enim
potest a culpa mortali resurgere nisi ꝑ recrea
tionē ⁊ infusionez noue gratie ⁊ noue uite. et
ꝓpterea rōne istius impotentie peccato mor-
tali ānexa est obligatio ad eternitatē pene. hec
autez pena eterna etsi omni peccato mortali
debeatur. non tamen omni persoluitur. quia
quāuis mortale peccatū reddat hominē impo
tentē ad resurgendum per seipsuz. ɔtingit tn̄
hominē releuari per diuinū auxiliū. Debetur
ergo peccato mortali pena eterna. quia sepat
hominē a uita. persoluitur autem pena eterna
in eo qd̄ tenet hominē in eternū separatū a ui
ta. quia ergo ueniale peccatū nō separat hoīez
a uita. quia non excludit grām. nec tenet ho-
minē in eternū separatū a uita. hinc est ꝙ pec
catū ueniale nec de se obligat ad penā eternā
nec ei ſm se redditur pena eterna. quia vero
peccatū ueniale ɔiungi habet ei quod sepat a
uita ⁊ etiam ei quod tenet separatū a vita. hic
est ꝙ rōne adiuncti pena eterna debetur ⁊ pe
na eterna persoluitur. vnde si aliquis decedat
cum mortali simul ⁊ cum ueniali eternalr̄ pro
utroqꝫ puniretur. Et ratio huius est. quia nul
lū peccatū deleri potest absqꝫ grā. ⁊ q̄diu du-
rat culpa debet durare pena. et ideo cum ue-
nialis culpa duret cū mortali in infinituz rōne
ɔiunctionis cum illa in infinitum punitur. nihi
lominus tn̄ ei quantū est de se debetur pena
tēporalis cum simul possit stare cum gratia. ⁊
propterea ueniale nominatur ut in hoc distin-
guatur a genere peccati mortalis. quia morta
le aufert principiū uite ⁊ uenie. s. ipam grāz.
ueniale aūt quantū ē de se non aufert imo si-
mul cum illa manet. Concedēde sunt ergo ra-
tiones ostēdentes ꝙ ueniali peccato nō debe-
tur pena eterna ſm se. ¶ Ad illud quod obr̄
ꝙ pena satisfactoria pro ueniali ⁊ mortali est
ꝓportionabilis. dici potest ꝙ rō illa nō ɔclu-
dit ꝙ debeatur ueniali pena eterna nisi prout
est ɔiunctū mortali. ꝓpterea ratio illa non co
git. qꝛ sicut in opponendo dictū ē in infusione
gratie pena mortalis peccati ɔmutatur in tē-
poralē. pena uero uenialis peccati non ɔmuta
tur in tēporalē. Et si tu queras vnde hoc cum
misericordia dei debeat eē ordinata. dic ꝙ qꝛ
obligatio ad penā eternā non pōt simul stare
cum gratia. necessario per infusionē gratie fit
absolutio pene eterne. sed grā bene stat cum
pena tp̄ali. et ideo nō opꝫ per infusionem grē
tp̄alē in momētaneā ɔmutari. ¶ Ad illud qd̄
obr̄ de eo q̄ decedit cū ueniali ⁊ mortali dic ꝙ
talis pena tā ꝓ ueniali q̄ꝫ ꝓ mortali punit̄ sꝫ
hoc n̄ ē rōe uēial̄ pricipalr̄ sꝫ rōe uēial̄ adiūcti
Nec ualꝫ qd̄ obiic̄ ꝙ mortale punit̄ i se q̄tuz

meruit. quia ſicut bonū uigoratur ex bono ita malū uigoratur ex malo eo modo quo dicitur malum uigorari. ideo quāuis ueniali quantuꝫ eſt non debeatur pena eterna. nihilominus tm̄ poteſt ei deberi inquantū eſt ꝯiunctū mortali. ⁊ ideo cum deus punit taꝫ ueniale ꝗꝫ mortale ī eodē pena eterna neutꝝ punit ſupra ꝯdignū ſꝫ utrunqꝫ punit ꝓut puniri meretur nō ſolū i ſe ſed etiam prout eſt alteri coniunctū. ¶ Ad illud qđ obī̄ ꝙ magis ſaluatur ratio uenialis cum mortali ꝗꝫ cum gratia. ꝺđ ꝙ ſi intelligat̄ de grā ꝗꝫtū ad actū uerꝫ ē. nā act⁹ grē ſiue mot⁹ grē delet ueniale peccatū. Si autē intelligat̄ ꝗꝫtū ad habitū falſū ē. qꝛ ueniale cū grā magis ſaluatur ī ꝓpria rōe ꝗꝫ cū mortali. tunc. n. nec reat⁹ ei⁹ augetur nec minuitur nec mutat̄ ſꝫ cū ueniale iunctū ē mortali tunc reat⁹ ei⁹ augetur ⁊ quodāmō mutat̄. qꝛ iūctū malo vigorat̄. Nec ualet qđ obijcit ꝙ ueniali nō debetur pena tp̄alis niſi rōe grē qꝛ ſemp duraret niſi eēt grā. ꝺđ. n. ꝙ uerꝫ ē ꝙ ſupduraret niſi eēꝫ grā. qꝛ tm̄ ipꝫ de ſe grā nō excludit ſicut mortale ſimul ſtat cū principio ſue remiſſiōis ⁊ delectatōis. ideo ꝗꝫuis nō poſſit deleri ſine grā nihilomin⁹ tm̄ ꝗꝫtū ē de ſua natura delebile ē ⁊ terribile. nō ſic eſt de mortali qđ oīo excludit donū grē. ¶ Ad illud qđ obī̄ ꝙ ſi aliꝗs eēt in ſolo ueniali ⁊ moreretur in eternū cruciaret̄. ꝺđ ꝙ hec poſitio ē īpoſſibilis. primū qꝛ nūꝗꝫ nec ē nec erit ꝙ aliꝗs in ſolo pcc̄ō ueniali fuerit ita ꝙ nō hēat grāꝫ. nihil. n. eſt mediū nunc ꝗn hō habeat grām aut ſit in mortali pcc̄ō. ⁊ in primo ſtatu nihil fuit mediū inter inocentiā ⁊ mortalē culpā ſicut eſt ſ̄ oñſuꝫ. ⁊ ideo poſitio illa uana. eſto ꝙ aliꝗs puer eēt in ueniali dico ꝙ deus nūꝗꝫ educeret eū de ſtatu meriti ꝗn uł ipē peccarꝫ mortalr̄ uł ipē daret ei grāꝫ Etſi ꝗ̄rat utrū ipi ueniali debeatur pena eterna vel tp̄alis. ꝺico ꝙ debetur pena tp̄alis. ⁊ ſi ꝓcedat ulteri⁹. ergo illa pſoluta erit oīo imunis a culpa. ꝺđ ꝙ uerꝫ ē. ſꝫ qꝛ nūꝗꝫ pōt eā deo pſoluere ita ꝙ aīam de⁹ acceptet ſine grā. hic ē ꝙ de⁹ ne cogeretur iſtū ſupra ꝯdignū punire grāꝫ ſibi infunderet p quā ſolutōem pene acceptet. ⁊ ideo nō ſeq̇tur ꝙ illi pcc̄ō debeat̄ pena ꝑ ſe. nec ſeq̇tur ꝙ hō p ſe poſſit reſurgere a culpa ad inocentiā. ¶ Ad illud qđ obī̄ ꝙ delectatio nō excedit delectatōeꝫ in īfinitū. ꝺđ ꝙ nō excedit in infinitū ꝑ uerā intenſionē delectatōis ſꝫ ꝑ reputationē peccātis. Exēplū aūt h⁹ ponitur in charitate que diligit aliquod bonū creatū ⁊ diligit increatū. ⁊ adeo bonū increatū reputat bonū bonū ꝙ ſi creatū infinities multiplicetur adhuc non equaret illi in amore ſed plus amaret deū ꝗꝫ bonū creatū infinities multiplicatū. lꝫ utrūqꝫ diffinite diligat. ſic etiā in ꝓpoſito ē intelligendū in amore ꝯcupie que charitatē perimit ⁊ que cū charitate ſaluatur. nā una. ſ. que charitatē perimit ꝑ̄fert creaturā deo qui erat preferendus infinitis bonis creatis. altera uero que cū charitate manet nō prefert creaturā deo. et ideo ꝑ reputationem peccantis ⁊ dei punientis mortale excedit ueniale īproportionalr̄. ¶ Ad illud quod obī̄ ꝙ p ueniale offenditur deus. ꝺđ ꝙ falſū ē. nō. n. dr̄ deus offendi niſi cū ꝯtemnitur. ſꝫ uerꝫ ē ꝙ cū ueniali peccato minus deus amatur ſm ꝙ aug. dicit in li. ꝯfeſ. Minus te amat qui tecuꝫ aliquid amat quod ꝓpter te nō amat. Ideo ueniale uitā eternā nō aufert ſꝫ retardat quia a deo nō ſeparat ſed elongat. nec obligat eternaliter cruciantē quantū eſt de ſe ſed tp̄aliter affligentem.

CONſequenter queritur, tertio loco ꝺ̄ modis ꝺiuidēdi peccata. Et cū multi ſint modi ꝺiuidēdi de quib⁹ ualde ꝓlixū eēt hic diſputare. his omiſſis in generali querūtur hic duo. ¶ Primo queritur utꝝ peccatū habeat hic diuidi p d̄rias materiales tm̄ aut p d̄rias formales aut p ſpāles. ¶ Secūdo queritur utrū pcc̄m̄ diuidi habeat p ꝯuerſionē ⁊ auerſionē tanꝗꝫ p diuerſas pcc̄ōꝝ d̄rias.

CIrca primū ſic ꝓceditur ⁊ ꝗ̄ritur utꝝ peccatū diuidi habeat p d̄rias materiales tm̄. an etiā per formales. ¶ Et ꝙ nō tm̄ per materiales ſed etiam per formales diuidi habeat oſtenditur ſic. Sicut ſe habꝫ caſtitas ad uirtutē ita ſe habꝫ luxuria ad uitiū ergo ſicut caſtitas eſt ſpecies uirtutis ita luxuria eſt ſpecies uitij. ſed una ſpecies diſtiguitur ab altera per d̄rias formales. ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ bonum opponitur malo non tm̄ materialiter ſed etiam formaliter. ⁊ diuerſis bonis diuerſa opponuntur mala. ſed bona quibus mala opponuntur formaliter diſtingūtur. ergo pi rōne ⁊ mala ꝗ̄ eis formalr̄ oppoſita ſūt formalr̄ differūt. ¶ Itē ꝯ unū actū peccati aſſignāt̄ diuerſe d̄rie pcc̄ōꝝ ſic̄ ī pcc̄ō ade ī quo dr̄ fuiſſe gula

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

d

ꝛ ſupbia ꝛ inobedia. ſ3 pccā q̄ ꝯſiſtunt ꝯ̄ unu3
actū nō hñt drīā materialē. ergo ſi aliquo mō
differunt neceſſe ē ꝙ habeāt drīam formalē.
¶ Itē multiplicatio ꝑ materiā ē multiplicatio
ꝑ numeꝝ. ꝛ multiplicatio ꝑ numeꝝ nō h3 ſtatū
ergo ſi pccā ſolūmō diſtiguerētur p drīas ma
terialr̄ differētes nunꝗ̄ pccm̄ poſſ3 diuidi ſuf
ficienti diuiſiōe. ſi ergo pccm̄ ueniale diuidit̄ i
ſcriptura drījs ip3 ſufficiēter diuidētibus ꝛ oē
pccm̄ ꝯplectētib⁹ uidetur ꝙ pccā adinuicē di-
ſtinguātur nō ſolū drījs materialib⁹ ueꝝ etia3
formalib⁹. ¶ S3 ꝯ̄. formale i genere peccati
mortalis ē auerſio. ſ3 pccā a pte auerſiōis non
diſtinguūtur imo ꝯueniunt. oia. n. dicunt auer
ſionē a deo. ſi ergo diſtinguuntur hoc ē ſolū a
pte ꝯuerſiōis q̄ ē in pccō materialis. ergo tm̄
diuiditur pccm̄ p drīas materiales ñ p forma
les. ¶ Itē pccm̄ formalr̄ loquendo nihil ē. ſed
qđ nihil ē nō h3 drīas diuidētes. ergo ſi pccm̄
diuiditur nullo mō diuiditur inqꝫtū formalr̄
ꝯſideratur. reſtat ergo ꝙ ſolū diuidatur p illō
qđ ē materiale i ipō. ꝛ redit idē qđ pri⁹. ¶ Itē
oē illud qđ h3 drīas formales ꝛ ſpāles aliquo
mō formalr̄ loquendo h3 ſpē3. ſ3 peccatū ſiue
malū formalr̄ loquendo ē priuatio ſpēi. ꝛ pri-
uatio ſpēi nō h3 ſpē3. ꝛ qđ caret ſpē caret drīa
formali ꝛ ſpecifica. ergo ꝛc. ¶ Itē ſi peccatu3
hrēt drīas ip3 formalr̄ diuidentes. ergo hrēt
ueras ſpēs. ſ3 oē tale h3 ordinari i gn̄e directe
illud aūt qđ ē in genere a deo ē. ergo peccatū
formalr̄ loquēdo a deo eēt. qđ ē ꝯ̄ fidē. ¶ Itē
prima rō peccati ē in originale ꝛ actuale. ſ3 ori
ginale ꝛ actuale pccm̄ nō diſtinguntur formalr̄
q2 qđ eſt originale uni fuit alteri actuale ſicut
p3. q2 qđ eſt originale nobis fuit actuale ade.
ſi ergo prima mēbra maxime differunt ꝛ ori
ginale ꝛ actuale ñ ſunt drīe peccati formaliter
differētes. multo forti⁹ nec alie. ¶ Itē prima
diuiſio actualis peccati ē p mortale ꝛ ueniale.
ꝛ mortale ꝛ ueniale non dicant diuerſas drīas
ꝑm formā ꝛ ſpēm. ergo multo minus nec alie
drīe ꝑ ſpēm ꝛ formā faciunt differre. Maior
ꝓpoſitio manifeſta ē. minor ꝓbat̄. p eo ꝙ ue
niale peccatū efficitur mortale ſola intentōe li
bidinis circa idē genus delectabilis. ergo ſi ma
ius ꝛ minus nō faciunt diuerſitatē ꝑm ſpēm ꝛ
formā. uidetur ꝙ peccatū ueniale ꝛ mortale ñ
addant formalē drīam. ergo nec aliam. ¶ Rñ.
dō ꝙ duplr̄ ꝯtingit loq̄ de pccō. aut i ꝯcretōe
aut in abſtractōe. Si in abſtractōe ſic dō eſt ꝙ
quēadmodū peccatū cū ſit priuatio nō h3 ordi
nari niſi p accñs. ſ. p ꝯparatōe3 ad ſuū oppo-
ſitū. ſic etiā non h3 formalr̄ diſtingui niſi rōe
ſui oppoſiti. priuatōes. n. diſtinguūtur p habi
tus. unde ſicut caſtitas ꝛ fortitudo ſunt uirtu-
tes formalr̄ differētes in genere ỽtutis ſic etiā
luxuria ꝛ puſillanimitas q̄ oppoſita ſūt iſtarū
duaꝝ ỽtutū formaliter dn̄r differre in genere
uitioꝝ. nō tm̄ ꝑm formā ſuā ſ3 ꝑm forma3 ſui
oppoſiti. Si aūt loquamur de peccato in ꝯcre
tione ſic nō tantū dicit priuationē ſ3 etiā actū
uel habitū ſubtractū. ꝛ quoniā act⁹ uel habit⁹
ſubtract⁹ peccato nō tantūmō diuerſificat ma
terialr̄ imo etiā formali drīa. alia ē. n. ꝯuitas
ad luxuriā. alia ꝯuitas ad ſupbiā. ꝛ ali⁹ actus
quo ſupbit aliq̄s. ꝛ ali⁹ quo luxuriatur nō tan-
tūmodo ꝑ materiā ſ3 ꝑ formā ꝓpter formalē
drīa3 obiectoꝝ. hic ē ꝙ peccatū ꝑ ꝙ ꝯcretiue
accipitur diuidi h3 p drīas nō tātū materiales
ueꝝ etiā formales. formales dico nō reſpectu
deformitatis ſ3 reſpectu habit⁹ uel act⁹ ſubtra
cti. Et ſic p3 ꝙ ſiue peccatū accipiatur abſtra
ctiue drīas h3 formales ſ3 uno mō p ſe. alio
mō p accñs. q2 uno mō dicit ens i genere ꝑm
rectā coordinatōe3. alio mō dicit ens i genere
ſolū p reductōe3. ꝛ q2 hoc mō rōnes ad ptem
primā ꝓcedūt. ideo ꝯcedende ſunt. ¶ Ad illō
ỽo qđ primo obr̄ in ꝯ̄riū ꝙ formale in pccō ē
auerſio. dō ꝙ ueꝝ ē ꝙ auerſio ē formale re-
ſpectu ꝯuerſionis. ꝓprie tm̄ loquendo peccatū
magis o3 dici priuatio boni ſibi oppoſiti q̄3
auerſio a deo. aut ſaltē eque ꝓprie. ꝛ q̄uis pec
catū rōe auerſiōis a deo nō multiplicetur. q2
unū ē a quo fit auerſio. tm̄ rōe priuatōis boni
cui opponitur multiplicari h3. ꝛ ita rōe ei⁹ qđ
ē in ipō formale h3 diuerſas drīas. Pretea ad
ad eē peccati nō tantūmodo ꝯcurrit auerſio ſ3
etiā ꝯuerſio. ꝛ quoniā ꝯuerſio reſpicit obiecta
creata q̄ nō tantū diſtiguunt̄ materialiter ſed
etiā formalr̄ differūt. hic ē ꝙ ex illa pte pecca
tū h3 plurificari p formales differētias. Itē nec
dicit̄ ꝯuerſio eē materiale in pccō ſimplr̄ lo-
quēdo ſ3 ſolū rōe auerſiōis. nec oio ē matrialis
reſpectu auerſiōis. nā ꝛ ſi auerſio dat ꝯuerſiōi
ꝙ ſit peccatū. ꝯuerſio dat auerſiōi ꝙ ſit tale
pccm. ¶ Ad illud qđ obiicit̄ ꝙ pccm formalr̄
loq̄ndo nihil ē. dō ꝙ ueꝝ ē. q̄uis autē nihil ſit
tamen alicuius eſt non ſolum ut ſubiecti ỽeꝝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etiam ut oppoſi. et ea rõe qua alicuius eſt cui formaliter opponitur formaliter habet diſtingui non ſm formã que eſt in ipſo ſed ſm formã que eſt in ſuo oppoſito. ¶ Ad illud quod obĩ ꝙ peccatũ eſt priuatio ſpẽi. ergo non habet ſpẽm. iam patet rñſio. Verꝫ eſt. n. ꝙ non habet ſpẽꝫ proprie ſm ꝙ priuatio. nec dicitur habere drĩas formales ⁊ ſpecificas illo modo .ſ. ꝙ in ſe diuerſas habeant ſpẽs ſed quia opponitur diuerſis bonis ſm ſpẽꝫ inquantũ illa priuat. ¶ Ad illud qḋ obĩ ꝙ ſi haberet ſpẽs eẽt in genere per ſe. Dḋ ꝙ verꝫ eſt ſi haberet ſpẽs i ſe ⁊ per ſe. Peccatũ aũt ſm ꝙ accipitur abſtractiue ⁊ formalr̃ ſicut non eſt in genere per ſe niſi per reductionẽ. ſic nõ hꝫ diuidi per drĩas formales differentes per ſe ſed ſoluꝫ p accidens. Q̃uis aũt peccatũ ſm ꝙ nihil eſt et accipitur abſtractiue non ſit in genere. tñ ſm ꝙ accipitur ↄcretiue. ſ. rõne actus ſubtracti et habitus in genere eſt. actio enim peccato ſubtracta a deo eſt. ¶ Ad illud quod obĩ de originali ⁊ actuali. Dḋ ꝙ originale ⁊ actuale non ſolũmõ differunt ꝙ ſit ab actu ⁊ illud a natura. ſed etiã differunt penes bonũ quod priuãt vnde ⁊ actuale priuat iuſticiã gratuitã ſiue pſonalẽ. Originale uero tollit iuſticiã originaleꝫ ſiue que reſpicit hoĩeꝫ ſm ꝙ eſt natura. Propterea aliter dicitur in nobis originale ⁊ aliter in adam. in nobis dicitur originale quia eſt ab origine tractuꝫ. in adam uero quia fuit origo alioꝝ peccatoꝝ. Et quãuis originale ſecundo modo dictum poſſit eſſe illud qḋ actuale. Put tñ primo modo dicitur non poteſt originale ↄcurrere in idem peccati genus cum actuali. ⁊ hoc modo ponitur drĩa inter ea. ¶ Ad illud quod obĩ de ueniali ⁊ mortali ꝙ non differũt formalr̃ quia magis ⁊ minus non uariãt ſpẽꝫ Dḋ ꝙ prima ꝓpoſitio falſa eſt. ¶ Ad hoc aũt quod dicitur ꝙ drĩa ſm minus ⁊ maius nõ uariat ſpẽꝫ. rñdetur triplr̃. Primo ꝙ hoc eſt verꝫ ĩ genere nature ſed non eſt uerꝫ in genere moris ſicut patet. qꝛ uitia diuerſificantur formalr̃ ſm ſpẽm penes ſuperabundantiã ⁊ defectũ. non ſolũ ad ſe inuicẽ ſed etiã a v̾tute. Secũdo mõ rñdetur ꝙ hoc intelligitur de maius ⁊ minus accñtali. Delectari aũt ſub deo eſt eẽntiale ueniali. ⁊ delectari ſupra deũ eſt eẽntiale mortali. Tertio mõ rñdetur ꝙ hoc ẽ uerꝫ de magis ⁊ minus quod eſt citra terminũ ſꝫ non de magis ⁊ minus ultra terminũ. Vnde calidũ in quarto gradu ẽ alterius ſpẽi q̃ꝫ calidũ ĩ tertio. ſic ⁊ in ꝓpoſito intelligendũ ꝙ amare aliquid circa deũ ẽ terminus uenialis peccati ⁊ quantũ intendatur amor dum tñ citra deũ eſt ueniale peccatũ. Si aũt ꝑponit aliquid deo tũc exit ſuũ terminũ. et ſic cadit in aliud peccati genus. ſ. i peccatum mortale.

Secundo q̃ritur utrũ hbeat diuidi p auerſionẽ ⁊ ↄuerſionẽ tãq̃ꝫ p diuerſas pccoꝝ drĩas ſiue p diuerſa pccã. ¶ Et ꝙ ſic uidetur. Hiere. ij. Duo mala fecit populus meus. me dereliquerũt me fontẽ aq̃ uiue ⁊c. ergo derelinq̃re deuꝫ ⁊ adherere creature ſunt duo mala. ergo ſunt duo pccã. ¶ Item auerſio ẽ per ↄtẽptũ. ↄuerſio aũt p cupiditatẽ Si ergo cupiditas ⁊ ↄtẽpt⁹ ſunt diuerſa peccatoꝝ genera. uidetur ꝙ auerſio ⁊ ↄuerſio faciat pccã diuerſa. ¶ Itẽ in bonis ſic eſt ꝙ ali⁹ eſt habitus quo q̇s declinat a malo ⁊ ali⁹ quo facit bonũ. ſimilr̃ ⁊ alius act⁹ ſicut pꝫ ĩ timore ⁊ amore. Ergo ſi multo maior ẽ diuerſificatio ex pte maloꝝ q̃ꝫ ex pte bonoꝝ. uidetur multo forti⁹ ꝙ aliud ſit pccm̃ quo q̇s auertit̃ a deo ⁊ aliud quo ↄuertitur ad ↄmutabile bonũ ¶ Itẽ aliud eſt p̄ceptũ quo p̄cipitur facere bonũ. et aliud quo p̄cipitur declinare a malo. Sꝫ auerſio ẽ ↄ̃ illud p̄ceptũ quo q̇s p̄cipitur facere bonuꝫ utpote deo adherere ⁊ ad ipꝫ ↄuerti. Conuerſio v̇o ẽ ↄ̃ illud p̄ceptũ quo precipitur declinare a malo. ergo ſi diuerſa ſunt p̄cepta q̇b⁹ opponũtur ↄuerſio ⁊ auerſio. ergo ſunt diuerſa pccã. ¶ Itẽ plus ↄuenit auerſio cum alia auerſione q̃ꝫ auerſio cũ ↄuerſiõe. ſꝫ auerſio cũ alia auerſione faciunt diuerſa pccã. Ergo multo fortius ↄuerſio cũ auerſiõe diuerſa faciet pccã. ¶ Sꝫ ↄ̃. Sup illud eccle. x. Initiũ oĩs peccati ſupbia. Glo. Caueam⁹ ſupbiã ⁊ cupiditatẽ nõ tanq̃ꝫ duo mala ſꝫ unũ a quo oĩa oriũtur. ergo ſupbia facit auerti ⁊ cupiditas ↄuerti. uidetur ꝙ penes auerſionẽ ⁊ ↄuerſionẽ nõ attendãt̃ duo pccã ſꝫ unũ. ¶ Itẽ aug. ↄ̃ pelagiũ. Peccatũ ñ ẽ appetit⁹ reꝝ malaꝝ ſꝫ deſ̄tio melioꝝ. ergo nũq̃ꝫ ↄuerſio facit pccm̃ ↄpletũ niſi adſit auerſio. ſi ergo auerſio concurrit ad omne peccatũ uidet̃ ꝙ penes illã nõ ſumatur drĩa pcci. ¶ Itẽ oẽ pccm̃ mortale ẽ uolũtariũ niſi rõe ↄuerſiõis ad ↄmutabile bonuꝫ. ergo ↄuerſio ↄcurrit ad oẽ pccm̃. ergo ↄuerſio ñ pt eẽ pcci drĩa.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

d

¶Itē receſſus a t̄mio a quo ⁊ acceſſus ad t̄minū
ad quē n̄ fac̄ diuerſos motꝰ nec diuerſos actꝰ.
ſ; auerſio dicit receſſū a termino a quo. ꝯuer
ſio acceſſū ad terminū ad quē. ergo nō faciūt
diuerſū actū uel motū. ſ; ab unitate actꝰ pcc̄m
eſt unū. ergo nō faciunt diuerſa. ¶Itē in pec
cato auerſio eſt formalis reſpectu ꝯuerſionis
ſed formale nō ponit in numeꝝ cū ſuo mate-
riali. ergo nec auerſio ponit in numeꝝ cū ꝯuer
ſione. ergo ꝯuerſio ⁊ auerſio nō faciunt diuer
ſa pccā. ¶R̷. dō ꝙ auerſio duplr̄ accipitur.
Uno mō ꝓut dicit deordinatōez circa actū cō-
uerſionis. Alio mō ꝓut dicit actū a ꝯuerſione
diſtinctū. Primo mō ꝯuerſio nō ponit i nume
rū cū auerſione nec facit diuerſa pccā imo illa
duo eēntialr̄ claudontur in oī pccō mortali. nā
ꝯuerſio nō eſt culpa niſi q2 inordinata nec eſt
inordinata niſi q2 auertitur hō a deo cui debe
ret inherere tanq̄3 fini ultimo. ⁊ hec auerſio ē
a pccō in cuiꝰ ꝑpetratiōe pccōr nihil cogitat de
deo. Secūdo mō. ſ. ꝓut auerſio dicit actū diſti
ctū ꝯ ꝯuerſionē ſic ꝯſtituit diuerſū peccati ge-
nus. hoc. n. mō auerti ē odio habere uel inui-
dere ſicut ſupra dixit magr̄ di. v. et ꝯſtat ꝙ
aliud genꝰ peccati ē odire deuz ⁊ aliud amare
ꝯmutabile bonū. et qm̄ ut plurimuz auerſio in
pccō accipitur ꝓut dicit deordinatōez a deo tā
q̄3 a fine q̄3 ꝓut dicit motū inordinatū ꝯ deu.
hinc ē ꝙ ꝯuerſio ⁊ auerſio potius ꝯpantur ad
pcc̄m ſicut drīe ꝯſtituētes q̄3 ſicut drīe diuidē
tes. Et ideo ꝯcedendū ꝙ hoc modo auerſio
⁊ ꝯuerſio nō faciunt diuerſa pccā. ⁊ rōes que
hoc oñdunt ꝯcedende ſunt. q2 iſta uia ꝓcedūt.
¶Ad illud qđ primo obr̄ de Iiere. duo ma
lo fecit pp̄ls meus ⁊c. r̄nderi pōt ꝙ derelictio
non tm̄ dr̄ ibi ꝑ deordinatōe que eſt ꝯiuncta
ꝯuerſioni ſ; etiā ꝑ omiſſione mandatoꝝ dei.
et tunc diſtinguntur illa duo mala nō ſic auer
ſio ⁊ ꝯuerſio ſ; ſicut omiſſio ⁊ ꝯmiſſio. Ul' di
cendū ꝙ duo mala dn̄r nō q2 ſint duo peccata
ſ; q2 ſunt due diuerſe radices ꝯcurrentes ad
ꝯpletionē uniꝰ peccati ſicut dicit glo. ꝓhabita
ſuper. x. eccle. ¶Ad illud qđ obr̄ ꝙ auerſio
ē per ꝯtemptū ⁊ ꝯuerſio ꝑ cupiditatē. iā pat;
r̄nſio. loq̄tur. n. de ꝯuerſiōe ⁊ auerſione ꝑ di-
uerſo actu ⁊ motu. ꝙ ſi aliter intelligat ut ac-
cipiatur ꝯtēptus ⁊ cupiditas large ꝓut ꝯcurrit
ad unū peccatū. ſic nō ſunt duo mala ſ; unū
¶Ad illud qđ obr̄ ꝙ alius eſt habitꝰ quo q̄s
declinat a malo ⁊ quo q̄s facit bonū. dō ꝙ de-
cliare a malo dr̄ duplr̄ ſicut dictū ē de auerſiōe
Prout. n. declinare a malo dicit actū deteſtati-
onis ⁊ fuge reſpectu mali dicit diuerſū actū et
motū ab eo qđ eſt facere bonū. Prout aūt dic̄
receſſuz a malo ſic nō dicit diuerſuz actū ⁊ ha
bitū q2 eodez mō ⁊ habitu quo q̄s accedit ad
bonū elōgatur a malo. ¶Ad illud qđ obr̄ ꝙ
alij p̄cepto opponitur ꝯuerſio ⁊ alij auerſio.
dō ꝙ falſuz ē. nā auerſio ⁊ ꝯuerſio nō ſunt ꝯ
diuerſa p̄cepta ſ; ꝯcurrunt ad idē pcc̄m quod
ē tā ꝯ p̄ceptū affirmatiuū q̄3 p̄ceptū negatiuū
niſi forte accipiatur auerſio ꝓut noiat actū vel
motū ꝯ deū. ¶Ad illud qđ obr̄ ꝙ plus ꝯue-
nit auerſio cū auerſiōe. dō ꝙ neꝝ ē ꝯueniētia
formali que eſt in hoc ꝙ aſſignatur in aliquo
tanq̄3 in uno ꝯmuni. ſ; nō eſt neꝝ de ꝯuenien
tia ordinis que ꝯcurrit ad ꝯſtitutionē uniꝰ ter
tij. non. n. unū pcc̄m ꝯſtituitur ex pluribꝰ auer-
ſiōibꝰ ſic ex auerſiōe ⁊ ꝯuerſiōe ſit ꝯcurrētibꝰ.

In parte iſta ſunt dubitatiōes circa
lit. Et primo q̄ritur de hoc qđ dicit
ꝙ pcc̄m iterdū ē i aliquo reatu poſt
q̄3 tranſit actu. Uidetur. n. hoc eē falſū. aut. n.
reatꝰ ſiue obligatio peccati fundatur ſup actū
peccati. aut ſup ꝓnitatē. aut ſup deformitatē.
Si ſup actū. ergo tranſeūte actu neceſſe ē ipz
tranſire. ergo nō manet peccatū quantū ad re
atū poſtq̄3 tranſit quātū ad actū. Si ſup ꝓnita
tē. ergo cū ꝓnitas remaneat in hoīe poſt grē
ſuſceptionē. uidetur ꝙ reatus remaneat poſt
peccatū etiā pꝰ grāz ſuſceptā qđ ē plane falſū
Si ſuper deformitatē ⁊ illa dicit priuationē et
priuatio nihil eſt. ergo fūdatur reatus peccati
ſup nihil. ergo ꝑ nihilo obligatur homo ad pe
nā. ergo ſi nihil eſt plus in pccō niſi iſta tria n̄
uidetur ꝙ pcc̄m poſſit remanere reatu ⁊ trāſi
re actu. Queritur ergo ſuper q̄d fundetur rea
tus ſiue obligatio ad penā. ¶R̷. dō ꝙ ſm
ꝙ tria ſunt in pccō. ſ. actus peccandi. ⁊ habitꝰ
ꝓnitatis ſiue macula peccati. ⁊ tertio defectus
ſiue boni priuatio que deformitas dr̄. ſm hoc
triplex fuit modus dicēdi. Quidā. n. dixerunt ꝙ
reatus peccati fundatur ſuper actū. nec tamē
ſequitur ꝙ reatus tranſeat cū actu. ꝑ eo ꝙ ꝑ
actu p̄terito pōt hō manere obligatꝰ ad penā
futurā. cū. n. q̄s ex prauitate actiōis ſue reus
pene efficitur niſi actꝰ ille ptranſeat reatꝰ ſiue
obligatio nō pertranſit ſicut p; in latrone vel

in eo qui aliquod facinus perpetrauit. ſ; huic
modo obuiat poteſtas abſolutionis a reatu. ſi
.n. reatus fundatur ſuper actũ pteritũ cũ actũ
preteritũ neceſſe ſit eſſe preteritũ cuȝ eſt reus
non põt non eſſe reus quod manifeſte falſũ ẽ.
Alius modus dõi fuit ꝙ reatꝰ fundatur ſuper
pnitatẽ que qdeȝ pnitas dr̃ eẽ macula peccati
⁊ illa macula ẽ quaſi quedã diſpoſitio reddẽs
aĩam cremabilẽ. ⁊ rõne amotõis illius macule
dñr lauari in ſanguine xp̃i a peccatis nr̃is. Sȝ
huic modo dõi obuiat poſſibilitas amotionis
illius pnitatis abſqȝ infuſione gr̃e ſicut pȝ qñ
de auaro fit pdigus. aufertur ab eo pnitas ad
auariciã. ſi ergo reatꝰ fundaretur ſup illã pni
tatẽ cũ aliqs de auaro fieret pdigꝰ abſqȝ gr̃a
eſſet a reatu peccati abſolutꝰ qd plane falſuȝ
ẽ. Tertiꝰ modus dõi ẽ ꝙ reatꝰ fundatur ſup
deformitatẽ. Deformitas aũt nõ tm̃ dicit boni
priuatõeȝ ſ; etiã debitũ hñdi. ⁊ q: peccator dȝ
deo iuſticiã ⁊ honorẽ. ⁊ dũ illis priuatur p pec
catũ deformatur. ex hoc obligatur ad ſuſtinẽ
dã penã. q:.n. debitor erat ⁊ nõ poterat ſolue
re in opibus neceſſe erat ut pſolueret in paſſi-
onibus. Sȝ huic mõ dõi obuiat reatus multi-
plicitas. quot.n. peccata hõ actualr̃ ppetrauit
tot penis reus erit. ex multis aũt peccatis eiꝰ-
dẽ ſpẽi una reſultat in aĩa deformitas. Prete
rea carentia boni in hoĩe obligat ad carentiã
ſũmi boni non ad paſſionẽ ſupplicij ſicut pȝ in
originali pccõ. remota deformitate per grãm
adhuc remanȝ obligatio ad penã. Et ppterea
dici põt ꝙ reatꝰ ſiue obligatio ad penã ẽ du-
plex. quidã. ſ. reſpectu pene eterne. ⁊ quidaȝ
reſpectu pene temporalis. obligatio vͦo reſpe
ctu pene tp̃alis nõ ſemp reqrit culpã pñtem
ſ; ſufficit ad illã obligationẽ ꝙ pena fuerit p̃-
terita ⁊ ꝙ ſubſecuta fuerit plena emẽda. obli
gatio aũt ad penã eternã fundatur ſup illã cul
pã. culpa aũt pprie loquendo nõ ẽ ipa pnitas
ſed ipa deordinatio ſiue que ẽ in actu ſiue que
eſt in aĩa deordinatio ⁊ in actu ꝯſiſtebat ex cõ
uerſione ⁊ auerſione. ⁊ ꝫ hanc duplicẽ ꝯpara-
tõeȝ aĩa deordinatur cũ peccat. et deordinatio
in aĩa rõe auerſionis dr̃ deformitas. rõe vero
